ret.Et sicut substãtialiter splendor in sole ẽ t sol in splendore ita substantialiter pater i filio t filius in patre est.Et sicut soli t splendori vna substantia dñ sit.nõ tamen vna psona.q: nec solẽ splẽdorẽ esse nec splendorez dicim⁹ solẽ.ita t pater t filius cuz sint vnius essentie nõ tamẽ vni⁹ sũt psone . Et sicut sol splẽdore calefacit.t illuminat t siccat t soluit t excãdidat t denigrat.t oĩa q̃ ei a domino inflicta sũt operatur.ita t patrẽ p vnigenitũ filium suum omnia legimus fuisse operatũ. Nec Aug. Secundũ euindez.Aug. hoc initium sancti euangelij quidam platonicus aureis litteris perscribendum t p oẽs ecclesias in locis eminentissimis preponendum esse dicebat. Oro.

d Omine deus pater omnipotens qui cocternũ t coequalem t cõsubstãtiale tibi ante omnia secula filiũ ineffabilẽ genuisti.cũ quo atq̃ spũsancto oĩa visibilia t inuisibilia t ac me miserũ peccatorẽ inter omnia creasti:te adoro:te laudo:te glorifico:esto propitius mihi peccatori.t ne despicias me opus manuũ tuarũ. sed salua et adiuua me propter nomẽ sanctũ tuũ. Operi manuũ tuarum dexteram porrige:carnali fragilitati succurre. Qui me fecisti refice infectũ vitijs:qui me formasti. reforma corruptũ peccatis:vt secundũ magnã tuam misericordiam.salues animam meam miseraz Amen.

¶ De inuentione remedij p saluatiõe gẽris humani t natitate ꝑginis marie. Ca.ij.

i N principio cũ lucifer creatus esset erexit se contra deũ creatorem suuz. t in ictu oculi de excelso celoꝝ prolectus est in infernũ.Et ob hanc causam decrevit deus genus humanum creare.vt per ipsum posset causam luciferi t sociorũ eius restaurare.quapropter diabolus homini inuidẽs sibi insidiabat t ad pcepti trãsgressionem ipsum inducere nitebatur. Et quoddã genus serpentis sibi eligebat:qui tunc erectus gradiebatur t caput virgincum habebat. In hunc fraudulentus decepto: intravit:t per os eius loquens : verba deceptoria mulieri narrauit:ac eam decipiẽs super omne genus humanum mortez induxit. Et oportebat nos omnes carcerem inferni ingredi.de quo non poteramus alicuius adiutorio eripi.Sed tandem pater misericordiarum.t dominus totius consolatiõis: clementer respexit statũ nostre dãnatiõis t nos per semetipsum liberare decreuit super quo signum nobis per olimam dedit.quam colũba inclusio in archa asserebat.q̃ misericor-

diam dei futuram inclusis in limbo pretendebat.Non solũ enim his qui in archa erãt misericordia promittebatur.sed t toti mundo signum salutis in oliua dabatur: t hoc idem deus premonstrauit nobis in multis alijs figuris.A principio aũt conditionis nostre adam in agro damasceno iuxta ebron de terra formato t a domino in paradisum voluptatis translato.ac ena in paradiso de costa Ade dormientis facta t pro cõsorte ei data:ipsisq̃ primis parentibus in paradiso ad operandum t custodiendum collocatis t de hinc propter vetiti eium.per diuini secreti seueritatez expulsis.superna miseratio non destitit homines incitare ad bonũ per occultos instinctus.nec distulit hominẽ errabundum ad priam reuocare.spem venie dando per repromissum saluatoris aduentum.Et ne forte per ignorantiam t ingratitudinez tanta dei dignatio nostre saluti foret ineffica:in quinq̃ huius seculi etatibus p patriarchas:iudices:sacerdotes.reges t prophetas.ab Abel iusto vsq̃ ad Joannẽ baptistã sui aduentũ prenunciare repromittere : t prefigurare non destitit:vt p multa milia temporum t annorũ magnis:t varijs multiplicatis oraculis:t intelligentias nostras ad fidem erigeret.t affectus per nimia t vana desideria inflammaret.Unde Leo papa Cessent illorum querele que dominice nativitatis tarditate causantur tanq̃ preteritis temporibus non fit impensum quod in vltima mundi etate fit gestũ. Uerbi incarnatio hec contulit faciẽda:quod facta: t sacramẽtum salutis humane:in nulla vnq̃ antiquitate cessauit. Q̃d predicauerũt apostoli:hoc annunciauerunt prophete.Nec sero est impletum:quod semper est creditum. Sapientia vero t benignitas dei:hac salutifera operis mora.capaciores nos sue vocationis effecit.Ut q̃d multis signis ac multis vocibꝰ multisq̃ misterijs per tot fuerat secula nunciatum:in hijs euangelij diebus non cẽt ambiguum.Et natiuitas saluatoris:tanto constantiorem in nobis gigneret fidem . quanto predicatio eius t antiquior precessisset et crebrior.Non itaq̃ nouo consilio deus humanis rebus nec sera miseratione consuluit sed a constitutione mundi vnam eandemq̃ omnibus causam salutis istituit. Gratia .n. dei qua semper est vniuersitas iustificata sanctorum.aucta est christo nascente non cepta. Et hoc magnum pietatis sacramentum tas potens etiam in suis significationibus fuit vt non minus adepti sint qui illud credidere promissum.quam qui suscipere donatũ.

Dec Leo papa. Et nota dictũ Augustini. quod
ch̃o tm̃ō posset venire ad homo de lege sua
turali & scripta posset cõmunicentur: quia si
ch̃o tm̃ō venisset deceret hoiem: qđ p
legem naturalem obseruari poterat & superflu
um crederet adiectũ ch̃o similiter dice
re poterat de lege scripta. Sed comperto qđ
non nisi tm̃ō poterat cum omnes ad infer
nos descendissent tunc venit ipse: quia tunc
erat tempus misereñdi. Et prius venire nõ
fuit necesse: quia non prodest medicina ip
firmitati sine affectu recipientis. Nec poterit
ullo tempore venture fides & spes ex promissa incar
natione perirent. Si enim tardasset venire
quocũdie decreuissent & repulissent fm eun
dem. Magnus desiderium habebant
antiqui videre ihm. Sciebant enim illum
esse venturum: & non solum patriarche & p
phete. sed etiam oẽs qui pie viuebant: dici
derates dicebãt. O si hic me inueniret illa na
tiuitatis si qđ credere debo oculis meis. Si
ergo fideles illi tantum desiderabant tanq̃
deuoti erant ch̃o adhuc venturo qđ facie
dum est nos suscepto. Sed ve nobis miseris
huius moderni temporis: qui nec tantuz af
ficimur ad gratiam exhibitam quantuz an
tiqui afficiebantur ad promissam. Vñ Ber.
Desiderium suspiranium ch̃o in penitẽ
tiam. frequentissime recogitans: cõpungor
& confundor: in memetipso: & nunc vix con
tineo lachrymas: ita pudet tpis tot prolixq̃
miserabilium tẽporuz horum. Cui nãq̃ vñ
quã ingerat gaudiũ huius gra exhibitio quan
tum accenderat veteres desiderata sola pro
missio. Dec Ber. Cum igit̃ per longissima
tpa circa spatium quinq̃ miliũ & fere duce
torum annorum. miserabiliter iaceret gen̄
humanum. & nullus propter peccatum pri
mi hominis ad eternam beatitudinem ascẽ
dere posset: ad primã beatissimi spiritus cõ
pientes tãdem ruine ac de sua sollicitu re
stauratõe licet pluries anteã tamẽ aduenié
te plenitudine tpis. instantius & deuotiꝰ dño
supplicauere. Unde misericordia pulsabat
viscera patris vt subueniret. secum habens
pacem: sed contradicebat veritas secuz ha
bens iustiã. & inter eas magna controuer
sia facta est: prout narrat. Ber. lõgo sermõe
de annũciatõe. Sed dicti sui sũma hec est.
Dicebat misericordia deo. Eget miseratõe
diuina creatura rõnalis. qñ misera scã est &
valde miserabilis: venit tpo miserẽdi eius.
Ecõtra veritas dicebat. Queso dñe ipleat ser
monẽ: qđ locutus es. Totus mortal Adaz
cũ oibus que erãt in eo: qñ p̃uaricãdo pomũ
vetiũ gustauit. Dixit misericordia. Ut quid

vise me fecisti. Scit̃ n. ipsa veritas q ego pe
rirẽ nõlꝫ miserer. Ecõtra veritas. Si pã
rirẽ tuã iniam p̃uaricatoꝛ essem: perirẽ veri
tas mea. & nõ maneret in eternũ. sicut aũ hec
ẽtio per patre nulla ad filiũ. Veritas autẽ
& misericordia cosẽ eo cadere debebãt. Nõ vi
debat: quõ circa hominẽ posset misericordia
& veritas simul coherari. Scripsit autẽ rex
filiam sic cõsulẽtẽ. Dec dicit. Pery h ãdã
nõ moriatur & hec dicu. Pery li misericor
dia nõ cõsequatur. Fiat mors bona & habeat
vitaꝫ q postulat: vt & ãdam moriatur et
misericordia cõsequatur. Obtupuerũt oẽs i
verbo sapiẽte. & pẽserũt q moriatur adaz
misericordiam consequẽdo. Sed querunt
quõ mors posset fieri bona cuz horribilis fi
ipse audiũ. Respõdit rex: mors peccatorum
pessima: sed sanctorum est preciosa & vie ia
nua. Inueniatur ergo q ex caritate moriat̃
non obnoxius morti. & hic mors nõ potẽit
tenere inoriũ: sed faciet in ea foramen p qđ
transeãt liberati. Placuit sermo. Sed vbi ẽt
talis potent inueniri. Circuit ergo orbem ter
rarũ veritas & nemo mũdus a sorde. nec in
fans vnius diei. Sed & misericordia perlu
strat celũ. & neminẽ inuenit qui sufficientez
ad hoc habeat caritatem. Et ergo hec victo
ria debebatur. quo nemo maiorem caritatẽ
haberet vt animaz suam p̃o seruis inutilꝫ
bus poneret. Redeũtiaq̃ ad cõsultuz die
antie plurimũ non iucũdo q̃ desiderabant.
Tandẽ seorsum pat̃ cos cõsolãs dixit. Nesci
tis q: nõ est qui faciat bonum nõ est vsq̃ ad
vnũ. Qui dedit cõsilium ferat auxilium. In
tellexit hoc rex & ait. Penitet me fecisse hõ
minẽ. Pena iniquit tenet me. Penam sustine
re incũbit mihi p̃o hoie quez creaui. Et vo
cato angelo Gabriele: dixit. Vade: dic filie sy
on. Ecce rex tuus venit. Festinauit ille. & ait
adorna thalamum tuum & suscipe regem.
Dec Ber. Uides ergo q̃ magni periculi ẽt
quãtum fuit peccatum & q̃ magna difficul
tas sit inuenire remedium. In hoc itaq̃ con
senserũt predicte virtutes & tunc impletum
est illud prophicum. Misericordia & veritas
obuiauerunt sibi iustitia & pax osculate sũt.
Unde & leo papa. quia non ita in primum
hominem diabolus violẽtus ẽmerat vtrũ
in partes suas sine arbitrij cõsensione trans
ferret: sic destruendum fuit peccatum volũ
tarium & hostile cõmittẽtis. vt dono gratie nõ
obesset noxia iusticie. In totius igitur hu
mani generis strage cõi vnum solum fuit re
medium sub diuine rationis occulto quod
posset subuenire prostratis. si aliquis filioꝝ
Adam originalis p̃uaricatiõis alien̄ a

innocẽtio nasceretur. qui ceteris exemplo p
deesset & merito. Sed q̃ hec naturalis gene
ratio nõ fiebat̃ piceno. Dauid factus est fi
lius dauid. & de promissi generis fructu pro
leo est orta sine vitio. Unde eiã. Anselmus
tura nostra ad similitudinem dei in prin
cipio creata fuit quatenus indefinenter ipso
deo frueretur. & eius gloria sine omni corru
ptione & mutabilitate aliquando poteretur.
Dec tã gradẽ bonũ statim in primis paren
tibus perdidit. atq̃ in hui⁹ mundi miseriaꝫ
infelix & preceps ruit in eternas miserias:
decursis vite labentis articulo. multo infelici
ore ruitura. Transierunt multa secula & bẽ
nitionis ipsius imanitas. super omnes filiꝫ
os hominum est in eternũ roborata. Nec
eni sũmi sapientia dei vllam in massa crea
tionis humane vias inuenit. p quas vt dispo
suerat in mundũ veniens tam luctuose pas
tioni subueniret donec ad illã de qua loqui
mur virginẽ ventũ esset. Sed hec mox vt in
mundum venit. p humane generationis line
az. tanta oẽs boni virtute atq̃ constantia: p
fecte resplẽdut vt eã ipsa sapientia dei vere
digna iudicaret per quã in hoiem veniens:
nõ tantũmodo reatũ primoꝝ hoiũ. sed et
totius mũdi peccata deleret. atq̃ diabolum
sui operis inimicũ cum suis eliderẽt. necnõ
damna pene celestis hoiem illinc reducendo
reintegraret. Quis igitur ista perpendens
estimare queat. qua laude digna sit. que tan
toꝝ bonoꝝ sola p̃e cunctis mediatrix: effi
ci meruit. Dec Anselm. Nec fuit ista virgo sti
bito & casu inuenta: sed ab eterno p̃destina
ta. Vñ Damasce. ipsa dei genitrix ab eterno
etiã preuiso tpe dei concilio predeterminata
& diuersis imaginationibus & sanctificatio
nibus prophetarum per spiritum sanctum
ꝓimaginata & predicata fuit. Exurgamus q̃
in gratiarũ actiões: & p tanta dei circa nos
dignatione laudes referamus cum Anselmo: dicentes. Adoramus te christe rex israel.
fut gentiũ: princeps regum terre. dominie sa
baoth virtus dei omnipotentissima. Adora
mus te p̃ciosum nostre redemptionis pretiũ
hostiam pacificam. que sola odoras tui
estimabilis suauitate. patrez q̃ in altis habi
tat. ad respiciendum humilia inclinasti. & fi
lijs ire placabilez reddidisti. Tuas tpe mise
rationes p̃dicamus. fue suauitatis memoriã
eũ habundantia eructamus. tibi tpe sa
crificium laudis imolamus. pro multitudi
ne bonitatis tue q̃ ostendisti nobis semini
neq̃ filijs sceleratis & perditis. Cum. n. ad
huc essemus inimici tui dñe: & antiq̃ mors i
omnẽ carnẽ iniquã exerceret dominiũ: cui

ohne semẽ. Adam lege premẽdi alie culpe
obnoxiũ erat recordatus es viscerũ misẽ
ricordie tue: & prosperitis de sublimi habita
tione sua in hanc vallẽ ploratiõis & miseꝛ
rie. Uidisti dñe afflictionẽ populitui: & tan
tum dolore caritatis intrinsec⁹ appositis cogi
tare super nos cogitationes pacis & redẽ
ptionis. Dec Anselm. Iacebis autẽ illius & ab
unitio omnis creature vsq̃ ad sancti filij tui
aduentum de hac beata virgine prophetata
sunt tam per eos qui ante legem. q̃ per eos
qui sub lege iusti fuerunt de natiuitate ipsi⁹
tus quam quidem ex linea generationis hu
mane descendisse sciunt: & magna quedaz
atq̃ mirãda signoꝝ indicia peccurrisse cre
dimus conse quenter aliqua videam⁹. Vir
go itaq̃ gloriosa ex qua incarnatio filij dei ẽ
facta de tribu iuda & stirpe dauid est orta.
Nam (vt ait Crisõ.) dignũ atq̃ cõueniens
erat celestis misterio: vt eadẽ Maria q̃ mater
dei fm carnem esse meruit: & ex regali gene
re & ex sacerdotali origine nasceret. de qua
filius dei: qui rex & sacerdos eternus ẽt cor
pus humane carnis assumpsit. Anno autez
imperij Augusti circiter. xxvij. nata est glo
riosa virgo Maria ex patre Joachim de na
zareth ex matre Anna de lephet oppido di
stante ad duas leucas de nazareth. ambeb⁹
iustis ante deum. Qui per annos viginti p
le carentes p̃o habenda sobole orauerunt:
voentes se illam dño oblaturos. Cum au
tem videret Joachar sacerdos Joachim in
ter concines suos cũ oblatione assistere spre
uit illum improperans sterilitatem. Qui i
properij pudore ad pastores pecoꝝ fugit & se
contulit. ibiq̃ apparuit ei angelus dñi. con
solans eũ & dicens orationes eius exaudi
tas. & elemosinas ascendisse in cõspectu dei.
Tertiam eni partẽ substantie sue dabat pau
peribus: & tertiam templo & templi mini
stris. de alia tertia vtebat cũ domo sua. Et
ait ei angelus. Ecce vxor tua pariet tibi filiã
vocabisq̃ nomen eius Mariam consecrata
erit domino vt vouisti: & spiritusancto reple
bitur ex vtero matris sue: & in templo dñi
erit cõuersatio eius. Eadẽq̃ angelus nuncia
uit Anne. Adoriusq̃ angelico ambo ascen
derunt in ierusalẽ & debitas gratias domi
no p̃soluentes in templo: regressi sunt ad p
pria. concepitq̃ Anna & peperit filiaz: quaz
vocauit Mariã. Ab originali autẽ quodam
priuilegio singulari in matris vtero purga
ta fuit. Unde Bern. Est itaq̃ virgo Maria
honoꝝ titulis cumulata: que procul dubio
ante fuit sancta q̃ nata. Ego puto quod co
ꝓfecto: sanctificationis benedictio q̃ i alijs

sanctificatis ab vtero in ei descenderit: qui
nō solum ipsius ortū sanctificaret: sed vitam
eius deinceps ab omni peccato cōseruaret:
ymmunem. Decuit numerū: vt singulari pri-
uilegio vitaz absq; peccato duceret que dum
peccati morsus peremptorem pareret vite
tutissimoq; munus pius orbus obtineret. hic
Ber. Unde dicit Aug. Quod.b. virgo ante
conceptionez filij dei sanctificata fuit quod
peccare venialiter potuit: sed post concepti-
onē filij dei nec mortaliter nec venialiter pec-
care potuit. Ipsa autez gloriosa virgo Ma-
ria cū trium cēt annoz portaret ad templum
et a parentibus in templo oblata. intra se-
pta templi: cum aliis virginibus collocata
vt litteras disceret et dño seruiret: ibidem
vsq; ad annum. xiiij. permansit. Sed acce-
lerato in ea diuina gratia rōnis vsū: quan-
do parentes eaz in tēplo dimiserunt et tunc
statuit in corde suo: deū habere in patrem.
et iecit se doceri dei legē ac deuote et frequen
ter cogitabat quid posset facere deo gratuz
vt sibi gratiaz suaz dare dignaret. Petebat
vero affectuose a deo gratiam obseruandi
mandata et precepta legis. et vt faceret eam
amare omnia que ipse odit. Petebat quoq;
oēs virtutes: per quas efficeretur gratiosa
ante aspectū suum: et melius ac melius in dei
ope proficiebat. Omni tpe ptemplationi aut
oratioi aut lectioni aut operationi se da-
bat: p salute generis humani sine intermis-
sione orabat: scripturas de aduentu xpi fre-
quenter legebat: et quicquid in scripturis
de incarnatione dei inueniebat: hoc oscula-
do et amplexando dulciter relegebat. Fie-
bat vt in vigilijs inueniretur prior in sapiē-
tia dei eruditior: in humilitate humilior: in
carminibus dauid dicis elegantior: i carita
te gratiosior: in puritate purior: i omni vir
tute perfectior. Erat enim constans et immo
bilis et cum quotidie melius transisset: hāc
trascentem nullus vidit vel audiuit. Omnis
sermo eius ita erat gratia plena vt i lingua
eius agnosceretur deus. Et erat solicita cir-
ca socias suas: ne aliqua ex eis in vllo ſmo
ne offenderet. ne aliqua in risu vocem suaz
exaltaret. ne aliqua iniuriosa vel superba cir
ca parem suū existeret: etne in aliquo pecca
rent. Sine intermissione benedicebat domi
num. Et ne forte in salutatione sua a laudi-
bus dñi tolleretur si quis eaz salutabat
ipsa pro resalutatione. deo gratias respōde-
bat. Denigz primū ab ipsa exiuit. vt dū ho-
mines sancti salutantur. deo gratias dicant.
Ipsa etiam prima oium deseruanda virgini
tate. nisi aliter ordinaret votū vouit q nul-

la ab initio seculi. ex quo hic factus est mū-
dus deo obtulit. tam prudenter tam humili
ter tam deuote se habebat. quod vita ipsius
exēplū viuendi cunctis prebebat. Unde de
vita eius sic scribit Ambro Sic nobis tanq̄
in imagine descripta vita Marie. ex qua ve
lut speculo reluget species castitatis et for-
ma virtutis. Virgo erat corpore et mēte. cor
de humilis verbis grauis animo prudens.
loquendi peritior. legendi studiosior. non in
incerto diuitiarū. sed in prece pauperis spez
reponens. Intenta operi verecunda sermo
ne. arburuz mentis nō hoiem. s deum que-
rere nulli ledere. omnibus bene velle. ma-
ioribus assurgere. equalib⁹ nō inuidere. fac
tantiam fugere. rōnem sequi amare virtutē
q̄ illa vel nutu lesit parentes. quando sasit
diuit humilem q̄ irrisit debilem. quādo vi
tauit inopem. Nichil torpuz in oculis. nihil
procax in verbis. nihil inuerecundū in actu.
Non gestus fractior. non incessus solutior.
non vox petulantior. vt ipsa spēs corporis si
mulacrū fuerit mentis et forma probitatis.
Talis enim fuit Maria vt eius vnica vita
oium disciplina sit. Si igitur actor non dis-
plicet opus probemus. vt quicunq; sibi ex-
optet pīnū unitetur exēplū. hec Amb. Usq;
et Anshel. Nota igitur et infantiles annos ex
uta. q̄ caste. q̄ sancte. q̄ deo digne vitam in
stituerit ac instituta egerit. vel cogitatu q̄t
coniectare. Nulli denigz dubium. castissimū
corpus. et sanctissimū animam eius fundit⁹
fuisse ab omni macula peccati ingt angelo-
rum custodia protectaz. vt pote. aula q̄ sum-
mus et oium creator deus corporaliter iha-
bitaturus. et ex qua hominē sue persone vni
tatem ineffabili fuerat operatione sumptu-
rus. Et quid mirum. Nam et inter homines
vsus obtinuit. si tamē celestibus ad terrena
pōt esse cōparatio vlla. vt cū prepotens ali-
quis vel persona diues aliquo vadit hospita
turus. clientes procurrent locū munīāt mū-
dent. ornent atq; custodiant quo veniēti do
mino suo apt⁹ ad habitandū et cōgru⁹ fiat
Qd si talis apparat⁹ sit pro aduentu terre-
ni hominis. et momētanee potestatis. qua-
lis putam⁹ apparat⁹ hominis boni fiebat p
aduentu celestis et eterni regis in corde sa-
cratissime virginis que illū nō solū erat in
semetipsam transitue hospitatura. sed etiaz
ex substantia sua hominem sactū partura.
Hec Anshel: Cōsidera hic attente virtutes
et mores virginis Marie. et pro posse suo ēt
imitari stude. De Marie cōceptione et san
ctificatione est sciendū q̄ cū deus humanā
naturā assumere decreuisset congruū fuit.

vt matrem de qua nasceret. premitteret. Et
hec per filiam regis Astragis ꝓfigurata fuit
qui. vt in scholastica hystoria dicit in visio-
ne vidit quod ꝺ vtero filio sue vitis pulchra
crescebat. que frondibus et floribus se dila-
tabat: et fructum preferens totum regnū su-
um obumbrabat. Dictum q̄ est ei q̄ de filia
sua rex magnus nasceturꝰ erat que post hec
Cyrum regem generauit qui filios israel de
captiuitate babilonica liberauit. Ita Joa-
chim dictum est: q̄ filiam gigneret que chri
stum regem portaret qui nos de captiuitate
diabolica liberauit. qui et vera vitis fuit et to
tum mundum obumbrauit. Ipsa etiam pre
figurata fuit per fontem signatum in horto
cōcluso positū q̄ eā conclusam in vtero ma-
ris spiritussanctus sanctificauit et sigillo sā-
cte trinitatis sic cōclusit signauit q̄ in eam
nunq̄ aliquid coinquinatuz introiuit Nec
etiam prefigurata fuit per stellam balaam q̄
promisit q̄ de iacob orietur stella: p quā figu
rabatur maria. fluctuantiū nutrix et adiutrix
singularis et precipua sine qua stella non po
teramus hoc feruidū mare pertransire nec
ad portum celestis patrie puenire. Ipsa etiā
b. virgo quo ad suam natiuitatem prefigura
ta fuit per virgam de radice et stirpe iesse pa
tris dauid egressaz. de qua flos amenissim⁹
s. christus ascendit: superq̄ septiformis gra
tiam spiritussancti requieuit. Quomodo au
tem florem produxit: prefiguratū fuit in por
ta clausa q̄ dominus Ezechieli monstrauit
que nunq̄ aperiri habebat: sed dominꝰ so-
lus per eam clausam. transire volebat. Ipsa
etiam prefigurata fuit per templum q̄ Sa-
lo. domino edificauit: Hoc tēplū erat ꝓstruc-
tum marmore candidissimo et ornatum in
trinsecus auro mūdissimo. Sic Maria erat
albissima candore purissime castitatis: et or-
nata intrinsecus auro perfectissime carita-
tis. Oblatio vero Marie in templo fuit p̄
monstrata per mēsaz solis in fabulo de qua
mensa dicitur in scolastica histor. Piscato-
res enim quidam rethe in mare mittentes.
casu mirabili mensam auream extraxerunt:
que ipsi soli materiali: quem gens illa tanq̄
deum coluit: oblata fuit in templo. q̄ ibidem
in littore infris in fabulo constructum erat.
Per illam mensam que in templo solis ma
terialis est oblata bene est Maria figurata:
que vero soli. i. summo deo et in templo so-
lis eternalis est oblata. Et pulchre per men-
sam Maria est figurata: q̄ p eā celestis esca
nobis est collata. nam. ipsa filiū dei Jesum
christum nobis generauit: q̄ nos suo corpo-
re et sanguine reconciliauit. Itē premissa-

ta semper Jepte filia sed illa ex abrupto et in
discrete oblata deo postea seruire nequiuit.
Maria vero rite et discrete oblata post ob-
lationem semper domino seruiuit. Illa post
victoriam hostium temporaliuz pro gratia
rū actione: Maria ante victoriā: pro victo-
rie hostiū temporaliuz collatione. Qualiter
autē deo seruiuit. et quā vitaz habuit: hoc in
horto illo suspenso demonstratū fuit: quem
rex persarum vxori in alta structura planta
uit: de quo patriam suaz de longe cōtempla
ri affectauit per quam contemplatiua vita
Marie designatur que in templo domini cō
templationi insistens patriam celestem sem
per contemplatur. Dño

Jrgo virginū Maria: que nec pri-
mū simulem visa es. nec habere se-
quentem: que prima inter feminas
seruande virginitatis votū vouisti. et glorio-
sum munus deo obtulisti. cum hoc a nullo
homine: nec verbo didicisses. nec exemplo
ad imitationē inuitata fuisses: hac que vir-
tute et ceteris ornata deo placuisti. et viuen-
di exemplum omnibus reliquisti. deprecor
bonitatem tuam immensam. vt tu summū
meum solatium: dirigas vitam meaz: meq;
tuas virtutes et exempla: pro posse imitari
facias: et gratiam tuam semper mihi adesse
concedas. Amen.

De desponsatione virginis Marie. Capitulum tertium.

Jrgo itaq; domini Maria cuz eta
tis processu quottidie etiam in vir-
tutibus proficiebat. et q̄ pater et ma
ter eam dereliquerant dominus eam assum
psit. Quottidie nāq; ab angelis frequēteba
tur quottidie diuina visitatione fruebatur
que eam a malis omnib⁹ custodiebat. et bo
nis omnibus redundare faciebat. Itaq; sic
vsq; ad annum. xiiij. peruenit. Tunc pontī-
fex publice denunciauit: virgines que in tēp
plo constitute hanc etatem implessent do-
mum reuerterentur. ac nuptijs operam da
rent. cui mandato cum cetere prone paruis
sent: sola virgo Maria hoc se facere nō pos-
se respondit. Si quidem et parentes suos se
dixit domini seruitio mancipasse: et insuper
seipsam domino virginitatem vouisse. Pōti
fex igitur in anguſtia positus cuz necq; cō-
tra scripturam que dicit vouite et reddite:
votum infringendum putaret: neq; morem
genti iusitatum introducere auderet: consi-
lium habuit cum primoribus: quid esset fa-

endum: omnibus ꝙz in conscientie placuit dominum super hoc esse consulendum. Et ceteris quidem oratoni incumbentibus pō esset ex more ad consulendum dominus ac cessit. Nec mora ⁊ cunctis audientibus de-piciatory loco vox facta est: ysaie vaticino re quirendum esse: cui virgo commendari. et desponsari deberet. illo scilicet egredietur virga de radice yesse. ⁊c. Cunctoꝝ de domo et familia Dauid nuptijs abulcis non cō gatos virgas suas altare iussit allaturos. Erat autem inter ceteros homo nomine Joseph qui cum virgam suam attulisset. ⁊ ipsa lico florem germinasse et. atq; in eius cacu mine columba de celo veniens consedisset: liquido omnibus patuit. ipsi virginem de ponsandam esse. Unde in Numeris legitur Moyses inuenit virgam Aron germi nasse. ⁊ turgentibus gemmis flores erupis se. qui foliis dilatatis in amigdalas deco mati sunt. Per istam intelligi potest beata virgo: que instar virgine fuit gracilis p pau pertatem: ⁊ flexibilis per humilitatem: ⁊ re cta per intentionem ⁊ caritatem. Ista vir go inuenta est gemmis turgentibus: quan do filium dei in vtero suo cōcepit: ex qua flo res fructiferi eruperunt quando dei filius ipsa manente virgine natus fuit. Nam sicut flos non violat actorem sed ornat: sic dei filius non violauit virginem: sed magis donis est ⁊ gratijs adornauit. Scōm Crisō. hec virga est que in tabernaculo testimonij posita: sine humore terre fructum nucis germinauit. ꝙ sine semine viri filium edidit qui tandē nux ligno passionis adhesit. Et bene nunc flos nunc fructus dicitur quia secundum Amb. veluti boni arboris fructus pro nostre virtu tis processu. nunc floret nunc fructificat in nobis. nunc reditiua corporis resurrectiōe reparatur. Ideo etiam alibi flos alibi fruct⁹ dr ꝙ vtriusq; testamenti paginis predicatur Flos in littera: fructus in spiritu. Flos in le ge: fructus in gratia ⁊ veritate. Flos in pri o tabernaculo: fructus in secundo. Flos in o bseruatione carnalium sacrificiorum fru ctus in spirituali intelligentia misteriorum. Sicut enim in flore fructus prenūciatur. sic in illis cerimonijs ch̄: ipsius venturus signifi cabatur. Patet itaq; ꝙ xp̄s flos dicitur in p phetica veteris testamenti promissione: qui et fructus vocat in noui testamēti gr̄e pfectio ne. Sed sicut fructus nō apparet: virente flo re: ita nec xp̄i veritas patuit carnali obserua tione manente. Arescente vero flore. fructus videtur: quia decidēte lege: gratia ⁊ veritas per ipsum xp̄m facta tenetur. Igitur virgo

dñi cū quibusdam virginibus' collectanea suo quas ob miraculi ostensionē ⁊ pudoris sui custodiam a sacerdote acceperat ad do mum parentum in nazareth reuerso ei. ha bens secū: more soluto: sui pudoris custodē ⁊ teste: sine quo nunq; processit. Unde hier. Cū ea semper singularum virtutum pudici tia cōes iuremota manfit: q; o nō pudor in diuiduus virginitati esse debet. sine quo ca stitas vera seruari non potest. Nunc igitur B. maria sine puporis sui custode p̄cessit. Joseph quoq; secessit ibidē ⁊ mutua despō satione facta: rescdit in domum suam: cū di sponsurus. ⁊ nuptys necessaria p̄uisurus. Fuit itaq; virgo maria ioseph viro sue tri bus desponsata q; mulier viro alterius tri bus nubere non poterat qui ad ipsam here ditas paterna perrinebat. beata autez virgo fuit vnica ioachim patri suo succedens ei in hereditate. ⁊ ideo ex lege cogebatur viro sue tribus nubere. Ambo autem de cadē tri bu erant. quia ambo a dauid descenderant sed Maria per Nathā ⁊ Joseph per Salo monem'. Et licet ioseph etiā cogeret ad ma trimoniū cōtrahendū secundū tēporis illius modū tñ habebat virginitatem in desiderio ⁊ ppōsito. sed nūdū expresserat in voto. Lō traxit itaq; matrimoniū cū virgine: cōmit teno se voluntati diuine. Et postmodum ex diuina reuellatione Joseph agnouit ppōsi tum Marie ⁊ tūc ex cōmuni consensu voue runt virginitatē seruare. Unde secundum Aug. maria ⁊ Joseph anteq; esset facta nu tua dispensatio virginitatem seruare propo fuerunt: ⁊ vtriq; consensit in matrimenium reuelatione spiritus sancti. Nec aliter ꝓsensit set in alterū nisi decente spiritusancto. aliter alteriue cognouisset propositū. Sed postea vteriq; propositum suum exprimens verbo deo vouerunt virginitatē. Adhuc n. vt credi tur. Joseph virgo erat cuius ratio hec esse potest. Quia cum xp̄s in passione sua. nulli matrem seruandam tradidit nisi virgini nō est probabile quod ante conceptuz dum ad huc esset iuuencula traderetur alicui custo diendā nisi virgini Fuit autem beata virgo desponsata ioseph non desponsatione sutu ras nuptias promittente: sed desponsatione ⁊ consensu per verba de presenti: ⁊ ita verus matrimonium fuit inter ipsos ⁊ cōsumatus solennitates enim nuptiaꝝ non sunt de sub stantia matrimonij. Unde ⁊ ioseph spon sus ⁊ vir eius solet dici. Unde dicit ugo. Quod cū b. uirgo uirginitatem vouisset. et parentes eam nubere tuberēt. timēs illa in obedientie esse parentibus. nec virgin tatis

ꝓpositū deserere volens. per spiritūsanctum edocta cōmisit se deo certā habens fiduciaz quod ei diuina misericordia ita custodiret vt posset parentibus in cōtrahendo matri monio obedientiā exhibere. ⁊ tñ votū virgi nitatis non cogeretur frāgere. Et ponit exē plum de Abraā qui repromissiones accepe rat in semine ysaie. postq; tñ postea iussus ē immolare. Cui tussioni paruit scies p certo q; ⁊ si fm humanā rationē promissioni ꝛria vi deret iussio. fm illā tñ virtutē qua deo possi bilia sunt oia cū obedientia iussionis imple ri posset promissio. Sicq; factū est vt obediē tie inueniret meritum ⁊ promissionis conse queretur effectum. Ita potuit esse in propo sito de b. virgine. Unde ⁊ Anthel: Et quidē hec duo ipsa iocundius amabat virginitatē s. ⁊ fecunditatem. Virginitatē q; hanc deo p oia placere intelligebat. Fecūditatē. quia sine hac maledictū legis que adhuc carnali ter custodiebatur incurrere metuebat. Duo ergo erāt in virginis animo. inuisibili ꝭ ma gno cōcertātia prelio virginitat' amor ⁊ le galis maledictionibus timor. Uerūtamen liberato diu multūq; cōsilio vicit amor que p̄ponderabat ⁊ terga dedit timor. Uicit in ea amor seruande virginitatis ⁊ excussit ab ea timorē incurrende maledictionis: Virgo itaq; tenera ⁊ delicata regali ex stirpe ꝓge nita ⁊ speciosissima. totā intentionē suā totū amorem suū totū studium suum ad hoc in tēdit: vt corpus ⁊ aiam suā deo perpetua vir ginitate cōsecraret. Sciebat enim q; quāto sanctius eā cōseruaret tāto sublimius ei qui oium castitissimus. imo qui ipsa castitas est appropinquaret. Amplectando igitur quod acceptabilius esse cognouit dño legis: spera uit ⁊ credidit se plene euasuram maledictio nem date legis: reputans secū illud tāte bo nitatis tanteq; sapientie: vt dum se nullate nus iuxta conscientiam suā melius scire aut posse facere ꝙ faciebat aduerteret: tuū consi lium ne qd peccati in illis subire. inueniret Nec decepta est. Quis enim speranit in dño ⁊ derelictus est ab eo. Beniq; vbi tā sanctaz intentionē eius. tā castū ꝓpositum eius tam firmā fidē: ostātē spē inedificientē vidit cari tatem eius. eo misericordie sue intuitu egit circa illā: vt nec sanctitas intentionis eius fru straretur nec castitas ꝓpositi eius violaretur Ne aūt firmitas fidei infirmata spei cōstan tia titubaret. aut caritatis in ea plenitudo de ficeret. occurrit dei auxiliū. que ei ⁊ ꝙ time bat: eriperet ⁊ ꝙ amabat: saluo signaculo: non auferret. Dedit ergo: illi vt ⁊ virgo ꝙ ⁊ magis optabat permaneret. ⁊ nemo il lam ꝛa maledicto liberrimam habitaret se curissa fieret. Dedit ei vt esset ⁊ prole fertilis ⁊ virginalis dñi immunis. Nec mirel. Et est hic sciendus pp̄ marie cognationem de qua in euāgelio sepe fit mētio. q; anna tres vi ros successiue habuit. Primo Joachī. Se cūdo Cleophā fratrē Joseph. Tertio Salo mā de quolibet horū filiā vnā suscepit ⁊ Eli bet mariā appellauit. De tres marie tres vi ros habuerūt. Pria ioseph. Scā alphei. Tertia Zebedei. Pria peperit xp̄m. Secūda Jacobū minorē ⁊ ioseph iustū ⁊ barsa bas cui dictus ac Symonē ⁊ Judā. Tertia Jacobum maiorem ⁊ iohānē euangelistā ia cobus ⁊ Zebedei licet posterior natu maior est dictus q; prius a dño vocat⁹: ad cuius di stinctionē. iacobus alphei minor est appel latus. Dinc iacobus minor ⁊ tres frēs sui pre ceteris cōsanguineis dicti sūt frēs dñi. q; nō solū cognati erāt de duabus sororibus. ꝭ ⁊ putabantur a gnati tanq; ex duobus fratri bus. s. Joseph ⁊ Cleophe descēdētes. inter quos nī anthonomastice iacobus frater dñi est dictus: q; erat eius facie ⁊ liniamēta cor poris similis. Uoluit aūt dñs matez h̄re suā virū. ⁊ nō de simplici ꝭ de despōsata cōcipi ⁊ nasci diuersis ex causis: ārū q̄dā accipiun tur ex parte pueri. q̄dā ex parte mris q̄dā ex pte alieꝝ. Ex parte pueri sumūt rōes quinq; Pria ꝭ hic. pp̄ declarationē originis vt per generationem. ioseph cuius maria cognata erat. origo marie monstraretur: ⁊ mox scri pturarū. genealogia xp̄i p virū describeretur Secunda fm ambro. pp̄ remotionē suspitio nis. ne scilicet a legis iniuria incepisse vide retur. cū partus innupte lege dānaret. Ter tia fm eundē pp̄ remotionē suspitionis. ne scz. herodes ⁊ iudei xp̄m iuste quasi de adul terio natū p̄sequi viderent: ⁊ ab infidelibus tāq; illegitimus abijceret. Quarta fm Ori gine. pp̄ sustentationē pueri. marie cū debe ret in egyptū portari. vt. s. a ioseph nutriretur. Unde ⁊ ioseph nutricius dñi appellat. Quinta fm Origc. hiero. ⁊ ambro. pp̄ occul tationē natiuitatis xp̄i. vt ꝫ misterium ⁊ p tus filij dei diabolo celaret. dū cū putaret nō de virgine sed de vxore generatū. Item gnāq; rōnes sumunt ex pte mris. pria fm ambro. ne grauida apparēs infamaret ⁊ tō permisit dñs ꝙ potius de suo ortu q; de mris pudore dubitaret. Sca ꝭ bedā ⁊ hiero. ad vitandō nem pene. ne. s. tāq; adultera a iudeis calū niaretur. ⁊ sicut quasi iuste lapidaret. Ter tia fm hiero. ⁊ Origine. ad sustentationem solatij. vt. s. viri ministerio ⁊ solatio. ⁊ maxi me in egyptū fugiēs. ⁊ inde rediens fructē

Quarta fm glosam. ad roborationē fidei: vt. s. marie verbis maior fides adhiberetur nupta enim pregnans. mentiri videretur. nec ei si se virginem esse diceret crederetur. Quinta ad participationem status singuli: vt videlicet mater domini haberet aliquid cuiuslibet status. s. virginitatis matrimonij & viduitatis. Ité quēq rōnes sumūtur ex parte aliorū. Prima fm Amb. ad remotionez excusationis peccati. ne virginibus impudicis & male viuentibus velamen excusatiōis preberetur. ex quo mater dei infamata videretur. Secūda fm originem ad cōfirmationem matrimonij ꝫ futuros hereticos matrimoniū dānare volentes: vel vt per hoc q̄ de virgine & desponsata nasceretur vterq; status & virginū & ꝯiugatorū approbaretur: ꝫ hereticos alteri istorū detrahētes. Tertia ad sublevationē opprobrij vt. s. ab omni gradu seminarū tolleretur opprobriū. q̄ in Eua inceperant oēs femine: & tam virgines q̄ nupte q̄ etiam vidue a cōmuni opprobrio. q̄ in Eua contraxerāt eximerentur in persona Marie. Quarta est ad cōmendationē exemplī vt videlicet ostenderet facta despōsatiōe ante quentionē liberum esse trāsire ad meliora vota: spōso irrequisito. vt est in religionis ingressu vbi aia despōsat deo: sicut fuit in beata virgine. Quinta est fz Crisō. ad declarationē misterij: quo. s. ipsi xpō despōsatur ecclesia. q̄ virgo est imaculata semper et sine ruga: cuius virginis sumus filij in fide iesu xpi. q̄: fm Leonē papam. quo spiritu de virginis vtero nascit xps. hoc de ecclesie vtero nascitur xpiani. Ideo aūt fm Crisō. Beata Maria fabro lignario desponsata fuit. q̄: christus ecclesie sponsus. oium salutem per lignum crucis operari debeat. Et fm Aug. xps natus est de matre q̄ fabro desponsata erat. omnē carnalis nobilitatis tumorem extinxit. Nec fuit prefigurata per virginem sarā Raguelis filiam Thobie despōsatam: que ab omni cōcupiscētia mundana seruauit animā. Multomagis Maria Joseph desponsata: q̄ virgo in eternū permānsit imaculata cōparat etiā virgo. Maria turri fortissimē. que dicebat barris. que: ut in Scolastica hystoria dicit: duobus custodibus defendi poterat: ab omnibus venientibus. Tā fortissima & inuincibilis fuit virgo maria: cuius custos precipuus erat deus eterna sapiētia. Cuius vita etiā ꝯparatur turri Dauid p̄munita erat mille clipeis. qui de ea dependebant: q̄: mille virtutes & multo plures in Maria apparebant: quibus vita eius munita erat. in tñ q̄ oēs temptatiōes & peccata

superabat. & nō solū hoc a sensū suū ab alijs gratiam suā infundēdo repellebat. Cōsidera modo quāte aū hanc beatā virginē. & etiaz quāte post eaz mulieres & virgines fuerint: hec tū sola mater dñi fieri meruit. Magna enim & ineffabilis gra est vt vna ex tirio nūlibus eligat. Ideo aūt precēterio electa fuit q̄: oēs alios sanctitate precellunt. Vñ Anshel. Eam solā scrutans corda & renes deus. ex oībus virginibus quas capiebat mūdus elegit & sacrauit. vt habitaret in ea corporaliter quā tam plenā prudem virtutibus seuebat & circūplectabat spūaliter. Ipsam aut oēs mulieres sanctitate precelluisse puto q̄ intelligit qui animaduertit. Nam alie quidē partes gratiaz meruerunt: ipsa aūt plena gra ab angelo salutat. Nec Anshel.

¶ Alue virgo iesse florida & fructifera Maria ꝺgo beatissima: de qua vnicus ille & singularis flos & fructus prodijt. vñ virtutū spūaliū germē erupit flos suauissimus emittens odorē fructus sapidissimus imitēs dulcorē. flos cuius bonitas expellit mestitiā: fructus cuius satietas plenā dat letitiam. Būdicta virgo de radice iesse benedictus & flos q̄ de tali radice ascendit. Būdicta arbor: būdictus & arboris fructus. Tuo ergo flore me recrea. Tuo fructu ab omni miseria me libera virgo maria in eternum benedicta. Amen.

¶ De ꝯceptiōe iohānis p̄cursoris. Cap. iiij.

((Uit aūt in diebus illis)). s. in diebus herodis. regis iudee ((sacerdos quā noie zacharias de vice abia. et vxor ei noie Elisabeth)) aaronica ((eranteq; ambo iusti ante deum)) non sicut ypocrite qui fingunt iusticiā ante mundū ((incedentes in oībus mandatis)) q̄tū ad obseruantiā moralū p̄ceptoz ((& iustificationibus dñi)) q̄tū ad obseruantiaz cerimonialium ((sine querela)) ad obseruationē iudicialiū q̄: pacifice ad p̄ximos se habebāt ((& non illis filius)) ꝓpter sterilitatē que est cā speciatis mulieri: & senectutē que est cā cōis viro & mulieri. Ex quo apparet conceptio precursoris miraculosa. q̄: nō fuit tñ per naturam sed p̄ naturā gra diuina adiutam. Iste Herodes de patre ydumeo descendens fuit alienigena: & ideo sceptrū ablatū fuit de iuda. & tō xpis aduētus xpi instabat. q̄: iacob patriarcha spū ꝓphetica signū aduentus xpi ꝑdixerat qū regnū iudee ad alienigenā trāslatū esset dicens. Nō auferet sceptrum de iuda &c. Et sciēdū hoc q̄ cū Moyses vnicū instituisset sūmū sacerdotē cui mortuo vnus p ordinē succederet: dauid volēs ampliare cultum

domus dñi. de. xxiij. familijs q̄ descēderant ab aaron. instituit. xxiij. sacerdotes sup̄ quoz ñ vnus maior erat & sūm⁹ oiuz q̄ dicebatur ꝓncipa sacerdotū. Instituit ēt vt vicissiz ministrāt q̄ ebdomadam a sabbato vsq; in sabbatū rpe vicis sue singuli castimonie studerēt. nec interim in domū ꝓpriā intrarēt. sed in domūculis circa tēplū cōstitut̄ q̄ crēdre vocabantur cubarēt. Et fm sortes deducte cuiq; vicis ebdomadā. & octaua sors cecidit sup abiā. de q̄ descēdit iste zacharias. Similiter de tribu leuitarū. xxiij. leuita erāt vt ipsi quoq; eodē mō sortiri iuxta morē sacerdotis octenis diebus ministrarēt ((Zacharias aūt cū in ordine vicis sue sacerdotio fungerēt)) fm exigētiā sortis sue octaue. exijt de domo vbi se sacerdotalibus vestibus induit: vt incēsū poneret: ingressus in tēplū dñi decima die mēsis septimi. i. septēbris ((& interim populus foris orabat extra tēplū)) q̄: nō erat licitū populo ingredi tēplū sz tñ atriū. Ex his ꝫ zacharias fuisse sacerdos simplex nō sūmus q̄: hic dr̄ q̄s ingressus fuit tēplū ad ponēdū incēsum tñ. Hoc aūt licitū erat minoribus sacerdotibus fm q̄ dicit aplus. in primo quidē tabernaculo quotidie intrabant sacerdotes sacrificioz ministeria cōsumantes q̄: pacto sacrificio in altari holocaustoz q̄ erat in atrio vbi ministrabant sacerdotes minores: sacerdos q̄ ibi ministrauerat accipiebat p̄mas de altari holocaustoz & itrās p̄mā ptē tēpli: q̄ vocat scīa vel sancta. cōtemplebat in illa super altare incensi thimiama & tūc erat sacrificiū cōsumatum & hoc fiebat omni die. in hoc. n. erat cōsummatio sacrificij q̄: sacrificia veteris legis nō erāt accepta. nisi fier fide & deuotiōe offerentiū: deuotio autē p̄ thurificationē designabat & iō in hoc sacrificiū ꝓsumebat. in illa vero ptē tēpli. q̄ dicebat scīa sanctoz. solus sūmus sacerdos intrabat cū sanguine hirci & vituli. imolati p peccato populi vt ex illo aspgeret ꝫ ppitiatorū. Quod aūt Zacharias intrauerit cum sanguine tali nō dicitur hic. sed solū ad ponendū incensum. Unde angelus apparuit ei a dexteris altaris incensi. q̄s etiā vocatur altare aureū. Hoc autē altare non fuit intra sancta sanctorū sed in prima parte tēpli. ad quā simplices sacerdotes poterant ingredi. Si incensum quod soli summo sacerdoti licitum erat ponere intra sanctum sanctorum in die expiatiōis hoc nō ponebatur ad offerendū sed de nebula inde cōsurgens opiret oraculum. q̄s pontifex aspergebat sanguine vituli & hirci ꝫ oraculum. Et ne aliquis historiographus describēs sacerdotiū, iudeorum mētionē facit de sūmo Zacharie facerdotio. Per Zachariam qui dñi memor fieri p̄cipitur. bonus platus significat q̄ in sue pcie debet dei memoriā gerere p̄ sua & suoru subditorū salute. Hic autē tēplū ingreditur per diligentē omni cultus solicitudinez & offert incensum per deuotā orationē. & populus orat per eius informationē. Triplex vero dz haberi de deo memoria. s. potentie eius quo ad opa creationis. sapiētie quo ad opera recreationis. bonitatis quo ad opera retributionis. Prima ad patrē. secunda ad filiū. tertia ad spiritū referat. ((Apparuit autē zacharie gabriel angelus stans a dextris altaris incensi.)) quo viso timor irruit sup̄ eū ꝓpter altioris & potentioris nature aspectū. Sed bonus a malo discernit: quia malus horroꝛ cōtinuat: q̄ fm bedam nulla melius ratione quā fide intrepida sup̄atur bonus autez statim confortat & consolatur. Unde angelus statim eum confortauit dicens. ((ne timeas zacharia)) quasi diceret. Veni ad consolationez tuā. & ideo subdit. ((. q̄: exaudita est deprecatio tua)). Orabat. n. nō ꝓ sobole: de qua iā nō sperabat ꝑtim cū de sua sineq; vtero et ate diffideret & angelo id promittenti nō crederet sed ꝓ populi peccatis & redemptione & aduentu Messie. & q̄: salus populi p xpm futura erat nunciauit ei filium nasciturū. q̄ piam & fidē p̄dicādo plebē saluatori ꝑpararet. Nomen quoq; pueri indicauit. q̄: Johānes vocari debuit. Iohānes. n. interp̄tat i quo ē gra. ipe ꝺo xpm manifestauit: p quez gra & veritas facta est. Ubi Beda iohannes interpretatur in quo ē gratia: vel domini gratia: quo nomine declarat primo parentibus eius gratiam. quibus decrepitis filius nasceretur esse donatā. Deinde ipsi Johāni qui magnus coram domino erat futur⁹. & ad hoc in vtero matris spiritussancti sit munere ditandus. Postremo etiā filijs Israel: quos ad dominū deū ipsoruz erat cōuersurus. Nec Beda. Patri quoq; in de gaudiū sz interius & exultationē sz exterius insinuauit. Dicit. enī. exultatio quasi extra saltatio. & hoc est ꝓprie quādo gaudiū est tñ interius: q̄ nō pōt ꝓtineri: quin appareat exterius. Licentiā etiā multi alijs in ei⁹ natiuitate promisit. q̄: in ortu eius nō solum pater. sed & alij multi fuisse gratulati: & nunc etiā videmus impleri: q̄ dies sue natiuitat nō solū festinatur ab oibus christianis etiam a saracenis & quibusdam alijs. Unde Beda merito p̄ter gaudet. quod vel in senecta natum vel talis gratie ꝛceperit filiuz. gaudēt & alij quib⁹ inaudiū eatenus regni celestis

euangelizauit ingressus. Unde & Ambro. Solemnis letitia est in ortu & generatiõe iustorũ. Sanctus. n. nõ solũ parẽtũ gratia: sed ejus salus est plurimor. Unde admonemur hoc loco sanctor generatione letari. Nec Ambro. Aliter in quolibet nostrũ possumus in uenire zachariam. & vxorẽ ei⁹ elizabeth que parit ei filium cuius nomẽ dr vocari. Johã nes. eritq; sibi gaudium & exultatio & multi in natiuitate eius gaudebũt. Elizabeth vxor zacharie põt intelligi caro copulata spiritui sancto q; sicut vir regit & castigat vxorẽ. ita spiritus castigare & regere debet carnem: ne lasciuiat & incidat in fornicationis reatum. Nec parit filiũ. qñ spũs per carnis officium exercet opus viuũ vt & dat elemosinã. vestit nudũ. pascit esurientem. visitat infirmũ sepelit mortuum & cetera hmõi. tũc vxor ipsi⁹ sicut vitis habundat in lateribus dom⁹ sue. Unius filij nomen debet ioannes. videlicz dei gratia vocari: q; nemo bonum opus dr sibi ascribere. sed tantum gratie dei. Eritq; sibi gaudiũ & exultatio. q; de bono ope gaudebit & exultabit. qui mentẽ letificat & serenat. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. omnes videlicet boni. qui proximo suo congratulantur in bono. Est ergo nobis summo opere prouidendum vt qui gaudemus ecclesiam tripudiantes in corpe. gaudeam⁹ iteri⁹ exultãtes in mẽte q; reliquie cogitationũ diẽ festum agunt dño. Non est impijs gaudere dicit dñs: nec pctõribus a facie pctõrũ. Quo circa purgemus alas nostras a maculis vitior: vt tante solemnitatis gaudiũ digne celebrare possum⁹. Magnificentiã etiã pueri coram dño futurã. in virtute sanctitate & dignitate. angelus pnunciauit. Cuius magnitudo in. iiij. cõsistit fm. iiij. dimẽsiones. s. in altitudine profundatiõis in pfunditate humilitatis: in latitudine caritatis in longitudine perseuerantie finalis. fm illud apostoli. vt possitis cõprehendere cũ oibus sanctis &c. Saluatore quoq; postmodũ attestãte: inter natos mulierũ maior: eo nõ surrexit. Sed & angelus multifariam ei⁹ magnitudiné subsequẽter exposuit & plura ipsius priuilegia seriatim memorauit. Nam vitã eius cuius abstinẽtia predixit s. q; ((viuũ & sicerã)). i. poculum q; inebriare põt. bibiturus nõ esset. q; nõ decet vas celesti mancipatum aie seculi illecebris deseruire. In quo patenter indicauit angelus q; ab oib⁹ vitijs & mundi illecebris. q; statũ mẽtis solent euertere futurus erat immunis. Predixit etiã angelus q; spũsancto ex vtero esset replendus. s. q̃stũ ad purgationem originalis peccati: & ad oratiõnem boni meritorij. In

iuuentute mea. Penurias magnas habens arduos afflictiones duras corporis constantissime assumpsit: & seipsum quasi odio pro amore nostri se habuit. Certe solus hic labor de quo nunc tractamus ad plenā redēptionē nostram sufficere debuisset. Dicitur autem q̄ prope finez, predicti defer tā puer iohannes Baptista penitentiam agere cepisset: cum tamen nullū peccatum haberet: qr dicitur petijsse desertum. dum septem annorum esset & q̄ locus iordanis vbi baptizauit ipse iohannes: est ille vbi transierunt filij israel quādo venerūt de egypto per ipsum desertum prope quem locū in eodē deserto iohannes fecit penitentiā predicator: p̄scientie futurus: ꝯto citius potuit aspera solitudinis elegit & petijt: vbi primeuam etatē trāsegit: vt viuēs in desertis vitā austeraz duceret: & ab amore cuiuscunq; illecebris mundi & se & auditores suos suspenderet facilius & reuocaret & vt ibi contemplationi vacaret liberius diuinā sapientiā hauriendo quam postea effudit predicando. Bonū est igitur eius exemplo ab adolescentia iugū dñi portare: & dum natura tenera est bonis se assuescere & in p̄decādis auditores actu precedere. Et quo sumitur argumentū: q̄ anteq; quis perfect⁹ fuerit: alionū magisterij obtinere non debet. Manebat iohannes in deserto vbi est aer purior: celum apertius & familliarior deus: vt quia nondum baptismi & predicationis tempus aduenerat: orationibus vacaret: & cum angelis conseruaretur: & extra multoꝝ malitiam nutriretur: & neminem vereretur arguere nihil sibi ꝓscius: & eē fide dignus: q xp̄m erat predicaturus & de ipso testificatur⁹ Nemo enim potest alterius testis esse ydoneus: nisi prius fuerit suus. Fugit igitur turmas & tumultum populi: ne ex cohabitatione contraheret infamiam: vel vite aliquam maculam scandali vel delicti. Qui si in mūdo manifestet: forte malicia & contuersatione hoīm depriuatus fuisset. Mundum itaque fugit: vt sanctitatem suam custodiret: & ne leui saltem verbo vel peccato vitam macularet. Nazm fm crisō. Sicut impossibile est arborē iuxta viā positam fructus vsq; ad maturitatē seruare: sic hominē iuxta mundū positum vsq; in finem vite innocentiā custodire. sunt aūt quedaz arbores que ex sunt in orto plantate: ita q̄ ad stipitem trāsemtes non possint attingere: tū ramos suos per viā expādunt. Et ideo molestantur a transeuntibus sic est de religiosis in negocijs secularibus se implicantib⁹. Excellēs valde & mirabilis ē puer Johannes. Ipse enim fuit primus hereti-

te:ac principium:t via religiose viuere vo-
lentiū. De cuius singulari conuersatiōe pe-
trus rauēnas trascribit.infra teneritudinem
annorum. Beatus ille puer spiritu docente
ad ꝑfectum doctus est. Nec obstitit etatis
infirmitas quā multitudo dīi secundauit. Re-
liquit iohannes mundi:hoīes fugit:patriaꝫ
nescit parentes a pernatur:t in senium diui-
nitatis apicē.beate contēplationis figit ob-
tutus. Obtra rerum conseruatio hominem
tutius. Recessus montiū:siluarum antra-
ctus t vallium subterfugia vastitas puero
patriarche domicilia cū nos coegerat pre-
buerūt. Sic iohannes etatis supergressus in
fantiam t nobilioris generis generositatem
oblitus soli vacat diuinitati.forma vite.mo-
nachorum propositum.a nachoritaꝫ princi-
pium:totius religionis assertio. Unde t Crī
sostomus. Sicut sacerdotum principes sunt
apostoli.sic monachorum princeps Johā-
nes Baptista est quantum tradit hebreorum
scriptura t riꝫ hodie in memoria est. Cōsi-
derate monachi dignitatem vestram. Joha-
nes princeps vestre est dignitatis. Ipse mo-
nachus statim vt natus est in heremo viuit
in heremo nutritur.cum expectat in solitu-
dine:non vult cum hoīibus conuersari:in he
remo cum angelis prophetatur. Felix ista
conuersatio.despicere homines.angelos ꝙ
rere:vrbes detestari in solitudine christum
inuenire. Christum non querebat in templo
sed in deserto. Separauit se a multitudine.
Oculis expectantibus christum nil aliud,di-
gnus est aspicere nisi xpm.felices sunt qui imi
tantur iohannē quo maior inter mulierum
non fuit. Dec Crisō. Infelices ergo mona-
chi sunt: qui iohannem principem suum nō
sequentes solitudinem suā deserunt:t in vr-
bibus cū hoīibus conuersatur quibus solitu
do carcer est:t oppidum paradisus. Nō sic
Dieronymus sentiebat: qui dicebat. Vide
rint alij quid sentiant.vnusquisq enim sen-
sum suo dicitur.mihi:oppidum carcer est.t so
go monachus nomen suum. Monos enim
grece vnus latine t achos grece tristitia latine
dicitur:inde monachus quasi vnus t tristis
interpretatur. Sedeb' solus t tristis vt of-
ficio suo vacet:aliter ...g officiū nō vsurpet.
Qui tamen fi... ...re vult: audiat consilium
Dugonis qui dicit. Utilitas habitus tui: t
simplicitas vultus: t sanctitas conuersatio
nis sue:docere debēt hoīnes. Melius su-

giendo mundū voces'q̄ sequendo. Quī etiā
fm consilium Gregorij Reuerenti ā sui ha-
bitus in actu:in locutione.in cogitatiōe sem
per credipiciat. vt ea que mundi sunt perse
cte deserat:t ꝙ offēdit humanis oculis ha-
bitu hoc ante dei oculos moribus pretendat
Nō ergo glorieris ꝙ in solitudine vel religio
ne sis.aut longo tēpore fueris:nisi in ea be-
ne vixeris qz nihil tibi proderit.imo magna
dāna pateris:si heremita vel religiosus voca
ris t vitā non agis. Ut.n.ait hiero. Non hie
rosolymis fuisse:sed hierosolymis bene vi-
xisse laudandum est. Unde Augu. ad fratres
heremitas. Non.n.satis prodest:ꝙ istū locū
expetauimus.si tales simus quales in seculo
esse peteramus. Nunqd nobis habitatio hu
ius secreti aliqd prodest qñ tyrānico dīna tu
malicia in nobis regnat qñ ira superegtat:
qñ maiorē nobis victoriā human' oculꝰ q̄
diuinus indicit:qñ laudabiles heremite ex
tra mundum nos esse credimus.t per diuer
sa passionum vitia mundum intra nos in
clusum tenemus:ito vt q putabamus nos p̄
cibus nr̄is seculo sibi succurrere pene neces-
se sit vt videamur magis seculi intercessori-
bus indigere. Dubiū qppe nō est qd ...la aia
q̄ cupiscētia voluptatū possessa efficit mun
dane conuersationis nō possit effici regnū di-
uinitat'.ideoq fratres videte vocationē ve
strā.venire quidē ad heremū sūma ꝑfectio ē
sed non ꝑfecte in heremo viuere sūma dāna
tio est. Quid.n.prodest si locus corporaliter
getus teneat t inquietudo in corde versē.
Quid inq̄ prodest si in habitatione silentiū
in habitatoribus sit vitiorū tumultus t col-
luctatio passionū:si exteri ora nostra seren-
tas teneat t interiora tēpestas. nō.n.ideo ad
locū istū venimus vt nobis mundus samu-
letur:vt reb' oibus habundātes omni quie
te fruamur:nō vtiq ad requiē.nec ad securi
tatē:sed ad pugnā huc venimus:ad agones
processimus ad exercenda cū vitijs bella pa
peramus:vt lingue gladio retundamus: vt
non solū non inferamus iniuriā:sed nec sta
tim sentiamus. hec Augu. Sz heu pauci ho-
die religiosi reperiuntur q ve bono in meli'
proficiunt:t de virtute in virtutē ascēdunt.
Unde Ber: Multo facilius reperires mul-
tos seculares cōuerti ad bonū q̄ vnū de re-
ligiosis transire ad melius. Rarissima autē
in terris est qui de gradu quem in religione
semel forte attigerit vel parum ascēdit. Aut
ascendas necesse est:aut descendas s'tattem-
ptas stare:vt rnas necesse est. Et iterum mi-
nime pro certo est bonus qui melior esse non
t vbi incipis nolle fieri melior.ibi desinis ē

bonus. hec Ber. Joseph autem t Maria cū
puero Jesu trascuntes iordanem venerunt
terram israel.fm angeli iussionem. Non.n.
determinauerat angelus in quo loco terre
israel nec nominauerat.t aliquam ciuitatem
determinate: vt dubitante ioseph iterum re
uertereī: t rex reuersionem angeli instruen
tis eum de loco. Joseph ex frequētiori visita
tione angeli t locutione cum eo certior red
deretur t magis ꝑsolaretur. Qđ iesus in pa
triam suam reuerteret, nos quoq in patriā
nostraz festinare ām̄onet. ((Audiens vero))
ioseph ((qđ archelaus)) filiꝰ herodis senior
((regnaret in iudea p̄o herode suo patre ti-
muit illuc ire)) p̄e archelao paterne crude-
litatis herede:qz ille tanquā principalis ma
gis p̄o parte zelabat t omnis impetus per
secutionis in bethleem eiusque finibus de-
seuiebat. iudea aliquando accipitur p̄o to-
ta terra duodecim tribuum vt ibi notus in
iudea deus: aliquando p̄o sola terra tribus
iude vt ibi. iudea t hierusalem nolite timere
Aliquando p̄o terra duarum tribuum. s. iu
de t Beniamin vt hic dicitur ꝙ archelaus
regnauit i iudea. Diuisus ergo erat regnus
t tam' pluribus regebatur. ad cuius euidē
tiam est sciendum ꝙ fm opinionem magis
probabilem: herodes moriens ꝑdidit testa-
mentum in quo ordinauit archelaū filium
suum regni sui successorem: ita tamen qđ co
ronam sibi non imponeret nisi per romanū
imperatorem. ad sumendū igitur dyadema
romam venit: sed t fratres eius duo scilicet
herodes antipas: t Philipus qui cum ipso
post mortem patris superstites erāt qz alios
tres filios. s. antipatrum suū primogenitum
t alexandrum. t Aristobulum. Pater ante
mortem suum miserabilem necauerat etiaꝫ
romam venerunt: t paterne hereditatis pa
trez petierūt. Tandez imperator t senatus
romanoꝝ volentes frāgere iudeorum̄ super-
biam: t auferre eis rebellandi occasionez:
abstulerunt eis regū nomen: t diuiserunt re
gnum in quattuor partes scz tetrarchias.
quarum duas scz abilinam dederunt arche-
lao filio seniori. Tertiaz p̄o. s. galileā t regio
nē trāsiordanē dederūt herodi antipe. sub quo
iohānes est decollat': t dñs passus: sed q̄r
t az. s. ytuream t traconitidē regionem. de-
derūt philipo. cuius uxorē abstulit ipse hero
des antipas frater eiꝰ t sic archelaꝰ erat dy
archa sedalij duo fuerunt tetrarche. adhuc
sūt p̄ter herodē ascolonitaz t herodē an
tipā inpradictos etiaz terꝰ herodes dictꝰ
agrippa filius aristoboli filij herodis ascola
nite fuit: qui iacobum fratrem iohānis gla

dio occidit t petrū incarcerauit. Et quia ar-
chelaus fuerat a patre quātū in se erat in te
to regno iudeoꝝ substituus iō magis time-
bat factis a patre ꝑpter qđ ioseph timuit ire
in iudeā ((t ammonitus in somnijs)) p̄an
gelū fuit cū puero t matre eius in galileam
vbi dīnabatur alius filius. s. herodes qui por
tione sibi debita a patre quātū in se erat. an
te p̄uatus fuerat. ꝑpter qđ ioseph' ibidem
cum puero securius manſit que t ipsa terra
israel erat: qz eam israel incolebat. ((et veni-
ens habitauit in ciuitate que vocatur naza-
reth)) vt ibi xp̄s nutriret: vbi fuerat cōcept'
Iz in bethleem fuerat natus ibi enīz securius
habitare poterat q̄ in hierusalem vel bethle
em vbi archelaus manebat. vnde crisō. Ue-
nit igitur iesus in nazareth. non solum peri
culi timore verūetiam patrie amore cogente
vt scilicet securius ibi habitaret t gratius.
Hoc autem factum est ((vt adimpleretur qđ
dictum est per prophetam quoniam nazare
us vocabitur)) Ly vt tenetur consecutiue nō
causaliter: quia prophetia non est causa cuī
tus rei: sed euentus est causa implectionis p̄
phetie. nazareus aūt christus est nuncupat'
tam ex loci appellatione vbi conceptus ē: et
nutritus q̄ ex sacramento legis fm ꝙ naza-
reus sanctus interpretat: t dīnm oēs scriptu
re sanctum dicunt t testantur. Sicut ergo
elegit locum in quo nasceretur: sic t ciuitatē
in qua coadolescens nutriretur: cuius nomē
est iuditio q̄ essentialiter ipse fons sanctita-
tis sanctitate nutritus sanctus sanctoꝝ q̄si
nazarenus nazareorum recte dicī. Naza
reth enim flos cāpi vel germen nouellus vel
sanctitas interpretatur de cuius radice ger-
minis sanctus sanctorum. i. nazareus ascen-
disse legitur. Un̄ t ex hoc ꝙ xp̄s dictus est
nazareus discipuli eius: t xp̄iani prius cōi
nomine consueuerūt nazarei vocari: sed post
quam petrus anthiochenam sedem tenuit
cōi ꝑcilio greco nomine a christo christiani
dicti sunt. in nazareth ergo concipi t nutriri
christus voluit. t per hoc daret intelligi: qđ
florida fuit. t eius conceptio: qz sine origina
li: t eius conuersatioꝝ sine actuali. Unde di
cit Ber. Qđ amat florigeram patriam flos
de radice ꝓsse. in hoc autem quod vereligit
de egypti: t venit in galileā. habitauitq in
nazareth: datur nobis exemplum quod sta-
tum culpe debemus deserere t de vitijs ad
virtutes trāsire in pseuerātiaq bonoꝝ opeꝝ
florere: vt sic patriā celestē valeamus perue
nire. Ecce reduximus puerum iesum de egy
pto. Eo reuerso sorores dñe alijq cōsangui-
nei. t amici concurrunt: t ad visitandum

eos festinant. ipsi autē nazareth remanent: & pauperculam ducunt. Ubi mox solito⁹ Joseph operas fabiles locauit. Maria ti lando & lendo & alias q̄cq̄ potuit labora uit. ac pulcherrimus circa filium suum deli gens. & solicita fuit. Unde enim (ait Anselm⁹) Nec est aliqua scientia. que possit perfe rare nec eloquentia. que possit p̄dicare. quā ta dulcedinis fedulitate parentum foverit. quanta diligentia obsequijs adolescentē. & in robur etatis p̄ouexerit vadentem. Et vt ipsa cuiusq; deuote persone reuelauit multo tiens. cum filium suum gremio confoueret pronia deuotionis dulcedine caput suum ca pti filij acclinās tactas lachrymas effudit. vt caput & totam eius faciem lachrymis amo ris rigaret. & dicebat. O salus et gaudium anime mee. Quis hec audiens vl mente tra ctamus se a lacrimis poterit continere. Enim & vsq; ad nij. annum pueri iesu non legi tur aliquid de ipso vel eius parentibus. Dici tur tamē. & verisimile ē. q̄ i nazareth adhuc est sons parvus ad quem dña aliquando ibat & de quo puer iesus frequenter aquam hauriebat & matri ministrabat. vtpote qui subditus illi erat. pro iūmis ergo delitijs in terdum aquam tribuit siue matri qui dat esca omni carni. Ubi etiam herbas in agris collegit de quibus mater olera conficeret. sa ciebat huiusmodi seruitia matri humilis do minus. non enim habebat aliū seruientē vel iuuantem in necessitatibus. in humilitate se tempestiue exercere cepit de qua postmodū pre ceteris virtutibus gloriando dixit. Discite a me. quia mitis sum. & humilis corde. vn de anselmus. nihil vesanitatis estimes tibi ac cessurum si eum apud nazareth puerum in ter pueros contempleris. si obsequentes ma tri si operanti nutritio assistentem intueris.

Oratio.

Eu mittisme qui de virgine nat⁹ in partes egypti secessisti. & ab egy pto vocatus in terram israel reduxisti me oue seruū tuum a vultu oculoꝝ tuorum in egypto huius exilij proiectū in hu ius peregrinationis tenebris exulatū. ab egy pti partibus a mundane conuersationis te nebris reduc corpore reduc mente. reduc et voluntate. fac me vitia deserere. & ad virtu tes transire. & in terra promissionis meis di gneris introducere modo fide spe & caritate in futuro vero respecie glorificatiōe & beate.

¶ De eo q̄ puer iesus remansit in hierusalem & inuentus est in templo.

Capi. xv.

((Uer aūt)) iesus ((crescebat)) in au gmento ((& confortabatur)) in vigo re. s. quantum ad corpus. & ne quis imaginetur ita eum creuisse secundū animā sicut creuit secundum corpus. ideo subdit q̄ erat ((plenus sapientia)). s. quantum ad ani mam ((& gratia dei erat in illo)). s. quantum ad vtrunq;. vnde fm bedam. quia in xp̄o hā bitat omnis plenitudo diuinitatis corporali ter ideo puer iste erat plenus sapientia, nec fm hoc indiguit augeri vel confortari. vtpo te verbum dei. & deus sed inquantum fuit homo erat in eo gratia. magna enim gratia illi homini xp̄o donata est. vt ex quo homo fieri cepisset perfectus esset & deus. Et fm eū dem bedam. huic simile est q̄ scribit iohan nes eum plenum gratia. & veritate eandem ipse diuinitatis excellentiam nomine verita tis quam lucas sapientie nomine cōmen dauit. habuit quippe christus plenitudinem omnium virtutum. donorum spiritussancti exceptis. fide & spe pro quibus habuit certā scientiam & firmam possessionem. quia ab i stanti sue conceptionis beatus fuit. Quotiēs ergo xp̄s crescere & confortare vel tale aliqd agere dicitur. omnia ad corpus referuntur. Nam fm animam ab instanti conceptionis totaliter perfectus fuit sed hanc perfectionē non ostendebat nisi prout conuenientia tem poris exigebat. vnde ber. vir erat iesus nun dum natus sed sapientia non etate anime vi gore non corporis maturitate: integritate sensuum non corpulentia membrorum. nec enim minus habuit scientie iesus conceptus q̄ natus. parvus q̄ magnus. Siue ergo la tens in vtero siue vagiens in p̄sepio. siue tā grandiusculus interrogans legisdoctores i templo. siue iam perfecte etatis docens in populo eque perfecte fuit plenus spiritusan cto. de his & huiusmodi habes etiam infra i fine huius capituli ((Et ibant parentes ei⁹)) tanquam deuoti. & religiosi legis obseruato res ((per omnes annos)) vt essent in ((hieru salem in die solemni pasce ((scilicet paresce ue. vt legem audirent. sacrificijs participarēt solēnitati inter esse. & eius adhuc vmbre seruiebant cuius iam veritatem tenebāt. vbi nota q̄ legales festiuitates iudeorum q̄dam erant communes. & continue: quedam anni uersarie. cōmunes & cōtinue erant due. s. sab batū quo vacabāt ab omni opere. quod illo die deus requieuit ab omni opere creatiōis alia est neomenia in principio. s. nouē lune ad laudē creatoris qui creauit omnia tēpora. anniuersarie vero festiuitates erant quinq; festum pasche q̄ celebratur decimaquar

ta luna mensis primi. erat hec festiuitas in memoriam liberationis de egypto. Secūda erat festiuitas pēthecostes que celebrat quin quagesima die a pascha eo q̄ tunc data fuit lex iudeis in monte synai a deo. Tertia festi uitas erat tubaruz & clāgorum. q̄ erant p̄ma die mensis septēbris. Tūc enim buccinabāt comibus pecorum in memoriā q̄ cadē die fuit isaac liberatus ab immolatione patris. pe core substituto p eo. quarta festiuitas erat p pitiationis: & celebratur decima die mensis septembris: q̄ eadem die venit ad eos moy ses referens dei irā placatā de offensa confa tionis vituli quem adorabant. quinta erat xenophegia scilicet festū tabernaculoz: qđ erat decimaquarta die septembris: & tūc ilis diebus habitabant in tabernaculis. in me moriam quod patres eoz quadraginta an nis in deserto fuerunt: sub vmbraculis habi tantes. inter has quinq; festiuitates sole tres scilicet pasche: pentheccostes & xenophegie: erant solēniores & protendebant septē dieb⁹ in his tribus omne masculinum fm p̄ceptū legis ascēdebat in hierusalem: vt appareret coram domino qui tamen erant remoti ex ra tionabili causa de pēthecoste & xenophegia se poterant excusare sed de pascha non nisi i firmitate cogente. ista autem lege mulieres nō erāt astricte. sed tamē plurime veniebant ex deuotiōe. Unde & beata virgo ascēdebat sin gulis annis nolens puer dimittere sine cu a tuarime q̄diu regnauit archelaus. quāuis q̄ parentes, timerent archelaum. ibant tamen in hierusalem ad diem festū: quia poterat fie ri: vt tunc inter tāz ingentē turbā latenter a scenderēt mox reuersuri. nec solemnitate pre termissa eēnt irreligiosi: vt nec longa mansi one cōspicui. ((Et cum factus eēt iesus anno rum duodecim)) ascendit cū parentibus suis ((secundum)) legis ((consuetudinem ((ad di em festū in hierusalē. per hoc ostēdit q̄ a pu eritia debēt homines assuescere ad diuina: & ad idem facit q̄ aliis recedēntibus in loco di uini cultus remansit. Laborauit ergo etiam nūc puer iesus itineribus longis: & vadit vt honoret patrem suū celestē in festis suis. ob seruans humiliter legem domin⁹ legis. quia enim dominus venit vt daret omnis perfec tioni: & humilitatis exemplū. voluit legem q̄diu statū habuit conseruare. vbi beda ser uauit ipse legem quā dedit: vt nobis q̄ hoies sumus puri ostenderet seruādū p̄ oia quic quid deus iubet. Sequamur ergo iter huma ne cōuersatiōis eius si deitatis gloriā delecta mur inueri. hec beda. nos itaq; serui ad exem plum dñi debemus magno studio bonoꝝ

operum & preuenire solēnitates & celebrare ac solicite diuina precepta obseruare. Unde quidam frater tam magne deuotionis ad festa christi & beate virginis & ad festuz om nium sanctorum erat: quod ante quodlibet festum ieunijs ac orationibus: & castigatio nibus ad suscipiendum ipsum festum se pre parabat & quādo aliquod festū durauit: tā diu circa illud meditationib⁹ & orationibus se occupauit. Moraliter hic instruimur q̄ specialiter in diebus festiuis quilibet xp̄ianus debet ire ad locū: quē elegit dñs. idest ad ec clesiā. nō ad theatrū vel tabernā: debet vaca re diuinis laudibus. non choreis & vanitati bus. debet insistere elemosinis. non vsuris. vel spoliis: debet intendere bonis operibus nō cōmessationibus & ebrietatibus. Naz de his qui secus faciunt dicit dñs in Jsaia. So lēnitates vestras & neomenias vestras odi uit anima mea. Postq̄ ergo iesus ad etatē duodecim annorum venit suam sapientiaz manifestare cepit. & aperire quid patri cele sti quid terrene matri deberet. Etas. n. duo dēnis tippus erat duodecim apostolorum. per quos diuinitas & humanitas eius erat per orbem nunciāda vniuersuz. Recte ergo in duo denario numero iubar perfectionis eius declarari incepit. per quē quasi p duo decim tribus & per duodeciz apostolos vni uersitas saluandoz significatur. ((Cōsumā tis ēt diebus)) festis & cōpleta solemnitate queper dies octo durabat. recedentibus pa rentibus ((remansit puer in hierusalem)) nō a casu nec parentum negligentia vel oblui one sed sine voluntate & ordinatione. vt a pu eritia zelum suum ostenderet circa spiritua lia. Et sicut parentibus quod debebat exhi buerat ascendens cum eis tanquam homo: cum hominibus ad offerenda sacrificia: sic etiam patri debitum spiritualis doctrine vo cando exhiberet. ((Et non cognouerunt pa rentes eius)) idest non aduerterunt q̄ in hie rusalem remaneret ((existimantes illuz esse in comitatu)) idest inter eos qui simul fue rant comitati. Secreto autem eis ingnoran tibus remanere voluit. ne aut eis obedien do recedens retraheretur a disputatione: aut non obediendo remanens videretur eos contemnere. Hinc habetur argumentum q̄ filius absq; cui⁹ p̄sentia pater & mater vitam possunt transigere: ipsis etiam nescie tibus aut nolentibus potest ad religionem: & ad status perfectionis euolare. seq; diuino cultui emancipare discretionis inditio co mite. Et impeditoribus ait dñs. Sinite par vulos venire ad me: talium ē enī regnū celoꝝ.

Hierusalem ⁊ inuentu⁹ est in templo

Hō queritur hic quomodo parētes eī⁹ oblīui
scendo eum relinquere potuerunt: qui tanta
cum eo nutriuerunt. Ad hoc dicendus q̄
mos erat filijs Israel ad festa confluentibus
vel ad propria redeuntibus vt seorsum viri
⁊ seorsum mulieres propter mundiciam ea
rum: ita vt vix deprehendi vt alterutrum cōmentes.
magis religiose secundum legis dationem se
sta celebrarent. ⁊ ne eorum intra societate
aliquid inhonesti contingeret. pueri autem
cum quolibet parente indifferenter ire pote
rant. vnde ioseph videns puerum iesum nō
esse secum: putabat eum esse cum maria i co
mitatu mulierum: ⁊ cognoscens maria puta
bat eum esse cum ioseph in cōmitatu viroꝝ
Sic ergo ((venerunt iter)) vnius ((diei)) a hie
rusalem fine puero cum hac estimatione q̄
esset in comitatu virorum vel mulierū. Et cū
in sero venissent ad locum vbi hospitari de
bebant: videns domina ipsum. ioseph fine
puero quem cum eo rediisse credebat dolo
re vehementi concussa: cum lachrymis per
domos q̄ decenter poterat sero circuibat: et
de ipso puero querebat. ioseph vero senex cū
fletu eam sequebatur ⁊ associabat. vade ⁊ tu
semper cum eis ⁊ quere puerum iesum do
nec inuenias. puero autem a parentibus hic
non inuento qualem quietem habere pote
rant tuipse cogita: ⁊ maxime mater: que ipsū
arctius diligebat. Et licet a notis consolare
tur. tamen consolari non poterat. quid enim
erat perdere iesum. conspice bene ipsam ⁊ ve
hementer ei compatere. quia in magna an
gustia est nunc anima sua. nunq̄ ex quo na
ta est vsq̄ tunc fuit in tanta. non ergo turbe
mur quando tribulationes habemus cum
etiam matri suenon pepercerit dominus: ad
suos enim eas venire permittit: ⁊ per ipsas si
gnum sue dilectionis suis ostendit. Tandē
domina in cameram se reducens ⁊ ad oratio
nem ⁊ planctū se conuertens per totam no
ctem illam angustiabatur super dilecto filio
suo. mane vero sequenti tempestiue domus
exeuntes cum etiam per circūstantia loca q̄
rebant. nam redituꝰ per plures vias patebat
circūeundo igitur cum in vtraq̄ comitiua
((requirebant)) ideſt iterum: ⁊ iterum quere
bant. maxime ((inter cognatos ⁊ notos)) ami
cos qui in vtroq̄ comitatu erant. Quo cū
tumenon inuento. mater sine spe anxiebat: ⁊
consolari non poterat. Nec diligenter reco
gita. quantis vulneribus ⁊ cruciatibus cor
beate virginis tunc sauciatum fuerat. que su
spiria: que lamenta: quas anxietates pertule
rit cum quesitum filium non inuenit. tas ex

pertri cepit qualis esset futurus dolor eius q̄
quo predixit ei symeon dicens tuam ipsius
animam pertransibit gladius. nesciebat vir
go quid ageret: cogita thesaurum sibi pie a deo
cōmissum perdiderat. vnde lamentabiliter
potuit dicere illud. genesis. Puer non com
paret ⁊ ego quo ibo? considera hoc q̄ beata
virgo de terra sua expulsa ⁊ in egyptum
fugata in tanta tribulatione posita filiuꝫ nō
perdidit: sed postq̄ ad festiuitates iuit. ipsuꝫ
amisit per q̄ datur intelligi q̄ iesus sepe in
aduersitate custoditur: ⁊ in prosperitate per
ditur. Tertia vero die ((regressi sunt in hie
rusalem)) a qua per vnam recesserant: ⁊ cum
ibidem requirebant. Puto q̄ cū labore mul
to itineris ⁊ lachrymis plurimis virgo itera
to redit hierusalem: ⁊ appropriate potuit di
cere illud. canticorum. quesiui quem diligit
anima mea: quesiui illum: ⁊ non inueni. s. in
ter cognates ⁊ notos. Surgam ergo eundo
de loco ad locū: ⁊ circuibo ciuitatem per vi
cos ⁊ plateas: ⁊ queram quē diligit anima
mea: ((Et post triduum)) amissionis eius in
quo prefiguratū est triduum mortis eius. in
quo credebatur amissus. Quarto die mane
((inuenerunt eū in templo)). vt sm Ambro.
daret iudicium. quia post triduum triūpha
lis passionis resurgeret. qui credebat mor
tuus: ⁊ tunc cum gloria immortalitatis est in
ventus. Inuenerunt ergo eum in templo in
loco vtiq̄ deuoto in loco dei sancto. Non in
uenerunt eū in theatro aut foro vel ludo (si
cut solēt pueri inueniri) sed in loco deputa
to doctrine sacre ⁊ orationi. Filius libēter in
domo patris sui manet. Ille igitur qui libē
ter stat i ecclesia signū ē: q̄ sit filius dei. quia
stat i domo patris sui. Ille vero q̄ libēter in
taberna: signū ē: q̄ sit filius diaboli: quia mo
ratur in domo patris sui. inuenerūt inquā eum
in templo nō huc atq̄ illuc leuiter ((put mos
est pueris)) discurrentē sed tāquā sapie fontē
((in medio doctoꝝ)) vt melius oēs audire: ⁊
cum eis conferre posset. Compositē sedentē
⁊ tanquam exemplar humilitatis prius ((au
dientem illos ⁊ interrogantem)) q̄ docentē.
ille doctores in templo: que angelos docet in
celo. Ille docet interrogando velut qui ver
bum scientie ipsis suis doctoribus ministra
uit. interrogabat: non q̄ indigeret vel vt adi
sceret sed vt nobis addiscendi: ⁊ zelandi scri
pturas sacras formā daret: ⁊ vt ea que non
intelligimus interrogare nō erubescamus? et
quo tamē erubescūt multi sup̄bientes? ne
ti⁹ i errore pmanere q̄ istrui. ad exēplū quo
humilitatis pr⁹ audire q̄ istruere volebat

docens q̄ etiam hominem docti promptio
reo debent esse ad audiendum q̄ ad docen
dum: quia qui prius respondet q̄ audiat stul
tum se esse demonstrat. Ad probandum ci
uim quod dicto esset. eosdem homines subti
liter interrogat: ⁊ sapienter respondet ita vt
audientes inde stuperent. Unde dicitur. Stu
pebant autem ideſt valde mirabantur om
nes: qui cum audiebant super eius pruden
tia in interrogando: ⁊ opponendo: ⁊ in re
sponsis soluendo quia aliās inauditum fue
rat q̄ puer talis etatis tam sapienter locu⁹
esset. Stupor quippe est vehemens admira
tio rei omnino inconsuete: ⁊ sic fuit hoc. Hu
milit enim humiliter: quesiuit prudenter et
respondit sapienter: cum tamen esset puer.
Ipse interrogabat. ipse respondebat. ipse su
mne magistros humiliter audiebat: ⁊ ad
de fm bedam. ad ostendendum q̄ hō erat:
omnes magistros humiliter audiebat: ⁊ ad
probandum: quia deus erat. eisdem loquen
tibus sublimiter respondebat. ((stupebant
autem videntes eius infantiam. ⁊ tamē sic
sublimia loquentem videntes cum corpore
⁊ etate paruum: sed interrogationibus ((re
sponsis)) magnum hominem. ⁊ non deum
considerantes ⁊ inter alta que audiunt ⁊ in
firma que vident dubia admiratione admira
tur. nos autem non cum sentoribus indeco
super prudentia: ⁊ responsis eius stupeam?
neq̄ miremur: sed ipsum verum deum ve
rumq̄ hominem esse credamus a quo est
omnis sapientia. ⁊ cum quo fuit semper. ⁊ e
ante tuum. scientes fm prophetias q̄ sic par
uulus natus est nobis q̄ permanet deus fo
tis. ((Et parentes eius videntes)) cum in tē
plo in medio doctorum sedentem ((ammira
ti sunt)) valde propter rei inexperientiaꝫ: q̄
nunq̄ fecerat rem talem vel similem. mater
autem eius quasi reminiscens exhilarata. do
gratias egit immensas. at puer iesus videns
matrem venit ad eam. quem ipsa suscipiens
⁊ dulciter osculans: ac deinde respiciens in
faciem eius decorem ((dixit ad illum. Fili q̄d
fecisti nobis sic.)) Quasi diceret. desideratis
sime fili. quare hoc fecisti: vt nobis ignoran
tibus ⁊ nescientibus remaneres. Quid tam
dilecte ⁊ tam diligenti matri tantam mate
riam doloris inferre potuisti. Peto fili hoc
mihi indicari: vt dolor meus ex hac re con
ceptus q̄ valeat mitigari. Quem virgo mater
per triduum anxio dolore quesierat. post in
uentionem inter merorem ⁊ gaudium pos
ta pia correctione increpauit. ioseph autem

(licet pater eius diceretur) non fuit ausus ei
lum arguere. cum firmiter crederet ipsum di
filium esse. sed mater ex maxima dilectione
quam habebat ad filium quem sic querebat
sic arguebat illum: quia amor excellens ne
scit modum. loquitur ergo ipsa ⁊ nō ioseph
quia in ea fuit maior dolentis affectus. vnde
Brego. maria maternis affecta visceribus q̄
si cum lamentis inquisitionem doloresam
ostendit ⁊ omnia sicut mater fiducialiter et
humiliter ⁊ affectuose exprimit dicens. Fili
quid fecisti nobis sic. vnde ⁊ anselmus. quid
fi duodenem per triduum cum matre quesi
eris. o inquanta copia fluent lachryme. cum
audieris matrem dulci quadam increpatio
ne filium verberantem ⁊ dicentem. Fili q̄d
fecisti nobis sic. vel posset dici q̄ non fuit in
crepatio. sed pia de eius absentia conquestio
((Ecce pater tuus)) scilicet nutriticius ((et
ego dolentes)) scilicet de amissione tua ⁊ ab
sentia ((querebamus te)) cuius presentia est
nobis dulcissima. In quo moraliter instrui
mur: quod dolere debemus. cum iesum. i. fa
lutem eternam amittimus. quod per peccā
tum sit cum peccamus. Et tunc eum quera
mus per triduum penitentie. scilicet per con
tritionem cum dolore. per confessionem cuꝫ
pudore. per satisfactionem cum labore. ⁊ reui
uenietmus eum. Sed heu multi plus dolent
de amissione rerum transeuntiuꝫ q̄ de amis
sione eterne salutis sue ⁊ aliorum. vnde ber.
cadit asina. ⁊ est⁹ qui subleuet. perit anima et
non est qui succurrat. sacrata virgo patrem
eius appellat ioseph. tum propter iudeorum
suspitionem. tum propter eius educationem
tum propter genealogie explicationeꝫ. ⁊ no
ta q̄ nunquam leginus ioseph domino su
isse locutum. sed hec virgini dinumerabat. quia
ad ipsam sicut ad veram matrem magis p
tinebat. Querendus est iesus socialiter cum
maria ⁊ ioseph. q̄ notatur cum dicitur pa
ter tuus ⁊ ego. ioseph enim interpretatur au
gmentum. ⁊ significat opera bona. que sem
per debent augeri. maria interpretatur illu
minata. ⁊ significat fidem. que est illumina
tio mentis. interpretatur ⁊ stella maris signi
ficat caritatem. quia sicut ceteris stellis occi
dentibus illa non occidit. sic ceteris virtuti
bus deficientibus illa non deficit. Cum tali
igitur societate iesus est querendus. i. cum fi
de bona. operatione solicita. ⁊ caritate fer
uens. ⁊ tunc inuenitur. si enim alterum illo
rum defuerit inueniri non poterit. debet etiā
am queri lachrymabiliter. q̄ notantur ex eo
quod virgo dixit dolentes querebamus te.
((Et ait ad illos)) non matrem exasperando

sed potius instruendo dicens. ((Quid est q̄ me querebatis)) scilicet inter cognatos & cō
sanguineos. cum potius deberetis me quere
re in templo q̄ sit domus patris mei. & in ce
teris q̄ cum quasi filium querunt. & quasi cor
rigendo verbum matris. quis sibi verus pa
ter sit. equid potius eterno patri debeat illis
verbis insinuat. subdens ((nesciebatis q̄ in
his q̄ patris mei)). Oportet me esse)) .Unde in templo in doctrina: & in operibus quibus manifestetur pater meus. quasi diceret. poti
us debeo respicere eum cuius sum eternꝰ filius secundum naturam diuinam q̄ te cuius sum filius secundum naturam humanam. & ioseph cuius nō sum filius nutricius. vnde non debetis mirari si vos dimissa propter patrem eternū cui plus teneor. magis afficiebar ieſus ad patrē naturalē & eternū. & ad matrem naturalem & patrem putatiuū. quātus. n. parētes diligeret & eis obediens fuit tñ principaliter honorare voluit. in quo datur doctrina q̄ pietas ad deū. pietati respectu parentum ē preferenda. Dulcas igit & tu deū & parentes diligere & honorare. eis obedire. sed in omnibus deū preferre. nota ēt moraliter. q̄ p hoc q̄ ipse interrogatiōe rndit q̄si corrigēdo verbum matris. q̄ ipsum dolore inter cognatos & notos q̄sierat. obmissionē vinculoꝝ sāguinis apte suggerit ofid cō q̄ nō cōtingit metā p̄fectiōis attingere eā. q adhuc vagat in his. que corporis cōsistūt. & q̄ hō deficit a p̄fectione pp affectū cognatoꝝ. Et hec innuit p̄ primā clausulā. cū att. qd ē q̄ me querebatis. inter cognatos & carnaliter ppinquos. p hoc vero q̄ addidit. nesciebatis &c. docet nos nō paruissima gradi. sed ad superiora debere mētis oculos attolere. moraliter. Doraliter per hoc q̄ ipse cū corrept̄ eēt hic a matre. se dulciter & humiliter excusauit. alibi aūt. i. in nuptijs cū inuitatus est ad miraculū dure rndit. dedit nobis exemplū & formā humilitatis vt malimus corripi q̄ laudari. Et neta q̄ istud fuit primū verbū q̄d ab ore saluatoris platū eē legit. in quo suā diuinitatē expellit. et ipsū verbū tante fuit altitudinis quod hoc est q̄d subdit̄. ((Et ipsi nō intellexerūt verbū q̄ locutus est ad illos)). i. q̄ de patre dixerat & ad hoc verbū intuere vellet. volebat enim eis intuere. q̄ sicut ad patrē ita ad ipsum pertineret cura tēpli spiritualiū. & omnium maiestas gloria. & operatio ac vna sedes. et

domus non solū materialis. sed & spiritualis. Cum maria & ioseph iesum dei filium crederent non tamē animaduertunt qd dicat. nec diuine nature archanum intelligunt: qa talia ab eo audire adhuc assueti non erant. & diuinitate sua nondum ad eos loquentem audierant. vel intellexerunt quid dixit: sed non ita piene. vt postmodum. ipse vero ad matris requisitionem & voluntatem redijt ((cum ille nazareth)) ad eorum cōsolationes vbi erat conceptus & educatus. vnde & nazarenus est vocatus. nam quia deus & homo ē vtraq̄ suam naturam nobis hic cōmendat & nunc excelsa deitatis: nunc infirma humane fragilitatis profert. utraq̄ quasi homo cum parentibus hierusalem ascendit sed quasi deus illis nescientibus in templo remansit quasi homo seniores interrogabat: sed quasi deus que seniores mirarentur respondebat. Quasi dei filius in templo patris & suo commoratur: quasi filius hominis cum parentibus quo iubent: reuertitur. ((Et erat subditus illis)) ad nostram instructionem & superbie nostre confusionem que frequenter renuimꝰ subici superioribus nostris. ((Erat qui ppē subditus illis)) scilicet in ea natura q̄ a patre minor est. quia (vt dicit august.) secundum formam serui puer christus minor erat etiaz parentibus suis. Et tu ergo subditus esto p̄pter illum vt ad eum per obedientie laborē redeas a quo per inobedientie desidiam recesseras. hic. n. exemplū & formā obedientie & humilitatis christus nobis prebuit & ostendit: dum ipse imperator mundi & cui mundus subiectus est: parentibus suis & eorum i perio humiliter subdi voluit. Audiant ergo hec subditi. & subditi esse non dedignentur si quidem omnibus prelatus subditus fieri nō est dedignatus. prelati quoq̄ non superbiant & in ioseph prelato & in christo subdito intelligit quia sepe sit vt maioris meriti sint subditi q̄s prelati: quod si intellexerit nō eleuabitur superbia que est sublimior dignitate: scilicet melioren sibi subiectum esse Et aduerte quanta fuit dignitas virginis q̄ ei ille subiectus est cui omnis creature subiciuntur. vnde augusti. hoc singulare priuilegium habuit virgo: vt haberet sibi subiectum: quem nō solum humana creatura: verum etiam angelica reueretur & adorat multitudo. vnde bern. pertractans hoc idem verbum & erat subditus illis. mirare inquit vtraq̄ .elige id q̄s amplius mireris siue filij benignissimaz dignationem siue matris excellentissimam dignitatem vtrunq̄ stupor vtrunq̄ miraculū q̄ femine deus obtemperetur humilitas ab

exemplo q̄ femina deo p̄cipetur. subditus sine socio. Et subdit. Discat ergo homo obedire. discat terra subdi discat pulvis obtēperare. erubescat superbe cinis. Deus se humiliat & tu te exaltas. Deus se hominibus subdit & tu dominari gestiens hominibus. tuo te p̄ponis auctori. quotiens enim hominibus p̄esse videro: totiens deum meum p̄ire contendo. & tunc vere non sapio ea que dei sunt. hec bernar. et nota q̄ filius multa debet parentibus. primo amorem cordis. secundo honorem operis. Tertio in necessarijs sustentationes. quarto in obsequijs famulationem. quinto reuerentiam in verbis. sexto obedientiam in honestis. septimo veniaz in offensis. Octauo tollerantiam in aduersis. sed quid fecit puer iesus in illo triduo. cōsio. sed quid fecit puer iesus in illo triduo. cō
spice. eum attende. quomodo se ad aliquod hospitale pauperum reducit. & cum verecūdia se ibi hospitari petit & ibi cum pauperibus iesus pauper hospitatur. & cōmedit. mē
dicat etiam ostiatim cum pauperibus: q̄ et alias quandoq̄ fecisse creditur. Unde. ber. hoc querens a domino cum alloquitur. Domine inuenit quis te in triduo sustentauit. et respondet sibimet sic dicens. vt te domine ie
su christe nostre paupertati per omnia conformares: quasi vnus in turba pauperum stipendia per ostia mendicans, quesisti. Quia dabit mihi bucellarum illarum mendicatarum participem fieri. & illius sacri edulij re
liquijs saginari. hec ber. conspice eum etiam inter doctores vultu placido sapienti & reuerenti & quomodo eos quasi ignorans interrogat: & audit: quod ex humilitate facit & etiam ne illi super mirabilibus responsis eius verecunderentur. Considerare autem potes moraliter in predictis tria valde notabilia. primum est qui deo adherere non debet inter consanguineos conuersari: sed potius ab eis discedere. nam & puer iesus dimisit a se dilectissimam matrem cum operibus patris intendere voluit: ac etiaz postea inter cognatos & notos quesitus. inuentus non fuit quia caro & sanguis eum non reuelauit: nec inuenitur in carnali societate. vnde bernar. puer iesus inter cognatos. & notos. queritur nec inuenitur. Fuge fratres tuos & tu. si tuaz vis inuenire salutem & obliuiscere populum tuum & domum patri tui: vt concupiscat rex decorem tuum. et iterum. O bone iesu si nō inuentus eo inter cognatos tuos quomodo te inueniam inter meos. Qualiter te inueniam in gaudio: quem vix mater tua dolens inuenit. Nec Bernar. Nec inueniri potest in

comitatu multorum quia non inueniuntur in multiplicitate mundanorū: sed in itimo cordis mentis vbi dei est templum. Secūdum q̄ qui spiritu aliter viuit. non miretur. si aliquando mente arida remanens videatur sibi q̄ a deo derelictus sit. cum etiam hoc metui dei contigerit. Non ergo mente tabescat: sed per continuum exercitium in sacris meditationibus & orationibus ac bonis operibus persistendo: diligenter eum querat: & cum sollicitus fuerit reueniet. Nam fin originem. oportet eum qui querit iesum: non negligēter & dissolute transire. sicut mīti querunt. & nō inueniunt. sed cū labore & dolore. Unde de Bern. si volumus frustra querere. quere
mus: veraciter: vt non p̄ illo aliud. reperiamus: veraciter: vt non p̄ illo aliud. ferueniter vt nō cū illo aliō p̄seueraē vt nō cū ab illo ad aliō quertamur. Facili⁹. n. celū & terra trāsire possunt q̄m vt sic q̄rens nō inueniat. sic pulsans non aperiatur tens non accipiat. sic pulsanti non aperiatur Tertium q̄ non debet quis esse proprij sensus vel ppie voluntatis. Nam cum dominus iesus dixisset oportet eum operibus patris intendere: mutauit consilium. & matris voluntatem secutus recessit eaz & nutritio' suo & erat subditus illis. Nunc etiam perpēde q̄tū debent homines obedire deo q̄n quidē ipse deus obedit hominibus. Si enim exemplo domini obediendum est hominibus multo magis oportet obedire deo. obediamus igitur non solum deo. sed & hominib⁹. quia dei filius obediuit non soluz deo patri celesti. sed & parentibus. ((Et mater eius conseruabat)) quasi manga((omnia verba hec)) que nunc & alias audierat ab eo. & hoc((in corde suo)) quasi sub sigillo scilicet recondens & signaculo. Nisi ipse p̄seruasset nos ea nō haberemus. de eius nanq̄ thesauris. nostra suscepimus omnia quippe q̄ ō domino vel a domino dicta vel facta cognouit siue intellecta siue nundum intellecta in corde & memoria quasi ruminanda & diligentius scrutanda recondebat: vt tempore suo vniuersa prout gesta erāt intelligeret. ac euangelistis & querentibus sufficienter explicaret. & his tanquam regula & lege per totam vitam vtebatur docens: vt nos crebra factorum & dictorum domini meditatione importunas cogitationes repellamus: & alios instruere laboremus. Et ideo si quis indiget bonis sermonibus ad eam recurrat: quia facta & verba christi in custodia conseruat. Doraliter ex isto habemus exemplum qualiter audiri debeant verba diuina scilicet vt in corde conseruetur: & ibidem ruminenter. non vt intrent per au-

rem vnam ⁊ erant per aliam((Et iesus ꝓfi
ciebat etate ⁊ sapientia ⁊ gratia apud deum
⁊ homines.)) Eras pertinet ad corpus sapi
entia ad animam gratia ad vtrumq; salutes
proficiebat vtiq; etate sicut carnis est etatis
dum de puerina ad iuuenem: consuero hu
manibus crescendi ordine: peruenit postro
in sapientia ⁊ gratia potest aliquis proficere
dupliciter: vno modo fm ipsos habitus sa
pientie ⁊ gratie augmentatos: ⁊ sic christus
in eis non proficiebat. qz ab instanti concep
tionis sapientia ⁊ gratia plenus fuit. Alio mo
do fm effectus inquantum scilicet aliquis sa
pientior ⁊ virtuosior opera facit ⁊ sic xps
proficiebat sapientia ⁊ gratia sicut ⁊ etate se
cundus quod per processum etatis perfecto
ria opera faciebat. ⁊ in his que sunt ad deus
⁊ ad homines: ⁊ hoc est qs addit apud deus
⁊ homines. Vel aliter fm Ambrosium pro
ficiebat sapientia quo ad manifestationes ⁊
visum suum: quia suam sapientiam ⁊ gratias
paulatim magis ⁊ magis manifestabat. Vel
fm Gregorium proficiebat in alijs: qui do
ctrine eius ⁊ exemplo proficiebat. sicut magi
ster in scolaribus dicitur proficere quia sco
lares sibi eo profitiunt. Et hoc apud deum
idest apud laudem dei: ⁊ apud homi
nes idest ad vtilitatem hominum. Vel secu
dum Theophilum apud deum ⁊ homines
qz prius debet placere deo ⁊ postea homini
bus. Et iz iesus in se nō proficiebat sapietia ⁊
cognitione habituali quia hec in eo augmē
tata non fuit ab instanti enim concep.tionis
plenitudinem horum habuit proficiebat ta
men ⁊ in se cognitione sensuali ⁊ experimē
tali: quia sensus eius cōuertebatur de nouo
ad aliquid ad qđ antea non conuertebatur.
Unde secundum Apostolum: didicit ex his
que passus est obedientiam. Non tamen de
nouo aliquid didicit ꝙ prius nesciret: quia
ꝙ didicit: prius nouerat scientia diuina ⁊ in
spirata. vnde Bernar. Ut ob alienam mise
riam cōmiserum habeas oportet vt tuam
prius agnoscas: vt proximi mentem in tua
inuenias ⁊ ex te noueris qualiter illi subue
nias. Uerus quippe dei filius priusq; se ex
inaniret formam serui accipiens. sicut mise
riam vel subiectionem experctus non erat.
sic misericordiam vel obedientiam experi
mento nouerat. Sciebat quidem per natu
ram non autem sciebat per experientiaz. Et
vbi misericors vsq; ad illam formaz in qua
⁊ pati ⁊ subici posset. in passione experctus
est miseriā ⁊ in subiectione obedientiā. Per
quam tamen experientiam non illi scientia

sed nobis fiducia creuit: dum in hoc misero
genere cognitionis is a quo longe erraueram
mus. factus est propinquior nobis. quando
enim illi appropinquare audemus in sua
impassibilitate manenti. nunc autem mone
mur cum fiducia adire ad thronum gratie
ipsius. quem nimirum languores nostros tu
lisse ⁊ dolores portasse cognoscimus: ⁊ in eo
in quo passus est ipse nobis comparari non
dubitamus. hec bernar. moraliter sicut ipse
proficiebat sapientia: etate ⁊ gratia apud de
um ⁊ homines: ⁊ passus. ⁊ resurrexit: ⁊ ita i
trauit in gloriam suam: sic etiam suos sequa
ces possunt proficere virtutibus: ⁊ per passio
nes ad gaudia transmigrare debere. Dec an
tem sancta ⁊ deo amabilis ciuitas nazareth
in qua verbum caro factum est: ⁊ flos om
nia vincens aromata in vtero virginis germi
nauit. vnde ⁊ merito flos interpretatur. i hoc
super omnes alias speciali gaudet priuilegio
ꝙ salutis nostre dominus in ea principium
prouocauit: ⁊ ipse preterea nutriri ⁊ parenti
bus subici dignatus est cui pater omnia que
sunt in celo ⁊ in terra subiecit.

Oratio.

Omine iesu christe filij dei viui q
per triduum a parentibus tuis do
lentibus quesitus tandem in tem
plo es inuentus. da mihi misero te desidera
re desiderādo querere. querendo inuenire.
inueniendo amare. amando mala mea redi
mere. redempta non iterare. Et qui petenti
largiris: querenti inueniris: pulsanti aperi
ris non deneges mihi minimo quod omni
bus promittis Quicq; ad voluntatem paren
tum nazareth rediens et subditus eis exitēs
forma ostendisti obedientie. da mihi du
ro voluntatem propriam frangere vt subie
ctus sim tibi. ⁊ propter te omni humane cre
ature. amen.

¶ Quid fecerit dominus iesus ab anno
duodecimo vsq; ad principium anni tricesi
mi. Capi. xvi.

Cucrsus ergo domi

nus iesus a templo ⁊ hierusalez cū
parentibus suis in nazareth: erat vt dictum
est subditus illis. Et ibidem cum eis vsq; ad
principium anni tricesimi habitauit. nec in
scripturis reperitur ꝙ i toto tempore isto ali
quid fecerit quod valde videtur mirabile.
Quod legitur meditabimur ipsum fecisse.
Stetit ne dominus iesus otiosus tanto tē
pore: vt nil faceret dignum scriptura ⁊ rec
tatione. si enim fecisset. cur sicut reliqua facta

sua nō scripta fuisset: Omnino stupor ꝙf. Cor
te iō scriptura tacet: nec acta iuuenili nimis se
publicēt. Sed antēde hic bñ qz patēter pote
ris videre: ꝙ nihil se faciendo: fecit magni
fica. Nihil. n. de factis eius a misterio vacat:
sed sicut virtuose loquebatur ⁊ opabat: sicut
virtuose tacebat ⁊ se subtrahebat. credendū
est. n. (sicut dicit doctor grego). qđ afi ⁊ dein
ceps absq; offensione alicuius famosi ⁊ publi
ci miraculi talster inter homines conuersatus fue
rit. quasi fuerit vnus ex illis donec ad viri
le pueniret etatē. Uñ de ipso dicit iohānes ba
ptista. Medius autē vestrū stetit quē vos ne
scitis. Et totū istud ipse breuiter cōplexus est
Lucas sub his verbis qz descēdit cū eis ⁊ erat
subdit⁹ illis. Uñ ⁊ Thomas medio tpe scili
cet a nativitate vsq; ad baptismū nullum mi
raculū christus operatus est: sed conformis
cōuersationis alijs erat ⁊ sua virtus ignota
omnibus existebat. Ideo autem non fecit
miracula medio tempore vt non putaretur
misterium incarnationis fantasma esse. si
non se habuisset sicut alij etate infantes. Et
iō demonstrationem scientie ⁊ virtutis sue
ad tēp⁹ distulit tempus: in quo alij homines
scientia et virtute vigere consueuerunt. hec
Thomas. Magister hic sumus. alinquando
docturus virtutes et viam vite cepit a sua
iuuentute opera virtuosa facere: sed modo
mirabili et cognito ac retro actis tempori
bus inaudito valet se in conspectum inuti
lem ⁊ abiectum et insipientem reddendō:
vt deuote ⁊ sine omni temeraria assertione:
cogitari et meditari potest. Et cum hac mo
dificatione omnia tibi affirmo que per au
ctoritatem sacre scripture non probantur pro
ut etiam supra in prologo recitatur. Sub
trahebat ergo se consortio hominum. et tu
multu⁹ eorum deuitabat crebrisque oratio
nibus intentus erat. Ibat ad synagogam
Best ecclesiam et stabat ibi multum in ora
tione ponens se in loco vilior: et magis hu
mili. Redibat domum ⁊ cum matre ac nu
tritio suo stabat. ⁊ aliquando hos ad iuna
bat. Pertransibat eundo et redeundo. inter
homines. ac si non inuenirent homines. Mi
rabantur cuncti cernentes iuuenem tam
speciosum nihil facere: quantum apparebat
laude dignum. Expectabat quod faceret ma
gnifica et probi viri opera. Cum enim puer
erat proficiebat etate ⁊ sapientia et gratia
apud deum ⁊ homines. Sed ecce crescens
et perueniens vsque ad vicesimum annum:
et etiam vsque ad vicesimumquintum: et vl
tra nulla faciebat opera. aliquam speciem
probitatis et virilitatis pretendentia. Supe

bant vehementer eum ⁊ deridebant: ⁊ apud
omnes communiter vilis et abiectus repu
tabatur. Quod bene per prophetam in per
sona ipsius dictum fuerat. Ego sum vermis
et non homo. obprobrium hominum ⁊ ab
iectio plebis. Omnes videntes me deriserunt
me. locuti sunt labijs et mouerunt caput.
Reddebat se vilem omnibus et abiectum.
Sed an tibi parum hoc videtur. Ipse qui
dem non indigebat sed certe in operibus
nostris nullum maius aut difficilius reputat
Ad altissimum gradum, peruenisse videtur
ac difficillimum: qui ad hoc peruenit: vt
corde in animo vere, et non ficte ita se vin
cit ac dominator animo suo et superbo car
mento reportari sed vt abiectus et vilis sper
ni. vsquequo igitur ad hunc gradum per
ueneris nihil tibi feciſſe videaris: Nam cum
in veritate iuxta verbum domini omnes su
mus inutiles etiam cum bene fecerimus:
quousque in hoc abiectionis gradu non su
mus nundum in veritate stamus sed in va
nitate consistimus et ambulamus. Unde
non seducamus nosmetipsos quia secundū
Apostolum. qui se existimat aliquid esse: cuz
nihil sit ipse se seducit. In omni quidem cu
ra quam pro salute tua geris: non est vullus
officium vel medicamentum, vtilius tibi qꝫ
teipsum vituperare atque contemnere. Qui
cunque ergo hoc facit adiutor tuus est. Doc
enim agit quod tu agebas aut agere debe
bas vt saluus fieres. Ad eum itaque qui in
iuriam tibi fecit proximum magis te exhibe
⁊ affabilem. ad eum vero cui tu feciſti. sup
plicem et erubescentem Aduersarium tuum
et cum qui tibi molestie aliquid irrogat ami
cum et adiutorem estima: damnum: tibi il
latum ⁊ contumelias lucrum ⁊ profectum
tuum deputa: ⁊ pro his gratias deo et in
rentibus referre non cessa. Nam secundum
quedam humilis quadet cum despicitur. do
let si honoratur. gemit in prosperis: exultat
in aduersis: tinet in diuitijs: luget in delitijs
cruciatur in habundantia et in penuria glo
riatur. laudes contemnit transitorias: ⁊ om
ni honore estimat se indignum. abhorret
ypocrisim. nescit simulationem. sed diligit
veritatem. tpalia obliuiscitur. ⁊ eterna ꝓcupi
scit. nescit q̄ mūdi sunt vt celestia mereatur.
nunq̄ de se ꝓsumere ꝓsueuit. vires suas vel
gras si quas hz nūq̄ sibi tribuit: merita sua
nō suis viribus vel suo sensui ascribit: sed di
alt illis. Uidi sathanam sicut fulgur de celo cadentem. qz presens erat quando corruit. imo cū precipitauit. Fulgur enim cadit celeriter. ⁊ manifeste ⁊ cū fetore ⁊ inflamatione. sic demones de celo empireo ceciderunt in instanti ⁊ videntibus sanctis angelis. ⁊ cuz fetore proprij peccati ad inflamandum homines per temptationem parati. ⁊ causa humane ruine fuit elatio siue superbia de sua excellētia. Quasi diceret saluator suis discipulis. Cauere diligenter debetis. ne ex elatione ⁊ potestate concessa super demones nimis eleuemini. ⁊ sic corruatis. Sathane ergo exēplo deterrentur. ⁊ ad humilitatem reuocantur. vt qui hunc ob superbiam de celo recordarentur ejectum. multo magis se de terra editos. si superbierint humiliandos. vt casuz proprium hoc exemplo caueant. ⁊ qui stat videat ne cadat. Et si ille propter superbiaz de celo cecidit. multo minus superb⁹ illuc ascēdet: quia vt alibi dicitur. turpius ejicitur q̄ non admittitur hospes. Unde Greg. Dixit autem dominus vt in discipulorū cordibus elationem premeret. iudicium ruine retulit quod ipse magister elatiōis accepit. vt in auctore superbie discerent. quid de elationis vitio formidarent. Unde Jsido. Quisquis iaz ex deteriori melior esse cepit caucat de acceptis extolli virtutibus. ne grauius per vanā gloriam corruat. q̄ prius per lapsum vitiorum iacebat. Itaq; non confidas in nature dignitate non superbias de sapientia nō de honore non de statu non de potestate. qz in omnibus natura angeli te excedit. ⁊ tamen ex superbia cecidit ⁊ ex celo est electus ⁊ tuis pedib⁹ subiectus. vt enim dicit Augu. melior est in malis factis humilis confessio q̄ in bonis superba gloriatio. ⁊ plus placz deo humilitas in factis malis q̄ superbia in bonis. Humilitas tamen non illa tantum laudatur q̄ de conscientia peccatoꝝ venit. sz illa que ex virtute descēdit deo cara est igitur nō debet homo gloriam in gratia gratis data: que malis ⁊ iniustis quandoq; confertur: sz in gratia gratum faciente per quam in libro vite ascribitur. ⁊ cum humilitate in omnibus gratias agere. Unde aut. ((Ecce dedi vobis potestatem calcandi)). s. pede spirituali ((super serpentes ⁊ scorpiones: ⁊ supra omnem virtutem)) ⁊ multiplicia spiritualia nocumenta ((inimici)) ⁊ omne imundoꝝ spirituum de obsessis corporibus ejiciendi ((⁊ nihil vobis nocebit.)) ((Secūm Bedam, qz serpēs teo dente ⁊ scorpiōes cauda nocēt. serpētes eni morsu orie: ⁊ scorpiōes pūctione caude venenū fundūt: ideo serpentes aperte sed

tes. scorpiones clanculo insidiantes vel homines vel demones significant. Uel serpentes sunt: qui inchoandis virtutibus venena prauе persuasionis obiciunt. Scorpiones qui consummatas virtutes ad finem. vitare intendunt. Secundum Theophilum. serpentes sunt qui visibiliter nocent. velut fornicationis ⁊ homicidij demon: qui vero inuisibiliter nocent scorpiones vocantur sicut in vitijs spiritualibus. Insuper etiam calcare serpentem est subicere rationi sensualitatem que secundum Aug. Significatur per serpentes: ⁊ calcare scorpionem. ideſt detestari detractionē ⁊ calcare omnem virtutem inimici est ebicere omnem occasionē mortalis peccati. ((Uerumtamē in hoc nolite gaudere. qz spiritus vobis)) infirmis ((subijciuntur)) nam malos arcere ⁊ alia signa facere. aliquando concessum est etiaz malis hominibus non propter seipsos: sed ad confirmationem fidei xp̄i predicate per eos: ⁊ aliquando nō est meriti eorum qui operantur. sed potius per inuocationem nominis christi conceditur vel ad maiorem condemnationem eorum qui inuocāt vel ad vtilitatem eorum qui vident ⁊ audiūt in quo semper honoratur deus per cuius nomen miracula fiunt licet despiciantur qui faciunt. Unde Crisо. Licere demones commune opus est inter ministros dei ⁊ ministros diaboli. Ueritatem confiteri ⁊ iusticiam facere priuatum est opus tantum sanctoꝝ. Ideo quem videris demonia ejcientem. si non est confessio veritatis in ore eius nec iusticia in manibus eius non est homo dei. Si autem videris veritatem confidentem ⁊ iusticiaz facientem ⁊ si demonia non ejcit homo dei ē. Et uerum. Non insigna perc. sed animе sanitatem. Si autez signa vis facere cruaris a delictis. ⁊ omnia expleſti. Etenī magn⁹ demon est peccatum ⁊ si auferes maiora. decem mille demones abigentibus operatus es. signa enīz multotiens alijs profuerunt facienti autem obfuerunt. in elationem extollentis ⁊ vanā gloriā vel i alio aliquo modo. In operibus vero nihil tale suspicari est. sed ⁊ partis cipātibus eis ⁊ alijs multis prosunt. Dec itaq; cum magna diligentia operemur. Sicut ab humanitate ad elemosynam transmutatus fueris siccam manum existentem extendisti. Si a spectaculis desistens ad ecclesiam ieris claudicantem pedem corexisti. Si autem desiteris oculos tuos a meretrice ⁊ pulchritudine aliena cecos existentes aperuisti. Si pro sathanicis vijs dixeris psalmos spirituales. mutus existens locut⁹ es. Dec itaq; miracula fit maxia. hec signa fiūt inopinabilia

Si hec signa fecerimus. ⁊ ipſi magni quidez ⁊ mirabiles per hec erimus ⁊ perniciosos uniuersos ad uirtutem attrahemus. ⁊ futura fruemur uita. Nec Cris. De hoc ēt habes supra circa finem sermonis domini in mōte. Si ergo non est gaudēdū in subiectione spūm multo minus est gaudēdū in subiectiōe hominū ⁊ adhuc minus in subiectiōe rerum temporaliū. de quibus tamen gaudent multi. etiam qui uidentur spirituales deuoti. Et subūngit ((Gaudete autem. quia nomina uestra scripta)) ⁊ sine obliuione memorie tradita ((sunt in celis)) idest in libro uite licet deleantur ⁊ tanquā malum ejciantur in terris ⁊ hominum reputatione. Econtra nomina malorum scribuntur ⁊ magnificantur in terris: ⁊ ideo non in celis. In libro uite aliquorum nomina dicuntur scripta dupliciter. Uno modo fm̄ presentem iusticiam: que scriptura est debilis. Alio mō scōm eternaz predestinationem. que scriptura est indebilis. ⁊ utroqꝫ modo nomina eorum erāt scripta in celis. qz erant predestinati ⁊ cum hoc habebant gratiam dei. quia ista gloriatio quā habuerint de electione demonum nō fuit mortale peccatū. Si aūt ⁊ tuum nomen uis scribi in celis. stude ut bonum: ⁊ non malū operis. quia qualia opera facis. talibus nomen tuum inscribitur litteris. Et ex his litteris cōlligetur iudiciū. qz in apocalipsi dicit. Judicati sunt mortui ex his que scripta erāt in libris. fm̄ opera ipsoꝝ. Uñ Beda. Salubriter aūt intelligēdū ē q̄ siue ecclesia siue terrestria ea opa gesserit per hec quasi litteris annotat⁹. apud dei memoriā sit eternaliter affixus. Quedaz aūt sunt que scribunt quidē nō in uita. sed fm̄ Dier. in terra. ut secūdū hoc intelligatur duplex quedā scripto horū gdē ad uitā. illorū ad pdītionē. Qđ aūt dicit de libro uiuēciū. intelligit de his qui digni putabant in libro dei cōscribi. Et fm̄ hoc fieri dicit scripture mutatio qñ a uirtute. diabimur in peccatū ut ecōtra. Nec Beda. Cauēdant ergo discipuli xp̄i non de humiliatiōe demonū. q̄ per superbiam celi sedē amiserunt. sed de sua sublimatione. qz in locū illorū electi sunt. ut uñ illi ceciderunt sublimati. illuc isti ascēdāt hūiliati. Illis enim gaudiū uanū ⁊ tpale ē. hoc aūt ūile ⁊ eternū. Illud ad uanā respicit gloriā. hoc ad gloriā spectat eternā. Et illud quidem sic habere possunt ⁊ mali. ⁊ boni. Hoc aūt non nisi boni. Et qz regressi discipuli de duobus gaudebāt. primo qz predicationē eoꝝ receperant illi ad quos missi fuerant. secūdo qz demonia subjiciebant eis. ō repressa superbia in discipulis. ⁊ audito fide eorum ⁊ illorum quibus predicauerāt uerbū salutis ((exaltauit)) dñs̄ ihesus in domo spūsancti. ⁊ grās egit pro salute hoium deo patri. Uñ Theo. Sicut benignus pater uidens filios suos diligi gaudet. sic xp̄s exultat q̄ discipulitātis bonis facti sunt digni Unde. ⁊ Cyrillus. Inspexit. gdē p spūs operationē. quā apostolis tradidit pluriū acquisitionē. Uñ ⁊ ((in spūsancto)) letat⁹ dicitur. i. in effectib⁹ g̃ per spūsanctū puenīunt. Quasi. n. amator hominū gaudij. reputabat. materiaz cōuersionē errātiū de. quo⁹ grās egit. Nec Cyrill⁹. grās ergo egit. dicas ((Cōfiteor tibi)). i. grās ago ⁊ laudo te ((pater)) p eternā generationē ((dñe celi ⁊ terre)) inuisibiliū ⁊ uisibiliū p̄talē creationē ((q̄ abscōdisti)) per iusticiā ((ꝑ)). i. misteria fidei. ⁊ archana sapientie tue q̄ in aduētu filij sunt ipleta ((a sapientibus ⁊ prudentibus)) fm̄ suā reputationē. ⁊ in oculis suis. i. scribis ⁊ phariseis ⁊ alijs superbis sapiētibus gdē in diuinis. ut in lege ⁊ ꝓphetis. ⁊ prudētib⁹ in mūdanis seu humanis ut sapiētibus fm̄ philosophiā humanā. de qua apostol⁹. Stultā facit deus sapiētiā hui⁹ mūndi. hec aūt est triplex. i. terrena ꝓpter affectū terre cupiditatis aialis ꝓpter affectuz carnalis. voluptatis. diabolica. pp affectū mūdialis sublimatis. Terrena ē in cupidis ⁊ auaris. aialis in uoluptiosis ⁊ luxuriosis. diabolica i superbis ⁊ ābitiosis ((⁊ reuelasti ea paruul)) idest humilib⁹ ⁊ intellectū in obsequiū fidei captiuantibus. i. piscatoribus. ⁊ alijs simplicibus se exaltare nesciētib⁹. ut humiles ad te ueniant. ⁊ superbi a te recedāt. Christus in eo q̄ deus equalis patri in eo q̄ hō ē cōfitet. i. gratias agit deo patri. imo indiuidue trinitati. Pulchre autem sapientibus ⁊ prudētibus non insipientes ⁊ ebetes sed paruulos idest humiles opposuit. Ut secundum Bre. Probaret se damnare timorem ⁊ superbiaz non acumen ingenij ⁊ sapientiam. Et scōm Cris. Ut erudiret per omnia. nos ab elatione erui. ⁊ humilitatem zelare. Magnus honor ex hoc est humilibus uiris. quia sunt de secreto consilio summi regis uocati ⁊ admissi ad noticiam ueritatis. ut cum dicit Beda humilitas est clauis. conscientie. quia ad noticiam ueritatis christi poterit peruenire. Ubi Cris. Gratias agit qz illuminati sunt rustici ⁊ simplices homines qui totum quicqd fecerint boni imputant auctori non sapientes indeorum. qui priuz sapientes uidebāt in eloquijs dei cum nō essent sapiētes sapientia enim est. nō eloquia dei scire. sed fm̄ eloquia dei uiuere. Tu aūt ad quascuñ̄ uoluerit personas potes dilatare tractatuz quo uiam ⁊ omnibus sapientibus qui scōm sen

sum carnis sunt sapientes ⁊ nō secundū spiritū cordis. abscondit deus semper misteriū ueritatis ⁊ reuelat illud parūulis sic ergo q̄ iudei quottidie meditantes legem dei inuenire nō potuerūt: piscatores ⁊ rustici inuenerūt: quottidie tractantes retia manibus suis. Nec Cris. Non letatur. dñs. qz est sapientibus occultatū. sed qz humilibus est reuelatū qz hoc dignum est leticia illud aūt mestitia. Uñ Cris. Quid igitur in pditione letatur. ⁊ qz nō didicerūt hoc illi. Nequaqꝫ reuelatū. n. esse his dignū est: leticia occultari aūt ab illis non leticia. sed lachrymis est dignū. Hoc denigꝫ ⁊ fecit lugens ciuitatē. Nō ergo pp hoc letatur ⁊ gratias agit q̄ dei misteria latebāt scribas ⁊ phariseos. (Nō. n. erat materia alacritatis. sed ¹gemitus) sed q̄ qz sapiētes nō nouerant. humiles nouerūt. Nec Cris. Accipit ergo hic cōfessio pro gratiarū actiōe ⁊ laude: qz ut dicit Piero. Cōfessio nō semp penitentiā. sed gratiarū actiones significat. Uñ ⁊ Augu. Nō solius est cōfessio petōris: sed aliquando etiā laudatoris. Confitemur ergo siue laudo deo: siue accusantes nosmetipsos. Nec dāteo deū: siue accusanteo nosmetipsos. Nec Aug. Et sic patet q̄ cā ex parte credētiuz fuit eoꝝ humilitas. q̄ ad sapientiā dispositi: quia ut dicitur in prouerbijs ubi humilitas ibi sapientia. Et ut dicit Ptolo. philosophus: qui inter sapientes est humilior. inter sapiētes est sapientior. Ex parte autem nō credentiū fuit eorū superbia: que est intellectus excecatiua. Sed ex parte dei causa fuit simplex uolūtas diuina. ⁊ hoc est quod subdit. ((Ita pater)) factū est ((quoniam sic placitū est ante te)). i. tibi in conspectu tuo. ante quem. s. nihil iniustum potest placere. Nullam uero aliaz rationē reddere uoluit filius: qz pater illos reprobauerit ⁊ hos elegerit nisi solum beneplacitum ipsius patris in exemplum ne secreta dei discutiamus in confessiones illorum. que de secretis dei uolūt querere rationē. Uñ Greg. Dic domini uerbis exēpla humilitatis accipimus ne temere discurrere superna consilia de aliorū uocatione aliorūue pulsione presumamus. Cum eni premisisset utrūqꝫ nō morātiōem reddidit. sed sic deo placitum dixit hoc uidelicet intendens. q̄ iniustum esse nō potest q̄ placuit iusto. In cunctis ergo que exterius a deo disponūtur. aperta causa rationis est occulta indicia uoluntatis. Uñ ⁊ Cris. Non dicit qua ratione sic ei placuit. sed tātum gratias agit patri qz sic ei placuit. Sic ⁊ tu nunquā discutias consilia dei in operibus eius quid fecit. aut qua ratione fecit. sed quocūqꝫ mō rem suaz uoluit ordinare gratias ei agas: sufficit tibi ad testimonium ipsa dei natura: qz deus finē ratione ⁊ sine iniusticia nūqꝫ facit. Nō enim ad discussionē suā. sed ad honorē suū creauit te. Nec iudicem te uoluit esse actuū suorum sed seruum preceptorum. Boni enim dñi est oia prouidere: que ad uitam pertinet. Serui boni aūt est fideliter operari: ⁊ non discutere domini sui actus. Nec Cris. Unde ⁊ Aug. Quare illud traxit ⁊ illud nō traxit. noli uelle uindicare. si non uis errare. Ut dicit Prosper. deus resistentē non trahit inuitumqꝫ nō compellit sed ex inuito uolentem facit. ⁊ infidelitatem resistentis inclinat: ut cor audientis obediendiū in se dilectatione genita ibi surgat ubi premebatur. i. de uelit ubi nolebat. Nec Prosper. Et licz in speciali non possit assignari ratio. quare illū eligat: ⁊ illum dimittat. nisi eius simplex uoluntas: qđ tamē alig sint electi ⁊ aliqui reprobati bene potest assignari causa in generali et ex parte dei. ut in electis appareat dei misericordia. in alijs autem eius iusticia: ga sicut ad gloriam regis: ⁊ decorem sui regni nō solum pertinet aula in qua strenui milites honorantur sed ēt patibulum in quo malefactores puniuntur: sic ad gloriam dei nō solum pertinet p̄miatio bonorū sed ēt punitio reproborū. Et qz dictū est de uocatione humiliū. cōsequēter ponitur huius uocationis medium. Christus enim mediator est dei ⁊ hominum. Debitus autem processus est: ut ab extremo in extremū pcedatur p medium ideo omnis pcessus gratie deriuatur ad nos per christum. ⁊ hoc ex quod dicit ((. Omnia mihi tradita sunt a patre)) qz secundum naturā diuinam christus habet esse a patre ⁊ per consequens posse. Iz habeat idem eē numero ⁊ posse cum ipso ⁊ sic omnia tradita sunt sibi a patre ab eterno. Secundum aūt naturam humanam omnia tradita sunt: in potestate christi a domino a deo patre. Uno modo quantum ad auctoritatem. ⁊ sic sibi sunt tradita ab instanti conceptionis. qz eo ipso quod natura humana uerbo est unita. omnia creata sibi sunt tradita. alio modo ēt tum ad effectū. ⁊ sic in iudicio omnia erunt subdita pedibus eius. quia tunc eius uoluntas perfecte implebitur in omnibus. Et quia secundum diuinam naturam est idem cum patre. ideo subdit ((. Et nemo nouit filiuz nisi patre. neq̄ patrem quis nouit nisi filius)). ⁊ si pater. neq̄ patrem quis nouit nisi filius)). ⁊ si pater. neq̄ patrem quis nouit nisi filius)). ⁊ si pater

uelare)) nō ꝙ tibi quibus reuelatio sit media te filio habeant noticiaꝫ comprehensionis ſicut filius vt hoc impossibile creature. Illud enī ꝙ cōprehēdatur. totaliter ꝛ plecte cognoſcit. Et ꝙ vt dictū est: ipſe est mediator dei ꝛ hoīum: ideo tm̄ sic queāter oīdit ꝙ familiariter ꝛ secure ad ipsū est accedendū. Vñ nos ad hoc inuitans ait ((Venite)) credēdo ꝛ obediendo nō pedibus: sed moribus nō corpore sed fide: Itē nāꝫ est spūalis accessus quo ꝙs deo appropinquat verius ((ad me)) orādo ꝙ ñdē ad me cōmittēdo ꝙ imitationeꝫ. ad me fruendū per glorificationē. Ergo venite vos clausi. ad me ostiū veritatis: venite vos egri. ad me portū quietis. venite vos naufragi ad me portū gratie. Felix terminus ad quem sed infelix terminus a quo. ideo ait ((ocēs ꝙ laboratis)) siue fm naturaꝫ in qua nascimur. siue fm penā in culpā qua trāsgredimur siue fm penā in qua morimur. specialiter tñ loquitur hic de colore infidelitatis in cultura idolorū. O tu ꝗ tū laborat luxuriosus in voluptatibus. auarus in cupiditatibus. ambitiosus in dignitatibus. ((Et onerati estis.)) triplici onere .s. veteris legis pharisaice traditionis. diabolice seruitutis. O dei nostri dignatio admirabilis. O caritas ineffabilis. O verba dulcia. verba deifica. Ecce inuitat inimicos hortatur reos allicit ingratos. Ubi Crisō. Nō aūt dixit venite ille ꝛ ille. sed oēs qui in solicitudinib⁹ qui in tristiciis: qui in peccatis estis. nō vt ex pertā noras sed ꝛ soluā peccata. venite nō quonīā indigeo vestra gloria. sed ꝙ volo vestraꝫ saluē. Unde dicit. ((Et ego)) nō solū exonerabo sed etiaꝫ ((reficiā vos)) triplici cibo. scz doctrine. eucharistie: ꝛ glorie vel reficiā vos. i. interna refectione ꝛ iocunditate saturabo ꝛ recreabo: ꝛ in presenti per gratiā: ꝛ in futuro per gloriā. Ubi Crisō. Nō dixit saluabo solū: sed ꝙ multo amplius est reficiā vos ideſt in omni quiete constituā. Ad ipsum quippe est veniēdum: qui est quies laborantibus. est sublevatio oneratis. est refectio famelicis ꝛ deficientibus: ꝛ non venit vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Unde Ber. Undus clamat ego deficiam: caro clamat ego interficiam. christus clamat ego reficiam ad quem ibis. Jugum ergo legis ac peccati. ꝛ solicitudinis per alium que vobis laboriosa sūt: ꝛ onerosa abijcite. ꝛ ita ((tollite)) ideſt voluntarie accipite ((iugum)) a iungendo dictū iugum ihc̄ euangelice legis ꝛ eruditionis. eo ꝙ gentes ꝛ iudeos in vnam fidem iungat iugum amoris ꝛ dilectionis. eo ꝙ homines deo iungat. iugū crucis siue mortificationis: eo ꝙ carnem spiritui subijciat ((meum)) dicit ꝙ prius pro illud nihil. primū docendo. secundū diligēdo. tertiū sustinēdo ((sup vos)) ipleatis ꝛ in honore habeatis: ne forte subtꝰ ponētes: ꝛ cōtēnētes pedibꝰ viciorū cōculcetis. vbi Crisō. O gratissimū pondꝰ ꝙ magis cōfortat portātes. Nā pōdus terrestriū dominoꝫ attrit. paulatim ministrantiū vires pōdꝰ aūt xpi magis adiuuat bajulātē: ꝙ nō nos portamꝰ grām: sed grā nos. nec nos ad auxiliū gratia dati sumus. s. grā magis ad nostrū. Nec Crisō. ((Et discite a me)) magistro docēte ꝓbo ꝛ exemplo. ((ꝙ mittis sum)) exteriꝰ i moribꝰ. interiꝰ in affectibꝰ ((corde)) ꝛ nō fictus ꝓ humanis laudibꝰ mitis sum. ꝙ nullū ledo. humilis: ꝙ nullū despicio: sed corde. ꝙ nullū decipio. ecce tria imitāda mitites in conuersatiōe ꝓbitas in cogitatiōe veritas in intētiōe: gbꝰ mazie generat. ac nutrit ꝛ quersat dilectio. quasi diceret. Discite a me quod sitis mites moribꝰ vt neminē ledatis. humiles mētibꝰ vt neminē cōtēnatis: corde vt ꝙ extra est in opere sit ꝛ intꝰ i corde. ne lateat serpens in specie colūbe. Merito ergo iugū est tollendum ꝙ mitis est humilis libētꝰ est enim quis sub iugo domini mansueti ꝛ humilis: ꝗ regidi ꝛ superbi. considera ꝫ quia dominus inter ceteras suas virtutes specialiter ab humilitatem nos remittit. vt hanc ab eo discamus: quia omniū virtutum radix ꝛ fundamentum est. Unde Ambr. Non dixit discite a me. quia potēs sū. Nō dixit. discite ꝙ gloriosus sum. sed discite quia humilis sum: ꝙ potestis imitari. Unde Aug. Fratres mei tota medicina nostra est ista. discite a me ꝙ mitis sum ꝛ humilis corde. Discite inquit a me non mundum fabricare. non cūcta visibilia creare nō in ipso mundo miracula facere: ꝛ mortuos suscitare: sed ꝙ mitis sum ꝛ humilis corde. vñ et ber. ꝙd deinde auctor ꝛ dator virtutū. xpus in quo omnes thesauri sapientie ꝛ scientie sunt absconditi in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. non ne tamen ipe ꝫ humilitate tanꝗ summa sue doctrine suarūꝗ virtutum gloriatus est. Discite ait me non qꝫ sobrius aut castus aut prudens. aut aliquid hmōdi sed quia mitis sum ꝛ humilis corde a me inquit discite. non adꝰ doctrinas patriarcharum. non ad prophetarū libꝝ. sed meipsum vobis exemplum me formam humilitatis exhibeo. nescio quo pacto familiarius semper humilitati propinquare solet diuinitas. Beniꝫ illa se indixit vt apareret hominibus: substantiam: formam habitum gestauit humilem: ipsius nobis commendans virtutis excellentiam quam speciali sui voluit honorare presentia. Unde ꝛ Grego. Ad hoc nāꝫ vnigenitus dei filius. formam infirmitatis nostre suscepit. ad hoc inuisibilis non solum visibilis. Sed etiam despectus apparuit. ad hoc contumeliarum ludibria: ꝛ irrisionum obprobria passionum tormenta tolerauit. vt superbum nō esse hominem doceret deus. Quāta ergo humilitatis virtus est. propter quam solam veraciter edocendā. is qui sine estimatione magnus est vsqꝫ ad passionem factus est paruꝰ. Ecce quippe nouimus eam de sue celsitudinis culmine. vt humano generi gloriam daret ad ima descendisse. Quia enim originem perditionis nostre se prebuit superbia diaboli. instrumentum redemptionis nostre inuēta est humilitas dei: quia igitur redemptor noster corda regit humilium ꝛ leuitatem rex dicitur superborum aperte cognoscimus. ꝙ euidentissimum reprobōrum signum superbia est ac contra electorum humilitas. Cum ergo ꝗ quisꝗ habeat cognoscitur. sub quo ergo ꝗ quisꝗ habeat cognoscitur. sub quo rege militet inuenitur. vnusquisꝗ enim qua si quendam titulum portat operis. quo facile ostendat. sub cuius seruiat potestate rectoris. Nec greg. Et breuiter dicit. Cassiodorus tanta fuit in sancta incarnatione humilitas quāta est in diuinitate incomprehensibilis maiestas. Elige ergo magis sub rege celi ꝗ sub principe mundi militare. ꝛ magis sub dei ꝗ hominis sub ptāte seruire. Et ad hoc faciendum. nota ꝫ vtile exemplum. cum enim quidam miles domino suo. s. cuidam Marchioni militando. diu ad voluntatem deseruisset. tādem ad infirmitatem de qua ꝛ mortuus est. peruenit. Quē ꝛ ipse marchio in infirmitate eadem visitans. exhibuit se paratū ad oia. que pro eo facere posset: dicens qꝫ nec auro nec argento pro ipsi⁹ necessitate parceret. cui miles gratias agens dixit ꝙ eum iuuare non posset: quia ipse fm medicorum iudicia moriturus esset. Deinde idem miles ad vocēs simul in vnum nobiles ꝛ alios qui circa marchionem erant admonuit eos dicēs. carissimi quia videtis ꝙ dominus meus marchio cui diu ad nutum seruiui. iam me i necessitate positū iuuare non potest ꝗuis etiaꝫ vellet. ꝛ sic corpus ꝛ tempꝰ ac seruicium meum pdidi vane ꝙ me penitet. rogo vos. ꝛ admoneo. vt tali domino studeatis seruire. qui vobis in necessitatibꝰ oibus poterit subuenire. Deinde subiungit premiū. dicens ((Et)) si in gum acceperitis ꝛ didiceritis obediendo ((inuenietis requiem animabꝰ vestris)). s. in presenti. ꝛ futuro. que requies hic inchoat. sed i patria perficiatur. Unde ꝛ Crisō. Nō dixit ꝛ inuenietis requiē. ꝛ tacuit. ſz addidit aiabus qui mādata xpi i hoc seculo. alias reges sunt non corporū. Quoniam ꝛ si laborant. ꝛ tristant in corpore regnant ꝛ gaudēt in spū ꝛ in spe. Ideo alibi dicit. Nec aūt locutꝰ sum vobis. vt in me pacem habeatis. in hoc mūdo autem tribulationes. Et ne ex iugo legis euangelice tanꝗ graui ꝛ onerosa aliqui terreantur ꝛ timeant. ꝛ quare sub iugo domini requiem aliabꝰ suis inuenient. subiūgit dicēs. ((Jugū enim meū suaue est)) sed graue erat iugum legis ꝓpter multiplicitatē cerimonialiū ꝓpter austeritatem iudicialiū. propter defectum sacramentorum iustificantium. sed nō sic erat euangelij iugū. Unde ꝛ sequitur ((ꝛ onꝰ meū leue)) ꝙ sufficit caritas ꝓ huius oneris relevatione. Unde Mie. Nil amantibꝰ durum nullus labor difficilis. Amemus xpm ꝛ facile nobis videbitur mene difficile. Unde etiā Quintilianꝰ dicit ꝙ nulla pena est nisi inuito nullum: habemus nisi de impatientia dolorem. ꝛ vt crudele aliquid sit metus facit.

Queritur autem qualiter iugum euangelij suauius sit ꝗ legis. cum in lege adulterium in euangelio concupiscentia. in lege homicidium. in euangelio ira puniatur. Et respondetur secundum hier. Quia in lege opera requirebantur. in euangelio sola bona voluntas premiū nō amittit. Item cur dicit onus leue superius dixerit angustā portam viam que ducit ad vitā: ꝛ respondetur fm augu. ꝛ hilariū ꝙ arcta vel angusta. via dicit ꝙ angustat in initio. graue est enim consuetudinē dimittere: sed in processu xpis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur. sicut stupentibus dentibus grauat in principio cōmedere: sed postea delectat. Suauis ergo ꝛ levius est impletio euangelij amanti atqꝫ caritatem habenti in progressu consuescenti: vel in respectu operum legis vel respectu expectate mercedis.

Oratio.

O Omine iesu xpe da mihi per sanctā discipulorum tuorū predicationē ficgrā tua edoceri. ꝙ in vanitatibꝰ vel quibuscūqꝫ elevationē ꝛ extollentiam mihi i gerentibus: sed in tua cruce. ꝛ singulis humilitatem in me excitantibus mihi libeat gloriari. Ipsa sancta doctrina euangelica in profūda humilitate: ꝛ in omnibꝰ virtutibus cor meum confirmet semper. ꝛ corroboret. vt a vitijs purgatus. ꝛ virtutibus ornatus merear in pūti vita ꝛ in futura requiem anime invenire ꝙ inquietum est cor meum donec requiescat in te ihū bone. Amen.

¶ De homine sauciato ꝛ vulnerato a latronibus. Capitulum.lix.

Et quia dixerat dominus ihesus misteria fidei & archana sapiētie abscōsa supbis & reuelata humilib⁹ cōsequēter obmissa tudeox excecatione.ostēdit discipulox illuminationē: vt ostēdat eos ee parvulos ḡbus pater adnūtus sui misteria reuelauit. Unde dicit eos beatos.qa in eis fuit cōpletū. q̄ antiqs patribus fuerat p̄missum ((Beati ingt oculi q̄ vidēt q̄ vos videtis.((Et p hoc eos beatos dicit.qz dōm ihesus & corporaliter oculis exterioribus & mētaliter oculis interioribus videre meruerūt vidētes.n.xp̄m p fidē caritate formatā.beati sunt in spe. & si p̄seuerēt beati erūt in re.((Dico enī vobis.qō multi pphete))pollētes in cognitiōe((reges)) seu intīs pollētes in sanctitate. Quos enī Lucas.reges dicit.Mathevs iustos appellat:qz magni reges sunt q̄ tēptatiouū suax motib⁹ nō cōsentiēdo succūbere sed regēdo posse nouerunt ((voluerūt videre q̄ vos videtis & nō viderūt:& audire q̄ auditis & nō audierunt)) Desiderauerūt.n.videre & audire eo modo quo discipuli viderūt & audierunt:sed nō viderūt negz audierunt eo mō.qz nō corporaliter licet spiritualiter: sed discipuli vtrocz mō Nā exterius viderūt p̄sentiā corporalem & miracula conspiciendo:interius viderunt diuinitatem latentē intelligendo & exterius audierunt vocem doctrinam percipiendo & interius audierūt p fidē assentiendo. Prophete si quidem & reges a longe aspicientes per figuras vel visionuz species quasi per speculū & in enigmate xp̄m viderunt & audierūt per fidē:sed discipuli p̄sentem dōm habētes & ab ipso que volebāt interrogātes docebātur per ipsum aperte.nō per angelos aut varias visionum species in enigmate.nō beatificat eos qui eni corporaliter & nō mentaliter per fidē eū viderūt.vt iudei.qui incredul remānserunt & quem corporaliter viderunt mentis oculis non viderunt. Et ideo eorū oculi non beati.sed maledicti.sed eos beatificat qui euz per fidem videbant.nō solū exteriora conspiciendo sed etiam virtutem diuinitatis latentē intelligendo. quorum interiores oculi beati quos etiā p̄sentem cernere meruerūt. Uiderūt enim apostoli gratiosam p̄sentiaz in assumpta humanite. viderūt sanctitatem vite in eius cōuersatione.viderūt ejus ptāte:in miraculox operatione viderunt eius gloriā in trāsfiguratione Beati & illi qui licet corporaliter nō viderūt per fidem tamen & mētis oculis viderunt & crediderunt qō per speciē & facie ad faciem quādocz videbunt. Utrocz beati per fidem & hoc in spe.sed illi qui non viderūt propter difficiliorē assensum in quo maior strenuitas illi q̄ viderent propter p̄sentialiorem aspectū in quo maior delectabilitas.vbi fm Crisostomum vtriusqz testamenti liquet veritas vt q̄ patres veteris testamenti futurū p̄uiderūt & videre cupierūt. hoc fuit nouo est cōpletū:ab eodem spiritu & eadez fide antiqui viderūt futurū xp̄m quem apostoli p̄sentez viderūt & nos credimus aduenisse: vt eadem fides probet in nobis & in patribus & idem auctor non auctores cōtrarij fuerūt vtriusqz testamenti. Et notandū q̄ quadrupliciter videt xp̄s.s.oculo corporali. quomodo visus est in carne. Ista aūt visio non beatificat qz sic etiam eū viderūt iudei & infideles. Secūdo ex visiōe corporali oritur in mēte admirabilis visio qua ipse creditur filius dei. Unde ē illud. Quia vidisti me Thoma s.oculo corporis.credisti videndo me oculo fidei. Nec visio beata non est.sed huius beatitudinis mercatio qua meremur beatitudinem. Tertio ex visione fidei oritur visio qua xp̄s ipse videtur oculo intellectiue cōtemplationis.& hec visio iam est aliqua beatitudinis participatio.inde enim videtur & gustat qm̄ suauis est dōs. Quarta visio.qua ipse videt sicuti est in lumine glorie. Nec visio beatificat intellectū quemadmodū perfecta caritas beatificat volūtatez nostram.((Et ecce)) tunc((quidam legisperitus))peritia litterali. non intelligentia spirituali. verba legis tenens.vim legis ignorans((surrexit))vt melius audiretur. vel vt bonā videret((temptās eū))non vt addisceret sed vt reprehenderet: & dicens.((Magister quid faciendo vitam eternam possidebo.))Magistrum vocat nō dominū qz vult scire non seruire. audire nō obedire. Magistrum vocat cuius non vult esse discipulus & significat laudatores sanctorū non imitatores. Et bene dicit. quid faciendo.qz non auditores legis sed factores iustificabuntur.& non in sermone est regnum dei sed in virtute.((Et dominus dixit ad eū. In lege)).s.diuina((qd scriptū est?Quō legis)).s.de habendo vitam eternam. Nec lex diuina est lex legū. de qua fiet interrogatio in examine districti iudicij.fm illud apostoli. Qui in legem peccauerūt.p legē iudicabuntur. In hac ergo studere deberem vt de ea esidere possemus.sicut vir iustus de quo in Psalmo dicit & in lege ei meditabit die ac nocte.Sed vt ait Hiero. Tanctū mysteria sunt sperator scita cū legeo christi amamus.euangelia q̄tenūs.fm Bedam. Iste temptando quesiuit de vita eterna si forte diceret aliqd p̄ter Doctrinā.Et ideo xp̄s per verba Doctrine

si respondendo p̄fudit eū per hoc ostendēdo q̄ veriores fidei catholice sunt confutandi q̄ illud q̄ tenent indiscusse.s.iudei p scripturas hebreox & saraceni per legem machometi.((Ille vero respondens dixit))q̄ legerat.fs nondū impleuerat.((Diligens dōm))qz per suam potentiam te creauit((deū))qz per suam sapientiam te docuit((tuū qz per suā bonitatem se tuū fecit.& sic te redemit.((ex toto corde tuo)).i.ex tota voluntate qz sicut ex corde oritur motus ad alias partes corporis ita volūtas mouet anime potentias((& ex tota anima tua)).i.ex appetitu sensitiuo. q̄ mouetur per voluntatem. Unde pars sensitiua pōt h intelligi per aīam fm q̄ scribit in Gene.factus est homo in animā viuentez idest vt dicit Glosa.Uitam animalem.i.sensibilē corpori dantem((& tota mente tua)).i.ex toto ntellectu qui etiam mouetur per voluntatez ad assentiendū his que sunt fidei.& ad meritandū de deo dilecto((& ex oibus viribus tuis))vel ex tota fortitudine seu virtute qua qō idem est.per q̄ notantur potentie motiue & executiue.qde etiam mouentur per voluntatem ad operandum ex dilectione viriliter & non remisse. Ubi Maximus. Cū hac igitur intentione trinam adbeum dilectionem lex pertractat.vt euellat nos a trina mundi habitudine qua respicit ad possessiōes.ad gloriam.& ad voluptates.in qua etiam temptatus est christus. Sequit((& proximū tuū)).i. oēm hoiem((sic ipsum)).i.eo affectu. quo te ipsum vel ad q̄ teipsum.scz ad gratiā in presenti.& gloriam in futuro. Ubi Basilius. Est igitur primum & precipuum mandatuz diuine delectionis.fm aūt primi cōpletuū.& ab eo cōpletū.quo cōmouemur diligere proximū. Ubi & Crisō. Tu aūt attende qualiter sere cū eodē excessu postulat vtrūqz preceptū. De deo enim ait toto corde tuo. de proximo sicut teipsuz. Qō si diligenter obseruaretur. nec seruꝰ esset nec liber.nec victor.nec victꝰ. nec diues.nec paup.nec notus vnq̄ esset diabolus. Potius enim paleet ignis sustinerent immissionem.q̄ sermonem caritatis diabolus.adeo cuncta superat dilectionis constantia. Unde etiam Grego. Cum autem dicat diliges proximū sicut teipsum.qūo alteri miserendo pius.est qui adhuc iniuste viuendo ñt ipius sibimetipsi. De hac materia habes latius infra.s.feria tertia post palmas.((Dixitq̄ illi dominus. Recte respōdisti.hoc fac)) scilicet deū & proximū diligendo. & dicit hoc qz non sufficit diligere.nisi dilectio demonstretur in opere.qz probatio dilectōnis.exhibitio est operis((& vives))scilicet vita perpetua. Dec est enim excellentior via eundi ad vitam eternam. Quasi diceret. Dec dicis.fs non facis.& ideo ad vitam non vadis.((Ille autem volens iustificare seipsum))idest iustum ostendere.fm apparentiam putans se esse ante hominem:qui tantū videt exteriora: & non ante deum qui videt interius((dixit ad ihesum.Et quis est meus proximus?))In quo a dilectione proximi vacuū se ostendit: qz proximum non nouit. Forsitan putabat q̄ christus diceret.Iudeus est proximus tuus:& tunc responderet deum & iudeum diligo & sic apparet iustus.((Suscipiens autem ihesus)).i.sursum aspiciens ihesus proposuit ei parabolam de homine: qui descendens ab hierusalem in hierico incidit in latrones. Ideo sursum aspexit:quia de rebus magnis locuturus erat.Unde.s.humanuz genus descenderat.dum per peccatum cecidit. fm alios ē res gesta. qz inter hierusalem & hierico erat quedam solitudo.vbi frequenter homines transeuntes spoliabantur & occidebantur a latronibus desertum illud inhabitantibus. Allegorice homo iste designat genus humanū qui in primis parentibus((descendebat ab hierusalem))que visio pacis dicitur.i.a paradiso((& superne ac celestis beatitudinis pace & visione in hierico))que luna interpretat.& mutabilitatem significat idest in defectum & miseriaz huius vite mutabilis: & erronce: qz a contemplatiōe superna & vita pacifica. quam in paradiso habuisset ad mutabilem huius exilij.& terrene miserie per culpaz corruit((& incidit in latrones))idest in potestates demonū seu in diabolicas vel etiam humanas temptationes in quos non incidisset nisi prius intus timuisset. Uera etiam enim sententia dicens ante ruinam exaltatur cor. ((Qui eum dispoliauerunt))vestes innocentie & imutabilitatis seu imortalitatis p fraudulentiam auferendo. Uestis innocentie seu stola prima amissa cognouit se esse nudum gloria:que imortalitatis perdita pelliceum gloria:que imortalitatis perdita pelliceum hoc est mortale sumpsit indumentū. Unde i signū mortalitatis induit deus primos parentes tunicas pelliceas: que de mortuis sunt animalibus((& plagis))peccatoruz((impositis))& illatis.i.naturalibus per peccatū vulneratis & debilitatis((abierunt))non ab insidijs cessando sed eas occultādo. Primo enī dijs cessando sed eas occultādo. Primo enī sensibiliter in specie serpentis diabolus decepit.sed post occulte & insensibiliter tēptauit((semimuno relicto:qz & si imortalitas pōt auferri oculus nī rōnis remanet hominū. quo deus potest cognosci.Unde Beda.Semiviuū

reliquerũt: quia beatitudinem vite imortalis
ecuere. sed non sensum rationis abolere va-
luerũt. Ex qua enim per te lapsũ ⁊ cognosce
re deum potest vnus est homo: ex qua vero
peccans contabescit. ⁊ miseria deficit mor-
tuus idez letiferoꝝ est vulnere tedatus. Ysi
de Theophi. Ac semiuiuus dicitur homo
post peccatũ: q; anima immortalis est: cor-
pus vero mortale. ita vt medietas hominis
succũbat. Unde Augu. Semiuiu⁹ enim ha-
bet vitalem motum. ideit liberum arbitri-
um vulneratum q; ad eternam ꝯ perdide-
rat redire nõ sufficiebat. Et ideo iacebat: q;
vires ei proprie ad surgendũ non sufficiebãt
vt ad sanandũ medicũ ideit deũ requireret.
Uel semiuiuum reliquerunt. remanẽte vita
nature. nõ vita gratie. Sm illud apostoli. Ui
uo autem. ſ. vita nature iam non ego. ſ. vita
culpe. viuit vero in me xp̃s. ſ. vita gratie. Fe
cerat enim deus hominem ad imaginem su
am. Sm rationem ad similitudinez. Sm dile-
ctionem. vt per vtrũq; deo adhereret. ⁊ inhe
rendo beatus esset. Sed diabolus humane
beatitudini inuidens contra duo bona pre-
dicta. duo homini in originali intulit princi
palia mala. In eo nãq; q; factꝰ erat ad ima-
ginẽ seu Sm rationẽ vulnerauit eũ p ignoran
tiã boni. in eo vero q; factus est ad similitu-
dinẽ dei. Sm dilectionẽ vulnerauit eũ p con
cupiscentiã mali. Homo ergo vulneratus se
miuiuus relictus est: q; etsi in humana natu
ra possit diuina similitudo que in dilectione
est penitus corũpi: diuina tñ imago q̃ in ra
tione est non põt penitꝰ deleri. Quãuis. n. tã
ta malitia possit affici vt nil diligat boni nõ
tñ ignorãtia tanta excecari põt: vt nil cogno
scat veri. ((Sacerdos aũt ⁊ leuita descendẽ-
tes eadem via)) viso spoliato ⁊ vulnerato pre
terierũt: ⁊ vite presentis statũ tãc sancte viuẽ
do pertransierũt: sed humanum genus per
culpam vulneratum sanauerunt minime:
q; sacerdotium legis: ⁊ eius ministerium pec
cata non curauerũt: sed solum ostenderunt.
ipossibile enim erat sanguine vitulorꝝ ⁊ agno
rũ ⁊ hircorꝝ auferri peccata hominum: vel sa
cerdos ⁊ leuita intelligunt lex ⁊ prophetia:
que hominem non sanauerunt: sed peccata
ostenderũt ⁊ reprehenderũt. ((Samaritanꝰ
vero iter faciens)) idest xp̃s q; alias custodit p
humanitatem momenta vite huius curre-
tis. pro nobis enim factus ẽ homo in mũdo: ve
nit secus eũ. ſ. vulneratum: q; in similitudine
hoim factꝰ: ⁊ habitu inuentꝰ est vt homo
((⁊ videns eũ)) oculo clementie ((misericor-
dia motꝰ est)) ex cõpassione. ((Et appropin-
quãs)) homini vulnerato miseratiõis exhibi-

tione ((alligauit vulnera eius)) q: redarguẽ
peccata cohibuit ⁊ viculis gratie ligauit ((in
fundens oleũ)) mitigatiuũ. specie venie peni
tentib⁹ promittendo ((⁊ vinũ)) pungituus.
terrorem pene peccantib⁹ incutiendo. Alli-
gat ergo vulnerandũ precipit penitentiam
agite infundit oleũ dũ addit. approprinqua-
uit enim regnũ celoꝝ ifundit vinũ. cũ dicit.
Omnis arbor que non facit fructũ bonũ ex
cidetur: ⁊ in ignem mittetur. Qua in re do-
cuit nos dominus qualiter infirmis ⁊ ad pe
nitentiam venientib⁹ mederi debeam⁹. Vul
nera enim ligamus. quando peccatorem a
peccato cessare iubemus. Oleũ aũt infundi-
mus. quando misericorditer ⁊ blande con-
solando indulgentiam peccatori promitti-
mus. Insuper ⁊ vinũ infundimus. quando
aspere ⁊ austere increpando ieunare ⁊ carnẽ
macerare iubemus non sic igit oleũ sine vi
no neq; vinũ sine oleo. Unde Greg. Discẽ-
da est ergo lenitas cũ seueritate. faciendũ est
quoddam ex vtroq; temperamentũ. vt neq;
multa asperitate exulcerent subditi neq; ni
mia benignitate soluant. Unde ⁊ Ber. Sẽ-
per punire ferocitatis est: semper parcere pu
sillanimitatis. nec hoc. nec illud eqtatis habe
re plus amaritudinis ꝯ suauitatis. damna-
bile est econuerso cõmendabile. vtrũq; tole-
rabile. ((Et leuans illũ in iumentũ suũ impo-
suit. ac ducens in stabulũ. curam eius egit.))
Iumẽtũ dicit hic caro xp̃i in qua ad nos ve
nire dignatus est. Huic iumento sauciatum
imposuit. fidem incarnationis inspirando ⁊
peccata nostra in corpore suo super lignum
portando ⁊ iuxta aliam parabolam inuentã
que errauerat ouem humeris suis impositã
ad gregem reportando. Et duxit in stabulus
i. intra sanctam presentem ecclesiam collo-
cauit vbi depositio onere peccatorꝝ. viatorꝝ laſ
sus refici. ⁊ refectꝰ salubri pascua reparat.
Non domũ sed stabulũ vocat quo nomine
seteres ⁊ miserias huiꝰ pñtis vite significat
ne homo in hoc exilio tanq; in patria gau-
deat. Et vt bonꝰ medicꝰ ⁊ necessariꝰ curam
eiꝰ egit ꝯdiu in hac vita cuz eo fuit: q; circa
egroti solicitꝰ fuit. ((Et altera die)) posit per-
actũ ministeriũ redẽptiõis. ſ. post oñ resur-
rectionẽ: q; magis splẽdet ꝯ tps p̃cedẽs. Pri
ma enim dies fuit dies mortalitatis ⁊ passi
bilitatis. altera dies fuit imortalitatis ⁊ ipaſ
sibilitatis. qñ splẽdor lucis eterne magis ef-
fulsit ((protulit duos denarios)). scilicet duo
testamenta: in quibus ⁊ nomen ⁊ imago re
gis eterni continentur. ⁊ quoꝝ precio vulne
ra nostra curantur. ((⁊ dedit stabulario. q;
distribuit vtriusq; testamenti scientiaz ⁊ pre

dicandi gratiam apostolis)) quibus sensum
apperuit. vt scripturas intelligerent. ac prela
tis ⁊ omnibus qui ecclesiam gubernare de-
bent. vt curam egroti agerent ⁊ hẽrent. Qui
etiam debet in hac cura aliquid superroga-
re: vt non solum ea que in duobus testamen
tis continentur studeant predicare sed ⁊ alia
multa secundum ea que scripta sunt labora-
rent aliis predicatione manifestare. Super-
erogat etiã qui sine sumptibus exemplo apo
stoli predicat. ⁊ ab eis quibus predicat. sump-
tus nõ accipit. Item supererogat. qui non
solum precepta. sed etiam consilia implet vel
predicat. In die autez iudicij cum dominus
redierit: totum quod promiserat tanq; debi-
tor reddet cum fideli seruo dicet. quia super
pauca fuisti fidelis supra multa te constituaz
intra in gaudiuz domini tui. Quilibet ergo
peccator. qui peccando mortaliter. a deo qui
est pax nostra tanq; ab hierusalem se auertit
⁊ ad hyerico idest ad culpabilem defectũ se
conuertit. ⁊ sic a bono incommutabili ad bo
num commutabile descendit. homine antez
sic lapso in latronea: ⁊ spoliato ac vulnerato
⁊ relicto. qđ aliud restat nisi flagitare: vt sa
maritanus ille idest custes animarum Ieſus
xp̃s iter miserationis sue per nos faciet. latro
nes fugitet. spoliatos gratia restituat. vulne-
ra nostra liget. semiuiuos in integrũ abilitet
⁊ sic demũ in celeste hierusalez nos pducat.
Moraliter p hierusalem status virtutis desi
gnat. Et ideo p hoiem descendentẽ ab hieru
salez in hiericho designatur peccator descen
dens a statu iusticie in peccatũ mortale. q; in
cidens in latrones idest demones: spoliat p
eos gratuitis. ⁊ vulnerat inde naturalibus
ac relinquitur semiuiuus. q; tollitur ab eo vi
ta gratie remanẽte vita nature. Sacerdos ⁊
leuita trãseũtes sunt mali ministri ecclesie. sa
maritanus est cõfessor ⁊ pdicator motus ex
caritate alligans vulnera sauciati p sanũ cõ-
filiũ. infundens oleũ misericordie. ⁊ vinũ in
stricte ⁊ iponit illũ in iumẽtũ. q; nõ solũ men
te põbet auxiliũ: sed etiã prout põt corpore. q;
est aie iumẽtũ ⁊ ducit in stabulũ ⁊ domũ ec-
clesie vbi datur pabulũ verbi dei ⁊ sacramẽ-
ti eucharistie ⁊ altera die postq; duxit in sta-
bulum ptulit duos denarios: p quos designa
tur gratia in presenti ⁊ gloria in futuro ⁊ de
dit stabulario. i. dandos denũtiauit bono cu
ratori facienti debitũ sibi erga peccatorẽ sibi
subditũ. ⁊ ei curã peccatoris cõmendauit di-
cens curã illius habe debitũ tuum exercen
do: ⁊ quodcũq; supererogaueris faciẽdo cir
ca debitũ aliquod bonũ ad q; nõ teneris red
dam tibi. i. reddendus denuntio. promittens

ei vitam eternam pro salario. Et interroga-
tus legisperit⁹ a domino ((quis)) p̃ximus ((p-
ximus fuisset ei q; incidit in latrones: respon-
dit. Qui fecit misericordiã in illũ)) Ubi Lyrin⁹.
Neq; enim sacerdos neq; lenita sacrus fuit p
ximus patienti. sz ille q; est eius miserius, in-
dulis est enim sacerdotij dignitas ⁊ legis sci
entia. nisi p bona opa confirmet Unde ⁊ Be-
da iuxta litterã manifesta est dñi sntia. nulli
nobis amplius ꝯq; misereat esse proximũ.
Sic eiui hierosolimite non sacerdos nõ leui
ta ex eadez gente imo in eadem vrbe nati ⁊
nutriti sed externe gẽtis accola q: magis mi
serius est factus est proximus. Deide dñs ex
legisperiti risione ⁊ confessione ostendens oẽm
hominez misericordiã faciente esse proximũ
⁊ specialiter ipm dei filiuz concluſit dicens.
((Uade)). ſ. de virtute in virtutem ((⁊ tu fac
similiter)) proximo sicut samaritanus fecit
iudeo. ſ. q; omnem hominem etiam inimicũ
proximũ reputes ⁊ ei misericordiaz affectu
affatu ⁊ effectu impendendo necessitates ei⁹
subleues. vt te proximũ diligere sicut teipsuz
manifestes. Ubi Crisa. Quasi dicat. Si quẽ
vides oppressum non dicas vtiq; nequã est:
sed siue sit gentilis siue iudeus ⁊ ope indiget.
nõ cunctaris. tuus hz auxiliũ gcũq; mala fue-
rit passus. Nec Cris. ex risione quoq; legisperi
ti dñs concludit: q; ppinquitas generis non
facit primũ: sed opus misericordie. impen-
sum. Ac si dicat ei. Tu ergo me dilige. ⁊ in
me vtrũq; mandatum legis implere stude:
q: sum deus. ⁊ sum ille tuus proximus. ⁊ qc
quid vales in proximi necessitate subleuan
da vel corporali vel spirituali deuot⁹ opare:
vt mãifesteris primus eẽ. Unde ber. vtranq;
teneo dilectionẽ dei ⁊ primi cũ te amo dñe
ieſu q; me⁹ primus es quoniã hõ es ⁊ fecisti me
cũ misericordiã. Nec ber. Ex vtraq; ergo do
mini cõclusione legisperitꝰ cõuincitur. q: xp̃s
deũ ⁊ hoiem primũ nõ dilexit: q; suscipies
carnem nostram p humanitatem factus est
nobis proximus: ⁊ tot misericordie opera i
pendit: vnde merito diligi debet. Ad dei eni
dilectionem in nobis excitandã. nutriendaz
⁊ augendã nihil ita valet sicut beneficioruz
eius frequens ⁊ diligens consideratio. Ma
gna est igit misericordia. que ignotis ⁊ extra
neis nos proximos facit. magna est miseri-
cordia p quã vita possidet eterna. Ille quip
pe est proximus tibi cui misereãdo appropin
quas. q; vero nulli misereꝰ. nullũ primũ ha
bet. In illo ergo mandato. dilige proximũ
tuũ sicut teipsum. dñs proximũ intelligit om
nem hominem. hic aũt cuz q; implet legẽ na
turalez. vt q; facit alij que sibi fieri vult. Ubi

Ambro. Ergo quoniam nemo magis proximus quāq vulnera nostra curauit diligam⁹ eū quasi dominū diligam⁹ ⁊ eū quasi primū Nihil.n. nō primū. q caput mēbris. Diligamus ēt eū qui imitator ā xpi diligam⁹ eū q inopie alterius corporis vnitate cōpatit. neq enim cognatio facit primū sed misericordia q misericordia secūm naturā ē. Nihil.n. tam fm naturā q̄ iuuare cōsortē nature. Nec amb. Ad hoc quoq faciendū hortat nos augu. dicens. Nūc cum in hac vita. i. in hac via sumus inuicē onera nostra portem⁹: vt ad etū vtā que caret omni onere puenire possimus. Dilectionis officium est inuicem onera nostra portare. Nihil enim sic ꝓbat amicū quē admodum oneris amici portatio. Neq villa res officiosum vtū labore ad portāda onera alioq facit libenter impendi nisi cogitemus ꝯta ꝓ nobis ptulit dūs. Hinc admonēs ait apostolus. Hoc sentite in vobis q ⁊ i xpo ie su. Huic cogitationi accedit etiā illa. q hoies sumus: ⁊ quod egritudinem siue animi siue corporis. quā in homine alio videmus etiaz vos habere potuimus aut possumus. Hoc ergo exhibeamus ei cuius infirmitatem portare volumus q ab illo vellemus nobis exhiberi si forte nos in eo essemus ⁊ ipe non ēet. Ad hoc pertinet q apostolus ait. Omnibus omnia factus sum: vt omnes lucrifacerem. cogitando. s. in eo vitio se esse potuisse. vnde cupiebat alium liberare. Deinde etiam illud cogitādū nullū esse hoiem qui non possit habere aliquod bonum q tu non habes etiam si lateat in quo fine dubio possit te esse superior. Unde apostolus. Nihil per contentionē neq per inanē gloriaz: sed in humilitate mētis alter alterum existimantes superiorē sibi Iste cogitationes deprimentes mētis superbiā: ⁊ acuētes caritatē. faciunt onera fraterna inuicem non solū equo aio sed ēt libentiſ sime sustineri. Nec augustinus. Uñ ⁊ Bre. Si quisq sua incōmoda que ab alijs portā tur consideret. ea que ab alijs sustinet. leuio portat. Et iteruz. Quia illa interita pacis vsio ex sanctorum ciuium congregatione construitur hierusalem celestis vt ciuitas edificatur. Qui tū in hac peregrinationis terra. bū flagellis percutitur tribulationibus tondit. eius lapides quottidie quadrāt. Que videlz ⁊ ciuitas. hz h in sanctorū motibus. magnuz iam edificiū suū. In edicio quippe lapis lapidē portat ⁊ qui portat alterum portat ab altero. Sic nunc in sancta ecclesia vnus quisq ⁊ portat alterum: ⁊ portatur ab altero. Nam vtilissime se primi tolerant vt per eos edificiū caritatis surgat. Omne autem pondus fabrice fundamētum portat q redemptor noster de quo Paulus apostolus ait. Fundamētuz aliud nemo ponere potest ꝑter id q est positū q est xpo ihesus. ofa nostra tolerat: sed in ipso malū nō fuit quod tolerari debuisset Dec Greg. Ex his verbis Gregorij colligitur. q quanto plura quis pro deo portauerit. tanto erit ipsi fundamento. s. iesu propinquior ⁊ q̄to pauciora portauerit. tanto erit ab ipso fundamento remotior. Dec igitur ofa bene cōsidera ⁊ primoz infirmitates ac defectus ⁊ onera nō solū patienter sed etiā libenter p deo porta ⁊ tolera. vnde. Ansel. Quis bonis alterius arridet. sanctis cōsentit: q vero inuidet diabolis. Si qdē magis puto saluationē eius sperandā. q parū boni facit ⁊ factis alioꝝ fauet q̄ qui multa: ⁊ inuidet. Et iterū. Caritas q̄ colligit ⁊ viuificat ofa mēbra ecclesie cū nos viderit de alterius ruina gaudere. statim nos ꝑcidit de corpore. Forte igit nō dolemus de ruina primoz nostroruz: q ꝑcisi sumus a corpore. Si.n. ibi essemus sine dubio doleremus q tādiu dolet mēbrū quādiu in corpore cōtinet. Si āt abscisum fuerit nō dolere poterit nec sentire. Ex his ergo pōt hō ꝑpendere si est mēbrū xpi. Et sicut dictū est de cōpassione ⁊ cōgratulatione ita intellige de cōiccatione q in corpore hūano vnū mēbruz cōicat altari indigenti suū officiū ⁊ cibū qnē recipit. ita in corpore xpi q est ecclesia quelibet debet altari cōicare gratiā diuinitus sibi datas ac cibū ⁊ etiā tpalia ofa a deo recepta. Similiter intellige de cōsideratione vt sicut mēbra inter se adiuuant tanta amoris cōcordia. vt nulla rōne inter se valeāt dissentire occasione aliqua. ita etiā sit iter nos. Similiter intellige de supportatione. vt sicut vnū membrum supportat alterum. ⁊ sustinet lesionem pro curatione. sine protectione alterius: ⁊ si leditur ab alio sine vltione sustinet lesionem sic debet esse in nobis. hic Ansel.

Oratio.

O Omine iesu xpe custodi nos desecendētes de cōtēplatiōe ad actionē ne incidamus in latrones sensuū appetit⁹. nec spoliemur gratuitis. nec vulneremur in naturalibus: sacerdos ⁊ leuita superior ⁊ inferior portio rōnis nō descēdāt eadē via consentiēdo in peccatū. sed potius ascēdant sursum. Samaritan⁹ vero gratia ꝑdestinatiōis secūm nos appropriet. nobis vulnera peccatoz liget. infundēdo oleū. spē venie ⁊ vinū timorē iusticie imponat in iumētū. ordinando rōnē supra sensualitatem. ducat in stabulū in cōsideratione peccatoz altera die resurrectionis dēt duos denarios stolā aie ⁊ corpis Amen.

De penitentia marie Madalene.
Capitulum. lx.

etiam intelligere. Et est argumentū q̄ nō sufficit in secūdis nisi audire ad faciendū. sed opz & intelligere ad docendū. ((Dicunt et ēt)).i.i telligimus. Deinde vnī exhortatiōe ad alios docendos subdunt((Sit illi nō eis scriba)) .i. doctor vt. n. dicit Aug. apostoli sunt scribe & notarij ihu. verbum eius significantes in tabulis cordis doctos)) & inspiratus in his que necessaria sunt sibi & aliis ((in regno celorū)) ((sed in ecclesia militante: vbi tria dicit. q̄ sit doctus per habitū scie. scriba per officium doctrine in regno celorum per meritū vtrumq; similis est homini patrifamilias)).i. milit intelligitur de similitudine imitationis nō equiparationis((qui profert de thesauro suo .i. scientia sua in corde absconditā (nouā & veterā)) .i. auctoritatis noui & veteris testamenti. ex quibus testamēti; terra ē ecclesie sagena. vel fm grego. nouā de suauitate regni & veterā de terrore supplicij: vt .i. pene terreant quos premia non inuitant. vel nouā per admonitionem virtutum. vt veterā per detestationez vitiorum. Et quo pz q̄ epi qui sunt successores apostolorū debent habere noticiam vtriusq; testamenti. in cuius signū portant mitrā in capite cū cornu duplici. Et bene comparat eos patrifamilias: q; sicut paterfamilias habet pascere filios pane corporali sic illa parmulos fideles pane spirituali. Donatur ergo dño discipulos q̄ parabolas intelligant: vt alios docere sciant: q; ideo similes ei erunt si alios docebunt. Oratio.

Omne tesu xp̄e fac me de veteri vita exire ne semen verbi tui quod in meo intellectu .boni ꝓpositi q̄ i meo affectu boni operis q̄ in meo actu seminauit comedatur a volucribus inanis glorie nec concutiatur in via assiduitatis. ne areat in petra dure obstinationis. & ne suffocetur in spinis sollicitudinis. sed potius in terrā bonā. & optima cordis humilis compatientis & hylaris centesimum fructum afferat tu patientia fac etiam me hec omnia in parabolis dicta intelligere & facere. ac verbo vel saltem exemplo alios docere. Amen.

¶ De aduentu domini in nazareth qñ legit in synagoga eorum & ipsi volebant precipitare eum.

Capitulum .lxv.

Factum est cum cōsummasset iesus parabolas istas transiit inde & discipulis suis & abiit per patriam illā ((suam .s. galilee)) & docebat in synagogis eorū ((non propter plurimum ibi conuenientium vtilitatem non propter maiorē auctoritatē & magnificabat propter doctrine & miraculorum excellentiam ab oib⁹)).i. pluribus & de omni tribu non tamen ab oibus vniuersaliter eū multi eū cōtemnerent & sibi ꝓdicerent. ((Et venit in nazareth vbi erat nutritus)) licet in bethleem fuisset natus((Et die sabati)) quando plures conueniebant((intrauit)) ex cō suetudinem((illa in synagogam)) que erat locus orationis & doctrine legis quib⁹ iudei ex precepto legis vacare debebant in sabatis. ((Et surrexit legere)) vt non predicaret scīpm verbo suo nū sed etiam testimonio sacre scripture. ergo non est legēdū in ecclesia nisi ſtā do pſallere nō possimus sedendo((Et tradidit eis et)) a ministris quoz officiū hoc erat ((liber Ysaie prophete)) clausus qui de xpō loquitur apertus. & fm Hiero. nō tm prophetā sed euangelistā est dicendus. Addisce autem fm glo. ideo traditus est ei liber propheticus vt ostenderetur esse qui locutus est in pphetis. & q̄ oēs prophetie ad ipsum ptinent & ipso implentur & per ipsum aperiuntur. Item vt hoc ostenderet q̄ oēs pphete libros suos ei tradiderunt. .i. illi ascripserunt quicquid dixerūt((Et vt reuolui)).i. aperuit((librū)) i quo intelligere dedit se illum eē qui aperiret scripturas))((inuenit))non a casu sed ex ꝓposito q; sciebat passus scripture loquentes de eo ((locum vbi)) fm translationem septuaginta interpretum((erat scriptum. Spūs dñi sup me &c)) prout patebit infra. Circa q̄ sciendū q̄ iudei expellant illa que eis ꝓmittunt i hac prophetia impleri per xp̄m illā quez expectāt futurum & toti mundo tpaliter dñaturum & ducturum iudeos de captiuitate posturum eos in maxima gloria & honore sup oēs gētes. Sed q; xp̄s aduentus xp̄i transijt iō xpo hūc locum cōuenienter de seipso exposuit dicens.((Spūs dñi)).i. patris((super me)).i. requiescit tanq̄ ductor & preceptor cui⁹ exhortationibus semp obedio((propter quod vnxit me))idem spūs ab instanti conceptionis plenitudine gratie in regē pontificem. in pphetam. & in dilectis tabernaculum((euangelizare)).i. bona nunciare((pauperibus).i. humilibus quibus doctrina proficit non superbis ((misit me)) q̄ & ipse profecit dicēs beati pauperes spiritu qm ipsorum est regnum celorū & per hoc((sanare((nō tantū corporaliter. sed & spiritualiter((contritos corde)) vulneratos a peccatis((& predicare captiuis))a dyabolo peccatorum cum carcere & vinculis((remissionem)).i. a penitentium eos vocando((& visum)).i. veram dei cognitionem((ceco)).i. gentilibus excecatos per errorem((dimittere confractos)) & depressos importabili pondere legis((in remissionem scilicet))per gratias

pene legis alleuiādo((predicare annū dñi acceptum))annū. .i. benignitatis. q; nūc tēpus acceptabile nunc dico salutis. Site annꝰ est tenū tempus ecclesie vt specialiter annus passionis xp̄i)).i. in quo dominꝰ placatus est humano generi salutē emenda primi peccati. & diem retributionis extremi iudicij. scienter communando secundum merita. vbi retribuetur vnicuiq; secundum opera sua. Tāguntur autem hic sex conditiones quas debz habere predicator vel prelatus. Prima ē miserorum consolatio. ibi euangelizare pauperibus secunda est penitentū confortatio. ibi sanare contritos. tertia est captiuorum visitatio. ibi. predicare captiuis remissionē. quarta est imperitorum instructio. ibi cecis visum quinta est oppressorum reuelatio ibi dimittere confractos: sexta est pignorum excitatio ibi predicare annum dñi acceptuz & die retributionis reuolutum. ergo librum legit: quia palam locutus est & omnem veritatem docuit((Et deinde placuit librum))in quo legerat in quo intelligere((dedit))quod nō omnia omnibus sunt predicanda. Nec etiam sedet ad ostendendum: q; libri sacre scripture reuerenter tractandi sunt. Unde & iudei hanc reuerentiam faciunt libris veteris testamenti. q; nullo modo intra illos sederent tam alte q̄ libri sunt positi. Adulto magis debemꝰ nos reuerentiam libris euangelij exhibere. quod tante est reuerentie: vt secundum Cris. si euangelium suscipere nō oporteret lotis mānibꝰ. nōnq; eligeres hoc facere. Ex quo patet q̄ christiani sunt multum reprehendendi. q̄ non solum libros veteris testamenti. sed etiam & sacra euangelia ita irreuerenter tractant. & quandoq; irreuerentius quam libros gentilium damnatorum. seu vesles & multa alia rerum transeuntium. Et bene dicit reuoluit & placuit. nec dicit appuit: & claudit. q; libri iudeorum in rotulis sunt((Dedit q; ministro))librum plicatum: q; alijs tradidit euangelizandi officium: & pro captu audientium cōmisit dispensandum verbū((& sedit))vt sedendo exponeret mature q̄ stādo legerat reuerenter & deuote. Stans ergo legit. quia dum nobis scripturas aperuit in carne operatus est sed postea sedit. quia se superne quieti restituit. Et instruimur hic quia prius nobis est sedendum & flendum per humilitatem penitētie deinde surgendum a vitijs per feruentiam cōscie. tertio legendū .i. bñ operā dū & piato ēt predicandū. & postea residendū premia quietis expectando vt ea demuz accipiamus in quibus in eternum quiescamus ((Et erant oculi in synagoga intendentes in eū)) ꝓpter efficaciā verborum & aspectum humilem & decentū. q; in facie eius quodam fulgor diuine gratie relucebat. qui intuentiū oculos attrahebat. Fuit .u. pulcherrimꝰ vtpote virgo de virgine nō ex voluntate viri: sed ex deo natꝰ. Fuit & eloquentissimꝰ & de utroq; sic ei dictū fuerat ꝑ pphetā. Speciosus forma pre filijs hoium dif. e. g. in labijs. Et pphetiā quā legerat in seipso impletā ostendens((dixit ad illos.)) Attendite & intelligite((q; hodie impleta est scriptura hec in auribus vestris((in meipso. Impletā dicit eē scripturā. q; sicut illa predixerat sic ipse faciebat. q. d. In me impletā & videre potestis oculis q; ceci videt. claudi ambulāt. pauper euāgelizant & audire etiā & intelligere auribus mentis cū vobis eam exposuerim ad me esse referendam. Cōspice bene dominū quomodo humiliter suscipiens lectoris officium benigno & placido vultu legit inter eos. Ut enim ait Ambro. ita ad omnia se curauit obsequia vt nec lectoris quidem aspernaretur officiū. Conspice etiam quomodo humiliter se manifestās dicit hodie impleta est scriptura hec in auribus vestris. q. d. ego sum ille de quo loquitur. Igitur exemplo suo approbat officium lectoris in hoc loco. officiū ostiarij. quādo eiecit vendentes & emētes de templo. officium exorcizare demones de obsessis corporib⁹ expellēdo. officiū a coaliti sive ceroferarij se lumen mūdi ostendendo & dicendo. Sic ergo pz dñm quatuor officia minora ordinū in quatuor suis operib⁹ exercuisse & approbasse ꝓpter qd nullus quātū cūq; magnꝰ debet dedignari minores ordines suscipere vel eor officia exeq et exercere Subdiaconatū vero exercuit quādo linteo se precinxit & pedes discipulorū lauit. Diaconatū exercuit quādo in cena corpus & sanguinē suū discipulis ministrauit. Presbyteratū exercuit qñ in cena panē & vinū in corpus & sanguinē suū mutauit. Deide vt pontifex i ara crucis se obtulit. ((Et oēs)).i. multi de oi populo((testimoniū illi dabāt)).i. q; illa scriptura eēt ipleta & q; ipse esset ille de quo Ysaias & alij pphete scripserūt. Et hoc erat signū veritatis. q; vt. d. S. veritatis argumentū est omnibus aliquid videri. ((Et mirabantur in verbis gratie((idest gratiosis que de ore eius procedebāt. Benuo enim homo de bono thesauro cordis sui profert bona. ergo de thesauro gratie verba gratiosa. In ipso autem erat thesaurus gratie. q̄ plenus gratie & veritatis: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Deinde post attestationē simplicium de xpō subdit ira

darum ē phariseorum detractio ē emulatio
eī dicit.((Et dicebāt)).Licebe ē phariſei ei
tuo dicēte.dicebāt inquā despectiue ē cuz de
ridentes.((Unde huic (apientia hec)).in do-
ctrina ē in verbis((ē virtutes)) in operibus
miraculoſis.Hoc dicebant qz nō viderant
eum literas discentem.nec in lege studentē.
Quaſi dicerent non habet vñ a deo vel exer
cuy studio.ſed magis habet a diabolo q ar
guunt ex infirmitate: ē paupertate parentū .di-
centes.((Nōne hic eſt fabri filius)).i. Joſeph
qui erat faber ligniarius.cuius ipſe putabat
filius :qz eū Maria Joſeph deſponſata ge-
nuerat.Putabat qdē.ſed nō erat((ſ. Nonne
mater eius dicit maria Maria ē fratres ei°))
.i.cōſanguinei((ē sorores ei°)).i.cognate((nō
ne cēs apud nos sunt)).Scōm conſuetudi-
nem enim scripturarum cōſanguinei ē pro-
pinqui dñi more hebrayco fratres ē sorores
eius solēt appellari.Unde ergo huic ſcia ista
quaſi dicerent.Si nō habet exercitio vel ex
gñe .ergo hz ex demōe.Et cō sequit((.Et ſcā
dalizabantur in eo)).i.turbabantur ē indi-
gnabantur cōſiderantes gñis paupertem ē
humilitatem ac ſi ſapiens ē virtuoſus non
poſſet de pauperib°:ē humilibus pceari cū
potius oporteret ppter hoc marie obſtupe-
scere ē ipſum honorare:qz maius miraculū
ē amplior ſtupor erat qz de talib° exiſtens.ta
lia loquebatur:ē faciebat qz manifeſte appa
rebat.q nō ex humana diligentia.ſed a divi
na grā erat. Humilia enī dñs reſpicit ē alta
a longe cognoſcit.irrationabiliter ergo mo-
uebantur deſtituentes cū propter paupertā-
tē ē humilitatem generis:ē attribuentes vir
tuti demonis qđ debebat attribui virtuti di-
uinitatis.Quia David qui fuit radix regū ē
primus pphetarū.fuit paſtor ouiū.ē cuius-
dā agricole.dicēte filius.Sed ē moyses legiſ
lator valde ase deficientem habuit patrem ē
in pluribus alijs ſimile poterit reperire . A
ptemnunt eū.Unde ē hoc q veritatis eſt. ē
eſſe fabri filium seu fabrum.Sicut enim pa-
ter p filium in principio opa fabricauit.ſic ip
ſe filius per quem opa facta ſunt olim fabri-
poſſit.In illorum ergo errore veritas latet.
ipſi putabant.ſed fabricatorie omniuz fabri
catus eſt auctorem:ē ſolem.i. eccleſiam pri-
mitiuam:ē ſequentem.Magna ceccitas eoz
erat:quia eum in verbis:ē factis illius xp̄m
cognoſcere poterant.ē tamen propter gene-
ris noticiam eū contemnebant.ē ex paruita

te generis:ē infirmitate carnis volebant ab
eo excludere potentiam mateſtatis.Et qz au-
ditis famoſis miraculis ab eo frequenter in
Capharnaum factis illuc nazareth indigna
ti ſunt petra eū.nec credebant miracula eius
eſſe vera ipſe intuens eorum cordia obiectio-
nem eorum tacitam ſibiipſi obiecit.vt ad eā
congruēter reſponderet.Unde ſubditur. ((ē
ait illis)).ieſus.ſ.ſcribis:ē phariſeis°((. Utiq
dicetis mihi)).qui multos in capharnaum cu
rauit:((hanc ſimilitudinem)).i.obiectionez a
ſimilitudine medici corporalis ad ſpiritualē
ſumptam((medice cura teipſum)).i.tuos cō-
patriotas.ſicut enim medicus verus citius.
ē libentius curat ſeipſum .ē alios ad ſe perti
nentes q̄ extraneos:it ita dicebant ē ei . ſi tu
faceres vera miracula citius faceres eā in ci
uitate tua ē prius inter propinquos tuos q̄
inter extraneos.Unde ſubiungitur((.Quan-
ta))miracula!((audiuimus facta))a te((in ca
pharnaum fac ē hic in patria tua)).i in tua
ciuitate vbi cōceptus es ē nutritus tot ē tan
ta vt credamus:quia que facis apud alieni-
genas magis debes facere apud nos compa
triotas.magis enim teneris beneficia impen
dere tuis compatriotis q̄ alienis quaſi di-
cant.Multa audiuimus a te facta miracula
ſed non credimus q̄ incerta vulgauit fama
cum apud nos nihil tale feceris .quibus cō-
uenientius talia impendenda erāt beneficia
q̄ ceteris.Sed dñs conſequenter reſpondēs
oſtendit.q̄ non dimittebat inter eos facere
miracula propter odium patrie vel defectus
potentie.ſed propter eorum incredulitatem
ē malitiam.Quod enim ibi miracula nō fa
ciebat .non erat propter hoc q̄ patriam ſuā
deſpiceret quam ſua conceptione ē educatio
ne honorauerat.velpropter hoc q̄ ipſe im-
potens eſſet.ſed quia ipſi indigni erant. Et ad
hoc induxit ſacre ſcripture exempla. Unde
ſequitur((Dīt autem))ieſus((Amen)).i. vere
dico vobis.qz nemo prophetā acceptus ē in
patria ſua))in qua natus ē.ē in domo ſua ex
qua ſm carnem proceſſit(ē hoc vt in pluri-
bus)ac cum debito honore ē reuerentia .mi
nus enim helias ē ceteri prophete in ſuis ciui
tatibus fuerūt honorati q̄ in alijs. Iſaias ſe
ctus. Hieremias carceratus:ē ceteri vitupe-
rati. Adeo.n.ē pene naturale eſt cives ciuib°
inuidere .ē non preſentia viri opera nec vir-
tes conſiderare.ſed infantie fragilitatem re-
cordari quaſi non ē ipſi per coſdē etatis gra
dus ad maturam etatem peruenerint.Dum
enim ciuis ē contribulis ad alicuius virtu-
tis vel probitatis eminentiam aſcendit.eiuſq
fama crescit.conciues ē contribuli qui non

ſe laudandum inde grauius cautiātur :ē eſti
mant ſe contemni.ſi eis laude ē fama pbita
tis preſertiz minoz gñe pferatur.Hinc ha-
bem° in Joſeph exemplū reſpectu fratrū ſuo
rū .Unde 2ttingit q̄ ſacilº pmouent hoies i
terra aliena q̄ in patria ppria. Idcirco igit
nō curo patriā meā:qz ei acceptus nō ſum:ē
qz fidē in ea non inuenio.ē mihi ſicut ceteri
nō credit tantoq̄ minus me cognoſcit quāto
plus pre ceteris me notū habuit.et qz nō erat
acceptus eis.nec ei credebāt:nō virtutes mul
tas.i.ſigna ē miracula ibi facere nō poterat
nō de impotentia.ſed de inconuenientia. non
nō enim cōueniēs fuit:qz digni nō erāt ē cā
ſtatim ſubdit.ſ.pp incredulitatem eoz pro-
pter quā etiā dñs mirabatur qz ipſum etiam
preſentem habentes xp̄m agnitionem ſui p
bis ē ſignis eis ingerentem nihilominus in
credulī perdurabant . in hoc patet q̄ fides
maxime cooperatur in miraculis faciendis.
qz propter incredulitatem ſubtracta ſunt illiſ
Aliquas tamen virtutes ibi ibi fecit.ſ.paucos
infirmos fideles:ē deuotos manibus deſtis
impoſitis curando.quod patet ex hoc quod
ſupra dixerunt. Unde huic, ſapientia hec .ē
virtutes.Pro tanto ergo non poſſe dicit .qz
noluit.nec potuit propter incredulitatem eo-
rum.ē vt negetur potentia non abſoluta.ſed
ordinata ac congruitatis ē decentie qua ſe
diſpoſuerat non facturum.quia non erat de
cens ē congruū.quod ibi miracula faceret ē
multa fides enim credentium eſt memoria
de congruo quod eis fiāt miracula. Ideo au
tem aliquas virtutes ibi fecit.vt fideles con-
firmaret :ē infideles excuſationem de pecca
to ſuo nō haberent.dum opera diuinitatis i
eo viderent.nec fecit multas:ne infideles am
plius damnarentur :deſt plus punirent dū.
ſ.cōtinerēt.Unde Xri. Pauca fecit ſigna ne
dicerent hoſtis eſt nobis ē propinquos deſpicit
ſi facta eſſent ſigna ē nos vtiq̄ credidiſſem°
ppter hoc ergo fecit vt quod ſuum eſt:ipleat
ſed cōtinuit vt non illos amplius cōdemnet
Ad ſui autem excuſationē quare ipſe dñs in
patria ſua vbi acceptus nō erat multas vir
tutes nō fecit oſtendit ē exemplo helye ē hely
ſei .quod ſimiliter pphete veteres in maiori
honore habebātur apud extraneos quā apō
domeſticos .ē quod plura miracula faciebāt
apud alienos:quam apud ſuos((Helyas)).n.
a iudeis expellebatur ē contemnebatur:ē gē
tibus autem ē alienis recipiebatur ē honora
batur:ē idi miracula operabatur((Miſſus))
enim ad viduam in ſarepta vrbe ſydonie pro
uincie.ſuſceptus eſt honorifice ibiq̄ duo mi-
racula fecit.qz farina ē oleum non deficit:ē

filium vidue mortuū ſcilicet ionā pphetam
ſuſcitauit.Nō ergo((in hieruſalez vbi multe
vidue erant))ſz in ſydonia operabat miracu
la qa vidue iſrael nō erant ita deuote ſicut il
la mulier ſareptana ē qa helias pſecutionez
patiebat in terra iſrael que debuiſſet ſibi eſſe
grata ē gratioſa((Sarepta))vrbs ſydonie eſt
in littore.maris ante cuius portā oſtendit ſe
cus.vbi helyas venit ad viduā eiuſdē vrbis
delde eſt qdā capella vbi erat cenaculū i quo
genit:ē vbi filiū vidue ſuſcitauit. Quare ēt
oratiōe helye clauſus eſt celū ē facta fames:
oūdit Baſili° dicēs:vt.n.aſperit ex ſaturita-
te nō modicū generari dei obprobriū. p fa-
me illis ieiunio attulit.quo culpā illoz: que
in imenſuz creſcebat cohibuit.Nō ergo mire
tur nūc hoies ſi ppter eoz laſciuiam fiat fa-
mes. Helyseus ēt a iudeis derisus ē pēptus
a naam ſyro deuote ē q̄ſit°.quē a lepra ſua
curauit:ga deuotionē eius agnouit. Qui an
te curationē bon° fuit:quia p illū deus ſalu-
tē ſyrie dedit:ē poſt curationez adhuc me-
lior ac valde gratus deo ē helyſeo fuit. Cura
uit ergo alienū ē gētilē ſed nō cōcives ē cō-
ſortes ppter eoz erga deū ingratitudinē: qa
regnū iſrael declinauerat ad idolatriā. colen
do vitulos aureos quos fecerat Jeroboam.
Si ergo iſti famoſiſſimi pphete nō fuerunt
accepti cōpatriotis ſuis nō ppter ſuā:ſed p
pter cōpatriotaz malicia ē inuidiā:multo for
tius nec minores pphe fuerūt accepti in pria
ſua:ex quo patet verū eſſe qđ dixerat:qa ne-
mo pphēta acceptus eſt in pria ſua. Moraliter
aūt vidua.de qua dictū eſt ſignificat aiaz
peccatricē.que priuata eſt amplexib° ſponſi
ſui xp̄i. Modo multe vidue tales ſunt in mū
do.nū ad nullū mittit helyas niſi ad illam q̄
eſt in ſarepta ſydonie. Sarepta interpretatur
incendiū vel angustia panis. ſydonia venā-
tio inutilis ē ſignificat aiam peccatricē que
ppter hoc q̄ cōſiderat q̄ gegd queritē i mū
do eſt venatio inutilis ſiue diuine ſiue delicie
angustianē:qz pdāit illū panem verū quo re
ficiebat.xp̄m.i.qui dicit ego ſum panis vi-
uus q̄ de celo deſcendi:ē incendiū p cōtemptū
terrenoz ē deſideriū ſupnoz. Ad talē aiam
venit verus helyas xp̄s:vt eam paſcat ē refi-
ciat cū filijs ſuis.i.cognatiōibus ē affectioni
bus ſuis.Similiter naamā ſyrus ſignificat
peccatorē eo q̄ peccatū ſicut lepra inficiat ho-
minez. Modo multi tales ſunt in mūdo tū ad
nullū venit helyseus niſi ad naamā ſyrū. Naa
mā interptat decorus vel cōmouens me. ſy-
rus ſublimis:ē ſignificat peccatorē:q cōmo
uet ſeipſz p gtritōez.currit ad iordanē:q iterp
tat riuus iudicij.i.ad pfessionez:ē ibi māuit

gfe decoꝛē ⁊ ꝓ hoc efficit sublimis. qz ꝓ hoc celsual ad deū. ad talē venit verus helyseus ī. xp̄s. ((Et cū in synagoga ḥ audientes)). ſ. ꝙ eos indignos reputaret inter quos mirabilia faceret ((indignati sunt ⁊ repleti ira)) ꝙ ex xp̄i doctrina quiescere debebāt a malitia. Per illos significant illi ꝙ ſequunt p̄dicatores ⁊ defensores veritatis eo ꝙ dicūt displiceria illis. Doc aūt fcḇ ꝓbatur ꝗbū xp̄i ⁊ oia cū ē supra. qz nō ē acceptꝰ ꝓpha in p̄ria sua. Nā cū audirēt nazareni ꝙ ꝓphetis ꝓpham se cōpabat. ⁊ qz eos de incredulitate notabat ⁊ deuotionē gēnū quas vt canes abhomisabantur deuotioni eoꝝ p̄ferebat creuit zelus. creuit ira. creuit inuidia. Et ꝙ dñs de eis diserat ⁊ reſlabatur ꝗbo. hoc ipſi oūdunt ⁊ tentantur facto mala ꝓ bonis retribuēdo. Uñ ((surrexerūt)) ⁊ eū tanq̄ dignū morte ((extra ciuitatē)) suā nazareth ((eiecerūt)) vt illū interficerent. Uñ dicit Ambr. Nō mirū si p̄diderunt salutē q̄ de finibus suis eiecerunt salutē. Dñs aūt q docuerat exēplo sui omnibꝰ cōia fieri nec volētes repudiat nec inuites alligat nec ejcientibus reluctatur nec rogantibus deest ((Et duxerunt illum vsq̄ ad supciliū montis super quem edificata erat ciuitas eoꝝ. vt p̄cipitarent eum)) Nazareth quidem edificata erat sup montem. sed non in cacumine. vnde extra ciuitatem ad cacumē duxerunt eum ad p̄cipitandum. In quo sm Bedam. iudei discipuli peiores diabolo magistro suo ostenduntur. quia ille verbe tentans ait. mitte te deorsum. isti facto de supercilio montis eum mittere ⁊ precipitare conabantur. ((Jesus autem)) virtute diuinitatis qua poterat se seruare illesum quando volebat ((transiens per medium illorum ibat)) ⁊ descendit de monte nō visus ab eis quos deserebat mente furentium subito per deum mutat vel obstupefacta. Et enim quādo vult. capitur. quando vult labitur. quādo vult suspendūtur. quando vult. non tenetur. Quod capitur ⁊ tenetur a paucis. voluntatis est. ꝙ a populo non tenetur ſz trāſit. maiestatis est. Non ergo resistit nec se vindicat. docēs nos in hoc. vt nō q̄ramꝰ vindictā de iniurijs nobis factis. ḥ ꝓ medium inimicoꝝ transiens. canes ḥncinde latrantes ꝓtemnit: malens eos sanare q̄m ꝓdere. vt cessatā videntes suaz nequitiam deinde desisterent ab eius morte. Tunc enim euadere voluit: quia penitentie locum adhuc illis reseruabat. ⁊ q̄ nondum hora passionis eius venerat. nec tunc in loco passionis erat. ⁊ q̄ hoc genus mortis q̄ crucifigendus p̄cōiz abatur) non elegerat. Adhuc ostenditur ibi locus qui dicitur pre-

ceps. ⁊ salus dñi. ſ. ꝓ miliare a nazareth contra meridiem versus hierusalē. Ubi sm Bedam. cuz dñs de manibus illoꝝ elapsus per mediuz illoꝝ de rupe descenderet atq̄ in ipsa rupe latere vellet: subdito ad tactum dñi ce vestis. saxum illud subter fugit. ⁊ istar cere resolutum quendam sinum quo dñicum coꝛpus reciperetur efficit tante vtiq̄ capacitatis quante ipsum dominicum coꝛpus extitit quantitatis in quo vestigia pedum ⁊ vniuersa liniamenta. ⁊ ruge vestis que a tergo domini fuerant veluti de manu sculptoris ī pressa seruantur. Saxea durities sub descendente recedit. ⁊ quasi nolens ledere ei cedit. ⁊ sub pedes pressa emollescit. Mira res. Lapis emollescit. ⁊ ipse homo emolliri. nescit. sed lapidescit. Agnoscit dominuz lapis emollitus. ⁊ ipse homo a quo erat cognoscendus erat fortius. Et notandū quod quattuor modis est domino mors intemptata. Quidam enim temptauerunt eum perimere gladio sicut herodes. quidaz precipitio sicut hi nazareni: quidam lapidatione sicut in templo iudei. quidam crucifixione sicut in passione ēt iudei. Adhuc ēt xp̄s spūaliter crucifigitur in nostra recidiuatione. lapidatur in nostra obduratione precipitatur in nostra desperatione. gladio permittitur in blasphematione.

Oratio.

O Omine iesu xp̄e. q̄ sic ad oia te humiliasti obsequia. vt nec officiuz lectoris suscipe dedignareris. ac tādē post doctrine beneficiū nazarenis humiliter ꝓpensuz. mala ꝓ bonis patienter recepisti. cū te ab ipsis p̄cipitare te volentibus duci sine resistētia p̄misisti. da mihi bone iesu hāc gratiā: vt te imitando ad oia humilitatis obsequia me curuare appetam: ⁊ paratū gaudenter exhibeam. da ēt mihi iniurias patiēter tollerare: ⁊ de ipsis vindictam non querere omnesq̄ meos aduersarios ex coꝛde diligere. ⁊ eis beneficia exhibere. Amen.

¶ De decollatione Joannis Baptiste. Capitulum. lxvj.

P Ost hec autem immi

nente paschali festiuitate. passio ⁊ mors Joannis Bapti. est subsecuta. ⁊ ponitur motiuū contineno multiplicem culpam. Herodias enim timens ne predicatione Joannis herodes peniteret. ⁊ ipsam fratri redderet cum quo non sine periculo remaneret: ideo cogitauit modum quo interficeretur Joannes absq̄ seditione populi. ⁊ herodes consciꝰ fuit eiusdem doli. Cum igitur

herodes)) tetrarcha qui aliqs. Rex dicitur non a regia dignitate. sed a regendi officio natalis sui celebraret coram ((principibꝰ ⁊ primis galilee. saltauit filia herodiade)) i. tripudiauit in medio: vt videret ab omnibus: ⁊ ḥ fuit ex diſpositione matris. ⁊ herodis ((placuit herodi)) ꝙ tū deberet erubescere. qz signum fuit impudice filie: ⁊ dissolute. ((⁊ cū iuramēto promisit ei dare q̄cquid abeo peteret.)) Scōm Piero. ad hoc fone iuratuit. vt hoc occasionem apparentem ad occidendū Joannem ⁊ reprimendū populi seditionem haberet: vt videretur facere inuitus ꝙ faciebat ipſōtaneus. ((Et premonita a matre petijt)) pro munere ((dari in disco)). i. scutela ((caput Joannis Baptiste.)) Est enim in hoc loco discus vas rotundū desuper extensum. Quandoq̄ etiaz mensa interior discus dicitur. ⁊ aliquando mappa seu mensale discus appellatur. Unde ⁊ animalia dicuntur Petro apparuisse in disco: qui in actibꝰ apoſtoloꝝ linthеū vocat. Unde Crisо. Nec est mulier antiqua malitia. que adam eiecit de paradisi delicijs. hec celestes homines facit terrenos ḥ humanū genus mersit in iſernū hec vitam abstulit mūdo pp vnius arboris pomū. hec malū fecit ꝙ homines iducit ad mortem. hec inuenit vez laborem ⁊ pressuram q̄ nūc occidit Baptistam. deiecit puericiam. perdit iuuentutez. alliciat. ingetat mortuam senectutem. ((Et contristatus est rex)) simulatorie non vere: vt postea videret impiere coactus. ꝙ disposuerat facere voluntarius. Dicitur ergo contristatus. i. tristari visus: quia sm Bedā dissimulator mentis sue tristitiam preferebat in facie. cū tamen letuiam haberet in mente: scelus excusabat iuramento vt sub occasione pietatis magis ipe fieret. Et ideo per ipm herodē significantur illi ꝙ sub spē religiositatis machinant opus facere malignitatis. Per herodiadē vero significat luxuria: p saltatricē dissolutio libidinosa. p quas Joānis. i. hois gratiosi frequēter procurat mors spiritualis ⁊ aliquando coꝛporalis. Rex vero ((noluit eā contristare pp iusiurandū)) ꝙ tamen non erat obseruandū qz sm Isidoꝝ. nō est iuramentū obseruandū vbi malū incaute promittit. ⁊ in malis pro missis rescindenda est fides. q. d. Rex. Non est ex malicia ꝙ ego facio sed pp iusiurandū ꝙ transgredi nō ḷz. fuit enim dolosus in promittēdo ⁊ sacrilegus in soluendo ((⁊ ppter simul recūbentes)) coram ḡbus publice iuramenta vt oēs fierēt sceleris sui cōsortes nō correctores nō resistentes. Ecce q̄m de facili peccatū transit de vno in omnes: similiter etiaz

qui ludū ⁊ spectaculū illud inspiciebāt consortes sceleris cū facientibus fiebāt. Nam sm Crisо. Sicut si nō essent ispectores nō vtiq̄ essent q̄ talia exercerēt. ita q̄ sunt ⁊ ipsi coꝛ que fiūt ignē vel scandalū sentiūt. O q̄m multi subditi hodie picturant in ꝓficiēcia ⁊ anima ꝓpter p̄sidentiū facta minus iusta. ((Ad hiſtoq̄ speculatorē)) qui ex officio portabat speculum quo amputabant capita dānatoꝝ)) ⁊ decollauit ioannē in carcere)) occulte p̄o vitanda populi seditione ((⁊ attulit caput eius in disco)) cruentas epulas in luxuriosuz cōsiliuz ⁊ taz digno seculo indignū ((⁊ dedit illud puelle)) in premiū saltationis sue ((⁊ puella dedit)) in ludibriū ((matri sue)) vt illi mortuo illuderet. q̄ suū incestū reprehēderat: ⁊ vt in sua potestate linguā haberet que illicitas nuptias arguebat. Ecce quattuor crudelia: magna enim crudelitas ꝙ sanctū caput est decollatū maioꝝ ꝙ allatū ⁊ homicidiū ostentatū ⁊ ad huc maioꝝ ꝙ saltatrici datū: sed maxima ꝙ i potestatē adultere assignatū. Cōtinuāte itaq̄ herode pauloante horam diei nonā. Sāctus ioan. Bap. est decollatus in custodia. clamādo voce magna. Dñe deus meus tibi cōmēdo spiritum meū: ⁊ nudus sub aere admodū despectiue iacuit expositus spectaculis. donec tollerēt a discipulis. Per hoc ꝙ in cōuiuio iussus ē ioānes decollari ad saltatricis: ⁊ sue matris adultere petitionē ostenditur: ⁊ multa mala fiunt ꝓpter crapulam ⁊ mulieruz maliciam. Unde in ecclesiastico. Uinum ⁊ mulieres apostatare facit sapientes. fz Remig. In herode minus peccatū factū est causa maioris peccati. Nā quia libidinosam voluntatē nō extinxit. Ideo vsq̄ ad luxuriā puenit: ⁊ q̄a luxuriā nō cohercuit. ad reatū homicidij descēdit. Sed ꝓtra herodis impietatem ioannē ꝓpter veritatē decollauerat. ⁊ in sepultū reliquerat: cōmendat discipuloꝝ religiosa ⁊ officiosa pietas: quia hoc ((audito venerūt ⁊ tulerūt coꝛpus eius)) de carcere: ꝙ rex ipsis reddi iussit ((⁊ sepelierunt illud)) reuerēter vt vocuit: ⁊ venientes nunciauerunt iesu scilicet passionem ioannis ac etiam opera ⁊ doctrinam. In omnibus vero ostendunt discipuli deuotionem suam ad magistrū: ⁊ ꝙ venerūt velociter ⁊ tulerunt reuerenter ⁊ sepelierūt humaniter ⁊ ꝙ nūciauerunt cōpacienter. Isti erant discipuli ioannis qui ad xp̄i discipulatum transierūt. huius enim pietatis officio transire in xp̄i societatem meruerunt. Unde Crisо. Tu autez mihi intēde: qualiter discipuli ioannis iam magis familiares facti sunt iesu. Ipsi enim sunt: quia annūciauerunt quod factum est de ioanne ⁊ vni-

uersos dimittebat ad ipsuz psugiū. Dic
ro. ꝛ Josephū Joannes occisus est in seba
ste vrbe palestine. que olim dicta est samaria
vbi herodes fecerat domū regiam: sed sepul
tus ē in matheronta oppido arabie trās ior
danē in sorte duaz tribuū ꝛ dimidie. Sed
hoc videt ꝓtrariū ecclesiastice hystorie. in qua
dicit ꝙ in matherōta sit occisus: sed in seba
ste sepultus. Caput vero fecit herodias i hie
rusalē deferri. ꝛ ibidē iuxta herodis habita
culū caute sepeliri. tunēs ne ꝓphēta resurge
ret. si cū corpore caput sepultū esset: qđ post
ea reuelatione B. Joan. duo mōachi inuene
runt saccis cilicinis inuolutū vellib⁹ ((vt est
mos)) quib⁹ in deserto fuerat indutus ꝛ in
hierusalē inter helyam ꝛ abdiā ꝓphās fuit
sepultus. Decollatus est autē Joannes non
eo die quo decollationis eius festiuitas cele
bat: sed circa dies azimoz pasce videlicet.
in anno passionē xp̄i precedēte: cum iaz vno
anno detinuisset in carcere. Oportuit autem vt
ꝓpter dūica sacramenta passionis ꝛ resur
rectionis xp̄i minor. i. Joannes cederet ma
ior. i. xp̄o: ꝛ ab hoc decollatiōis festiuitas fuit
alio tpe fieri instituta. i. eo die quo caput ei⁹
inuentū est siue eleuatū. Unde aut Aug. factū
est Joanni qđ ipse pdixerat. De dño. n. ieſu
xp̄o dixerat. illum oz crescere: me aūt minui.
Iste minutus est in capite ille creuit in cru
ce. sm Greg. Decollatio Joannis mineratio
nem fame illius que xp̄o a populo credebat
ſsinuat. sicut exaltatio saluatoris in cruce pie
tā designabat fidei: qz ꝛ ipse ꝙ pauus a tur
bis ꝓphā esse credebat. dūs pphaꝝ ꝛ dei fi
lius a cūctis fidelib⁹ est agnitus. Unde Joā
nes qđ oportebat minui. cū diurnū lumen
decrescere incepit. natus est dūs autē eo tēpo
re quo dies crescere incepit. Ubi Hiero. Hoc
tanta literā factū sit. nos autē vsq; hodieccr
nimus. in capite Joannis ꝓphē. iudeos xp̄s
qui caput ē ꝓphetaꝝ pdidisse. Et itez. caput
legis qđ est xp̄s de corpore abscindit ꝓpter
deest iudaico populo: ꝛ dat gentili puelle. i.
Romāe ecclesie: ꝛ puella dat matri siue adul
tere. i. synagoge crediture in fine. Corpus Jo
annis sepelit caput in disco collocat. ista hu
mata tegit spūs in altari honorat ac sumit.
Dec hiero. Joānem etiā incarcerat. quando
ei caput. qđ bona que habet de se nō a deo
habere presumit. Cōspice nunc ioannē reue
rēter. qualiter ad tussim vili speculatoris col
lum parat humiliter genua flectit: ꝛ gratias
deo agens ceruicē extendit: ꝛ pacienter ictus
sustinet. quoq; caput totaliter abscindatur.
Sanctus ergo dūi precursor: qui ante faciez
eius baptismū in aqua preparauerat bapti
zando. ꝛ baptismū in lachrymis cōpunctio
nis ꝓdicādo. mō ꝓparat baptismū in sangui
ne passionis inocēdo. Ecce quō vadit Joā
nes amicus intimus dūi ieſu ꝛ ꝓsanguineꝰ.
ac dei maximus secretarius. ꝛ qualiter talis
ꝛ tāt⁹ vir impetrante nequitia. ac si esset vl
timus malefactor occubuit. O impietas
o crudelitas. iustus decollatur. fit caput eius
precium saltationis. in disco affertur: gule
tibus apponitur. magnū quidem sercuium.
sed horribile ad viuendū. Unde Crisso. Ho
die nobis Joānis virtus. herodis seritas cū
refertur. concussa sunt viscera. corda tremue
runt. caligauit visus. hebuit intellectus. auris
git auditus. Et qđ ꝓsat in sensibus huma
nis quando virtutuz magnitudinem operit
criminū magnitudo? Joānes scola virtutuz.
magisterii vite. sanctitatis forma. norma iu
stitie: virginitatis speculū. pudicitie titulus.
castitatis exemplum. penitentie via. peccato
rū venia. fidei disciplina. Joānes maior ho
mine. par angelis. legis summa. euangelij san
ctio. apostolorꝝ vox. silentū prophetaꝝ. lucer
na mundi. ꝑcursor iudicis. xp̄i mediator. te
stis dūi. tertius medius trinitatis. Et hic tan
tus datur incestui. traditur adultere. adijcit
saltatrici. Aperito ergo cōcussa sunt viscera:
corda tremuerūt. Et itez. Deꝰ aūt sustinuit:
ꝛ iusti amplius coronās. ꝛ his ꝙ postea in
iuste patrimī multam derelinquens mitiga
tionē. audiamus igitur gemmaꝝ in virtute ve
nientes. mala patimur a permitiosis hoibus.
eterni deus tunc sustinuit. cū qui in heremo
cum qui in zona pellicea. cuz qui in cilicino
vestimento. cum qui prophetaꝝ prophetarum
maior erat. cum qui nullum maiorem habe
bat. occidi a puella incontinente. ꝛ corrupta
meretrice. ꝛ hoc leges defendentes diuinas.
Dec itaq; cogitantes: feramus vniuersa viri
liter quecunq; patimur. Quis enim nō vtiq;
horresceret sacrū illud caput sanguine stillās
videns in cena proponimus? Si enim nos au
dientes hec horruimus. quid dignum erat
visu illum tunc operari. quid pati eos: qui si
mul recumbebāt. nouiter occisi capitis san
guinem stillantes videntes in medio conui
uij. Sed nō iniquus herodes. neq; abhomi
nabilior eo mulier. neq; sanguinis voratrix
filia passa est aliqđ ob spectaculū istud. Dec
Crisso. Uū ꝛ Grego. Nō sine admiratiōe gra
uissima ꝓpendo ꝙ ille ꝓphetie spūs. intra ma
tris vterum repletus. quo inter natos mulie
rum nemo maior surrexit. ab infigo in carce
rē mittitur. ꝛ ꝓ puelle saltu capite truncat:
ꝙr tāte sanctitatis ꝓ risu turpiū monitur.

Nunqđ nos credimus aliqđ fuisse in eius vi
ta: ꝙ illa sic despecta morte tergeret? Si qñ
ille vel in cibo peccauit: locustas solū mō ꝛ
mel silueſtre edit? Qñ quersationē sua offen
dere potuit. ꝙ de heremo non recessit? Quid
est ꝙ cipotens deꝰ sic vehementer in hoc se
culo despicit. quos sic sublimiter ante secula
elegit. nisi qđ pietati fidelium ps. qñ iccirco sic
eos ꝑmit in infimis. qz videt qđo remuneret
in sūmis. ꝛ sortes vsq; ad despectū deiecit: qz i
tus ad incōprehensibilia pducit. Hinc ergo
vnusq;sq; colligit qđ illic passuri sint qui re
probat si sic cruciat ḣ quos amat. Dec Bre.
Mortuꝰ est igit Joannes pro xp̄o. qz pro ve
ritate. Unde Greg. Neq; enim Baptista Jo
annes de confessione xp̄i. sed de iustitie verita
te regnitus occubuit: si qz xp̄s est veritas. ic
circo vsq; ad mortē pro xp̄o. qz. i. pro verita
te pcuit. Et quo ps. ꝙ non solū pro fide: si
etiam pro veritate iustitie martyr qs efficit.
Uñ dicit Aug. ꝙ cū mors pro veritate iusti
tie suscipit: martyres facit. Unde ꝛ in Eccle
siastico dicitur. Certa vsq; ad mortē pro iu
stitia. Martyrē. n. nō facit pena. si cā. i. mors
ꝑ xp̄m discepta. Ubi nota. ꝙ multis de cau
sis pōt qs martyr fieri. i. pro iustitia: vt abel.
pro lege: vt machabei. pro assertione veritā
tis. vt Isaias ꝛ Hieremias. ꝑ arguitiōe pec
cati vel ēt assertione veritatis. vt Joānes Ba
ptista. pro salute populi: vt xp̄s. pro fide chri
sti vt Stephanus. pro christo. vt innocentes.
pro libertate ecclesie. vt Thomas cātuarien
sis. Et nō solū mors pro veritate ꝛ aliis pdi
ctis causis suscepta. si ēt vera in aduersis pa
tientia martyrē facit. Uñ Greg. duo quippe
martyꝝ genera. vnū in mente. aliud in mem
bre simul ꝛ actiōe. Itaq; sine ferro martyres
esse possumus. si patiētiā veraciter in aīo cu
stodimus. Patiētia aūt vera. sm eūdē Bre.
est iniurias fortiter sustinere ꝛ postea vindi
ctā non q̄rere. sed ex corde ei ꝙ mala irrogat
ignoscere. ꝛ ꝓ tra eum nullo dolore morderi.
Ille enī veraciter patiens est. ꝙ ꝛ ipm amat
quē portat. nā tolerare ꝛ odisse nō est virtuo
sā suetudinis. sed velamentū furoris. Ut ēt
dicit Ber. Uera patiētia est. pati vel agere cō
tra qđ libeat. sed non ꝓter qđ licet. Insuper
sm Crisso. Martyriū non sola sanguinis ef
fusione. sed ꝛ abstinentia peccatorum ꝛ exer
citatione ꝓceptoꝝ dei ꝑficitur. Unde ꝛ Ber.
Semper christiani ꝑsecutionem patiuntur.
Dia que in mūdo sunt ꝑsequuntur xp̄ianū.
Si cor sedero paululum. ꝛ corpusculum meū
fuerit robustū. sanitas corporis mei ꝑsequit
animā meā. Quocūq; me ꝓtero persecutio
nibi est. Si videro mulieres: oculus ꝑsequi
tur me cupit. n. interficere animā meam. Si
videro diuitias. si aurū. si possessiones. si dele
ctas corporales. si pulchra vestimēta q̄cūq;
videro. ꝑsequitur aiam meā. adolescentium
libido ꝑsequitur nō. putemus nōn in effusione
sanguinis esse martyrū xp̄ianis ac religio
sis. Si ergo sunt martyria in pacis tēpore.
sunt ꝛ negatiōes. Ego hodie q videor mōa
chus. si rupero ꝓpositū meū. christū negaui.
Et si in pace xp̄m nego. in ꝑsecutiōe qđ face
rem. hoc ergo dico: qz oi tpe sunt martyria.
q̄nt ꝛ ꝑsecutiones. Dec Ber. Sicut ergo pa
cienter sufferre debemus iniurias ab aliis in
nos delatas. ita ꝛ tribulationes infirmitatuz
ꝛ penas: q̄ nobis eueniunt pacienter sufferre
necesse est. Multis enim calamitatū tempta
tionibus mētes bonoꝝ pulsant: ꝛ multis mo
dis a dyabolo tentāt. Sed nō amplius tem
ptat eos. q̄ dei volūtas pmittit: ꝛ si nolentes
tū vtilitati eoꝝ seruit. qñ eos temptatiōibus
suis nō decipit: sed potius erudit. Temptat
aūt eos aliquando ꝙ stimulos paupertatis: ꝛ
cū ꝙ stimulos paupertatis nō pōt eos mouere.
diuitias adhibet ad seducendū: ꝛ dum p cō
tumelias ꝛ obprobria nō preualet: laudes ꝛ
gloriā adhibet. si per salutē corporis nō pōt.
egritudines mittit: ꝛ dū per delectatiōes se
ducere eos nō pōt: ꝙ molestias que cōtra vo
tū eueniūt eos conat subuertere. Infirmita
tes vero etiā quasdam aduersus eos: qui tē
ptandi sunt adhibet: vt ꝙ eas pusillanimes fa
ciens. cōturbet caritatem eoꝝ quā habent ad
deū. Sed q̄nto cōcitatur corpus ꝛ febribus
validissimis inflāmetur. insup etiam si itol
lerabili contritione affligatur. quisquis es ꝙ
hec sustines recordare futuri seculi penas. ꝛ
eternum ignem ꝛ perpetua tormenta: ꝛ hec
cogitans non deficies ad ea que in presen
ti cōtingunt. Insuper etiam gaude quia vi
tauit te deus. Quem enim diligit deus cor
ripit: ꝛ flagellat omnem filium quem reci
pit. Exulta videns cui similis factus es. nam
Paulo apostolo simile donum accipere me
ruisti. qui dixit. libenter gloriabor in infir
mitatibus meis: vt inhabitet in me virtus
christi. Et rursus. Quādo enim infirmor: tūc
fortior sum ꝛ potens. Si frigore. si febribus
castigaris. memor esto quod scriptura dicit
transiuimus per ignem ꝛ aquā: sed eduxisti
nos in refrigerium. Clama etiaz
est vt inducatis in tribulatione dilatasti me. ꝑ
cūm prophetā in tribulatione dilatasti me. ꝑce
ctus enim eris ꝙ huiusmodi tribulatiōes. Si
forte amittis oculos non feras graviter. ex
tollentes enim instrumentū amisisti: sed in
teriorib⁹ oculis gloriam dei speculari stu
de. Surdus factus es nō cōtristeris: qz au-

dñū ranū amisisti. Dan⁹ tue ex aliqua pas-
sione debilitate sunt: ꝫ interioxo patas ḥeas
aduersus inimici tẽptationes. Infirmitas to
tū corpus tuū tenet: sed interiori hominī sant
tas creuit. Nihil.n. aliud est egritudo corpo
ris: nisi sanitas mentis. Si infirmitas talis tibi
fuerit: vt nō possis stare ad orandū ꝛ psallen
duz. nō ꝓtuleris inde: qa ipsa infirmitas orat
pro te. si ieunas. nō tibi inuentas occasionē.
dicēdo qa granatus in egritudinē incurristi:
qñ ꝛ qui nō ieunāt similes egritudines in-
currūt. Inchoasti aliqd boni. nō renocaris ꝑ
impedimenta inimici qñ ieunia ꝛ labores
nobis cōstituti sunt ꝓpter turpes delectatio-
nes. Nec omnia nobis ꝓficiunt ad destruc-
da corporis desideria. Qua ꝓpter dicat nō
murmurare qui patit. si ignorat cur patit: ꝛ
ꝑ hoc iuste se pati arbitretur: qz ab illo iudica
tur. cuius nūꝯ iudicia iniusta sunt. qui ergo
in flagellis murmurat: iusticiā iudicātis ac-
cusat. qz vero iuste recognoscit a iusto iudice
pati qz sustinet. etiam si causam pro qua pati
tur ignoret ꝑ hoc tam iustificat ꝑ qz seipsum
accusat ꝛ dei iusticiā laudat. Igit̄ pro xp̄o: p
fide: pro veritate: pro iusticia viriliter vsq; ad
mortem certemus ꝛ ad sufferendū pro deo
pacienter aduersa nos quottidie preparem⁹.
Et ideo martyres maxime cōmendant: qa
plura sustinuerūt propter amorem dei tẽpta
tiones ꝓtra humanā volūtatez. Nā Eleazar
dum plagis premeretur: ingemuit ꝛ dixit. Do
mine qui habes scientiā sanctam: manifeste
scis tu: quia cum a morte possem liberari. do
ros corporis sustineo dolore: sm aiam vero
ꝓpter amorē tuū libēter hec patior. In mar
tyrio.n. nō debetur p̄miū sm hoc qz ab exte-
riori iligit: sed sm hoc qz pro xp̄o volūtarie
sustinet: qa non meremur nisi ꝑ ea que sunt
in nobis: ꝛ nō ꝑ ea que sunt extra nos sicut
nec demeremur nisi ꝑ ea que sunt intra nos.
Quāto aūt illud qz quis sustinet volūtarie.
difficilius est volūtati sustinere: tāto volūtas
que ꝓpter xp̄m illud sustinet. ostidit firmius
in xp̄o fixa cē. Et ideo excellēt⁹ ei p̄miū de
bet. ad efficaciam quippe merendi tria va-
let. Primū est difficultas operis qz patet in
martyrio: qa vt ait Greg. maioris meriti est
aduersa pacienter tolerare. qz bonis operib⁹
insudare. Secundum est promptitudo vo-
luntatis: quia sm apostolū. ylarē datorem dili
git deus. Et sm Aug. nemo inuitus bene fa-
cit. etiā si bonū sit: qz facit. Tertiū est magni
tudo caritatis: quia ipsa caritas pondus est
sanctuarij: sm qz omnia que in templo erāt:
pōderabant. Et ideo opus tantū in cōspectu
iudicis ponderat. quantum amor vnde pro
cedit. opa aūt bona meritoria sunt triū. s. vi-
te eterne. augmenti gr̄e. remissionis pene.
Primū. s. substantiale p̄miū vite eterne rn̄-
det radici operis. s. caritati. Premiū vero ac
cidentale. s. augmentū gr̄e. rn̄det generi ope
ris. qz optibus excellētibus ꝛ optibus super-
erogationibus meremur maius augmētum
gratie quā operibus alijs. Remissio aūt pe-
ne rn̄det penalitati opis. nāz opera q̄ magis
sunt penalia magis sunt meritoria ad remissio
nis pene. Est enim regula in theologia. qz pe
na pene est resolutoria. Sāctoz igit̄ pugnā
ꝛ patientiā ante oculos ponamus vt singu-
la nobis aduersa ꝛ contraria faciamus pro
deo libētius. aut patiamur. Ait Brego. La
bores p̄cedentiū sanctoz recolamus. ꝛ non
erūt grauia q̄ toleramus. Ait ꝛ Cris. sanctoz
luctaminā in corde nostro sicut in tabula de
scribamus: ꝛ assidue meditemur cōtra oēm
spūalē inimicoz armaturā: ꝛ eoz patiētias
nobis ꝓponam⁹ ad exēplū inuicte virtutis:
vt illic emulantes fortitudinē illoz. similiter
eoz coronā possim⁹ adipisci. quantā illi pa
tientiā in piculis corporalibus oñderūt. tan
tam nos in passionib⁹ irrationabilib⁹ ꝓtinen
tiā demōstrem⁹. Ira vel auaritiā vel in
anis glorie ꝛcupiscentiā ꝛ huiusmodi diui
no timore munitis sensib⁹ repugnātes. ꝛ cō
similia figmēta diaboli destructes in nobis.
Si.n. cupiditatū ꝛ vitioz huiusmodi ignes
vicerim⁹ sicut illi tyrānidis ignē vicerūt: po
terim⁹ iuxta ipsos pari gloria ꝛsituri similes
hēri. Et item speculū ē spūale bonoz virorum
memoria. ꝛ beate vite ipsoz hystoria ꝛ scri-
pturaz lectio. ꝛ q̄ a deo date sunt leges: ꝛ si
volueris semel solū ispicere ad sanctoz illo-
rū imagines ꝛ turpitudinē videbis mentis
tue. ꝛ videbis nullo idigebis alio i liberationē
sordis huius. Etenim in hoc vtile est nobis
speculū. ꝛ facilē facit trāspositionē. Nec⁊ cui
monstrat deformitatē solū. sz trāsponit eam
ad pulchritudinē ineffabilē si voluerimus.
Nec Cris. Ait ꝛ Aug. Ihesū aio attēde.
Attēde apostolos. attēde aiotot martyrū mi
lia. Ibi videbis non solū viros sz ꝛ femineas
postremo pueros. ꝛ puellas nec imprudētia
decipi. nec inigitate puerti. nec piculā timore
frangi. nec seculi amore corūpi. Ita te nō in
uenientē qd excuses. nō solū p̄ceptoz incon-
tabilis rectitudo. sed ꝛ exemploz innumera-
bilis multitudo circūdabit. Nec Augu. Sed
ve nobis miserio. q nec flectimur p̄ceptis:
nec mouemur exēplis. Ut enim ait Brego.
Nos plerūq; a bono opere verba reuocant
sanctos viros a sancta intētione frāgere. nec
tormenta potuerunt nos ad precepta dñica

largiri. nostra saltē supflua nolumus. sancti
nō solū deo suā substātiā ꝓtulerūt. sz ꝓ illo
ꝛ ꝓpriā carnē dederūt. Nec Brego. Et ma-
gna qdē alacritate hoc multi fecerūt. ꝛ illaz
horam antēq; ad nuptias inuitati expectare
rūt. Unde Isaac abbas syrie. Dicit de mul-
tis martyribus. qz in die qua p̄stolabant co-
ronā p̄cipere martyri. si p̄sciebant hoc est ex
reuelatione vel aut aliquo amico suo. in illa
nocte aliqd nō gustabant. sed a sero vsq; ad
mane stabant vigilantes in oratione. glorifi
cantes deū in psalmis ꝛ hymnis ꝛ canticis
spūalibus: ꝛ in leticia ꝛ exultatione sperabāt
horā illā. sicut illi q sunt ad nuptias prepara
ti. p̄stolātes occurrere gladio in ieunio suo.
Nos quoq; qui ad inuisibile martyriū voca
ti sumus ad recipiendas sanctificationis co
ronas vigilemus. nec in aliqua parte nega-
tionis signum nostris inimicis exhibeam⁹.
Nec Isaac. Uides ergo: qz sm doctorum cō
silium. debemus labores ꝛ agones sanctorū
nobis ante oculos ponere in exemplus. Ue
ergo illis qui gesta sanctorum tanq; apocri
fa exufflantes. non solum lege nolunt. sz quā
tuz in ipsis est. nec inter alios legi permittūt.
Et ideo tanq; illegitimi a sanctis patribus i
religione xp̄iana degenerantes. sortem here
ditatis inter filios dei non merent̄. nec meri
ta sanctoz: q ꝑ deo passi sunt eis suffragant.
Contra quos pulchre ꝛ cōgrue in quodam
plogo passiōis. b. Anastasie sic dicitur. Oia
que a sanctis gesta sunt vel gerunt. siqs vo-
luerit studiose perquirere. ꝛ sibi ꝛ plurimis
edificatōis exhibet fructū. ꝛ q̄si arbor fructi
fera nō sine cā ꝓhat terra occupare dum vi
uit. cū ipse suis pomis ornat̄ ꝛ eis q ex eo fru
ctus p̄cipit saginat. Scribimus vt in gestis
inuenimus. qd egerint. qd locuti. quid passi
sint sancti. Ostenditis vos esse catholicos.
q xp̄i victorias libēter legitis. libēter audi-
tis. Interrogo vos. q ista iter apocriphas lite-
ras exufflandas censetis. ꝑ quos stat canon
scripturaz oium diuinaz. Nunqd nō ꝑ eos
q ꝓ ipso canone occidi magis optauere q̄s
vinci. Quid.n. tenuerūt martyres. Fidē cer
tam: q̄ sacris voluminib⁹ certo librorum nume
ro ꝓtinet. Agūt illis gratias apices sacratissi
mi. qz ꝑ eoz p̄seuerantiā p̄seuerāt. Et ideo vo
lunt eoz gesta ꝓscribi. vt in ꝓspectu dei ꝛ ho
minū semp sancti laudent. q in ꝓspectu ire
doloz ꝑ eoz defensiōe tormēta sinania pti
lerūt. Nihil ergo p̄ter scripturas canonicas
recipientes eoz gesta studiose cōscribimus.
ostendentes dogma catholicum ꝑ catholicos
martyres custoditum. exemplū posteris da
mus. edificationem credentibus tradimus.
artē hely xp̄i militibus demonstramus. con
fiat eos qdā nolle pugnare. si necesse fit qui
nolūt legere pugnatores. Imperent silentiū
infideles spectent pugiles diabolicos. q arbi-
tas dūt spectare ꝓtenunt. Nos diuinas virtu
tes loquimur scribimus. p̄dicamus. Prohibe
ant empti. iperēt silentiū timidi. verberet cō
tenentes legentes increpent. libenter hec au
dientes accusent. gloriosos factū milites vul
nera pro iperatoris laude suscepta. pro cui⁹
amore etiam animas ponere libenter opta-
mus. Triūphū christi ac victoriam laboriosi
exercitus. de occultis foras proferimus. Sed
nusquam que illi visibiliter passi sunt. inui
sibiliter nobis excitari quottidie ꝛ negligen
ter pugnantes acrius vulnerari. Ergo vt ar
ma pertractes attende bellantes. da mentez
studijs. vt hostis icipiat te timere. Nec vt su
pra. Uides ergo ipū ḡens sanctoz detractor
ꝛ christiane religionis ipugnator. qz sm hec
dicta tanq; arbor infructuosa terram occu-
pas. dum vinis ꝛ non te catholicum. sed infi
delem esse ostendis. Ideoq; timere habes ne
merito excidaris. ꝛ in ignez mittaris. ac par
tem cum infidelibus consequaris. Da ergo
miser gloriam sanctis vt cum eis partem ha
bere merearis. Oratio.

Beate precursor ꝛ alme Baptista:
O ꝛ magne amice christi Joānes. lu-
cerna lucens ꝛ ardens. ora pro me
misero ad deū patrem misericordiaz. vt cor
meū tenebrosum ꝛ frigidū illuminet ꝛ accē
dat: ꝛ ita vt te imitando. pro christo. pro fi-
de. ꝑ veritate. ꝑ iustitia patienter aduersa su
stineam. ꝛ viriliter etiam vsq; ad mortem cer
tare non timeam: vt post hanc fragilem vi-
tam tuis meritis ꝛ precibus intercedentib⁹.
feliciter peruenire valeam ad regales nup-
tias imaculati agni. quem in almo tuo digno
populo ostenditi. Amen.

¶ De refectione quinq; milliū hominū.
Capitulum. lxvij.

((Um aūt audisset Ihesus)) nece Jo
C nis ꝓp doctrinā veritatis. assump-
tis discipulis ((ascēdit in nauiculam ꝛ
abijt trāo mare galilee)) in montē ē ((deserti
locū seorsuz)) deuotiōi ꝛ doctrine aptū iuxta
tyberiadē ciuitatē galilee: ꝛ ibi sedebat cum
discipulis suis ꝛ vocabat eos. Ut dicit Cri-
so. Ascendit in montē crudelēnos a tumul
tibus: ꝛ ab ea q̄ est in mūdo turbatiōe gesti
tibus: ꝛ ab ea q̄ est in mūdo turbatiōe gesti
re. Secessit aūt ihs ꝛ declinauit herodis ty-
rannidem. non timens mortē: sed qz nondum
venerat hora sue passionis. ꝛ vt pareret in
uenerat hora sue passionis. ꝛ vt pareret in
micis ne homicidiū domini tangeret homi
cidio Joannis ꝛ vt ostenderet ꝑ aliquando

eum expellit vt cōinhabitet. Domus aūt ista tria ḥz solaria: vnū superius. s. spiritū. aliud inferius. s. corpus. tertiū mediū. s. aiam. Dē in superiori solario. s. spū habitat qñ ipse spūs ꝓemplationi vacat habitat i solario medio s. in aia. qñ ipsa intendit interne meditationi. inhabitat in solario inferiori. s. in corpore qñ ipm corpus exercitat ⁊ intendit mortificationi. Scḋm beneficiū est. q: deus peccatori linguā aperit deus dedit homini linguam ad tria. s. vt deū laudet. vt primū edificet. vt in confessione coram deo se reprehendat ⁊ accuset. Peccator aūt q: lingua sua ad ista tria non vtitur ideo recte mutus dicitur. Cū ergo deum incipit laudare. ⁊ primus edificare ⁊ se accusare: tūc loquit ⁊ lingua ad debita officio vtitur. Tertium beneficium est. qñ deus peccatori lumen restituit. Signū aūt q ipse sit luminatus. est qñ videt ante ⁊ retro a dextris ⁊ sinistris. Ille ḥz oculos retro q ꝓsiderat ⁊ cogitat peccata q fecit. q̄ multa. q̄ turpia. quam grauia. ⁊ inde ḥz dolorem. Ille ḥz oculos ante se. qui videt ⁊ cogitat de iudicio dei futuro. ⁊ inde ḥz timorez. Ille ḥz oculos a dextris qui videt ⁊ cogitat. mūdi ꝓspera q̄ sint caduca ⁊ vana: ⁊ ad ea non alliciturꝑ amorem: sed resilit ꝑ asperationez. Ille ḥz oculos a sinistris. qui videt mūdi aduersa q̄ sint breuia ⁊ vilia. ⁊ ideo in eis non frangit ꝑ impatientiā. Quartum beneficium est qñ deus peccatori auditum restituit. Est. n. peccator surdus q: non audit deū ammonentē. nec deū benefaciētē nec deū inspirantem: nec deū cōminātē. tūc aūt surdus auditū recipit qñ deū in ḥmōi audit. ((Et stupebāt turbe)) s. simplices diuina virtutē in xp̄o admirātes et dicebāt. ((Numquid iste est filius dauid.)) Quasi dicerent. sic q: hic est xp̄s nobis ꝓmissus de semine dauid. Moraliter dicitur demoniū in ꝓfessione. loquit ꝙ prius erat mutus. in ꝓfessione admirant turbe in satisfactione. s. qñ vident bene operari q̄ nō solebat nisi multū facere. Scribe aūt ⁊ pharisei. s. litterati: ⁊ maiores inuidie nequitia plent audientes turbas. s. ipm confitentes esse xp̄m ꝓpter euidentiā facti: dixerunt in corde ⁊ cogitatione. ((In beelzebub principe demoniorū eicit demonia)) ⁊ sic i spīm sanctū blasphemabāt. q: spūisancto. cuius opus est demones eicere ⁊ sanitates ꝓficere contumeliā inferebāt. Quis enim factū mirabile negare nō poterant. ideo modus faciendi calūniabantur: ⁊ sic factū infamare conabantur: dicentes iesum xp̄m aliquē demonē superiorē sibi ēt familiarē ⁊ priuatī eicere demones inferiores de corporibus obsessorum. Nam (vt ait Crisō.) Inuidia non querit qđ dicatt sed solum vt dicat. Sic ⁊ hodie multi cum nō possunt aliorū verba vel facta directe reprehendere conatur intentionē ⁊ modū eorū infamare. Ubi Beda. Turbis aūt̄ nimis erudite videbantur dñi facta mirantibus. scribe ⁊ pharisei vel negare vel similtra interpretatione quertere laborabant quasi non diuinitatis: sed immūdi spūs opera fuissent. Sm eundē Bedā noia idolorū a bello habuerunt originē. Ninus. n. rex ꝓditor vel potius reparator ninive. belo patri suo. q fuit primus rex assiriorū statuā post mortem eius consecrauit. ad quā confugientes q forfecerant veniā merebant. Unde ipsam statuā ceperūt venerari: ⁊ tandem instigante diabolo diuini honores sunt ipsi statue attributi. ⁊ incepit cultus idolatrie. Cultus simulacri consuetudinē cal dei dano dei suscipientes vocauerunt beel. palestini. baal: moabite beelphegor. Sm diuersitatem linguarū iudei aūt vnius dei cultores in derisionē gentiliū beelzebub appellabant q̄ sonat vir seu princeps muscarū. ꝓp multitudinem muscarū q̄ in templo ei⁹ erāt. ꝓp sordes immolati sanguinis quē musce seq solebant. in hoc simulacro dicebant iudei ꝑncipem demoniorū habitare. tuz q: in eo fuit principiū idolatrie. tum q: nullum idolum in ueniebatur illo efficacius. tum q: cultus ei⁹ erat generalis apud oēs gentes. Licet enim q̄libet natio ḥz alios deos spāles. hūc tñ tanq̄ vniuersalem deum venerabant oēs. Itaq̄ in virtute principis demoniorū. q in hoc idolo habitabat pharisei dñm facere miracula dicebant. Un Remig. Beelzebub aūt ipse est beel ⁊ baal. ⁊ beelphegor Bel fuit pater nyni regis assiriorū: baal dictus est. q: in excelso colebatur. beelphegor a loco. i. mōte phegal zebub seruus fuit abimelech filij zedeonis q occisis septuaginta fratribus edificauit templum baal. ⁊ constituit eum sacerdotem in ipso ad abigendas muscas q̄ ibi cōgregabātur ꝓp niminum cruorez victimarū: zebub nā q̄ musca dicitur. Beelzebub ergo vir muscarum interp̄atur. vnde ꝓp spurcissimū ritum colendi. dicebant eum esse principem demoniorū. Nihil ergo sordidius inuenire: es q domino obicerent dicebant eum in beelzebub eicere demonia. Nec Remig. Hoc autez totū ex inuidia faciebāt de qua hic dicit Crisō. Tale quid est emulatio qua non vtiq̄ erit malitia alia deterior. Sicut. n. porcus gurgite. ⁊ demones iactura nostra ita ⁊ emulator proximi letatur malo. ⁊ quēadmodum scarabei nutriuntur stercore ita ⁊ hic alionum infortunijs. ḥ Crisō. Ubi notandus q̄ demoneo habent sua officia valde ordinata i malum. Est enim vnus demon q̄ preest superbie. ⁊ vocatur luciser ⁊ iste multos ḥz satellites. qui sibi assant ⁊ multos subiectos q̄bus ꝑnicipatur. s. oēs superbos. Unde Job. Ipse ē rex super oēs filios superbie. Et hic expellitur ꝑ verā humilitatez cordis. Alius qui preest luxurie: ⁊ iste vocatur asmodeus: de quo dicit in thobia q̄ interfecit septem viros sare: iste enim odit legitimum matrimoniū. ⁊ ideo per hunc modus volebat trahere hanc puellam ad fornicationis vitium. Et iste demon multos ḥz satellites qui sibi assistunt: ⁊ multos habet subiectos. s. omnes luxuriosos. ⁊ hic expellitur per ieiunium ⁊ mortificationem corporis. Tertius est qui preest auaritie ⁊ vocatur māmona. vnde dicitur in Matheo. Non potestis seruire deo ⁊ māmone: ⁊ iste multos habet satellites. qui eum iuuant. ⁊ multos subditos super quos regnat. s. sup omnes auaros. Et hic expellitur per temporalium abiectionez que fit aut totaliter sicut faciunt perfecti. q̄ omnia dimittunt aut particularitez sicut faciunt qui de sua habundātia pauperibus largiuntur. Quartus est qui preest imundis cogitationibus: ⁊ rancorib⁹: ⁊ inuidijs: ⁊ malis affectionibus: ⁊ vocatur beelzebub. idest vir muscarum. imittit enim muscas. i. cogitationes imundas. odia ⁊ voluntates malas. q̄ dicunt musce. q: ad aiam cito volant ⁊ ipsam cōmaculant. Iste autez demon multos ḥz satellites qui eū adiuuant ⁊ multos subditos quibus preest ⁊ expellit per confessionem ⁊ sacerdotalem absolutionem. ((Jesus autem videns cogitationes eorum)) probat pluribus rationibus q̄ non in beelzebub sed in digito ⁊ spiritu dei eicit demonia. ⁊ q̄ miracula q̄ faciebat nō poterāt attribui spiritui maligno: ḥz oportebat ea attribui spiritui diuino. cōparatur aūt spiritus sanctus digito propter tria. Primo propter processionem. q: sicut manus ⁊ brachium ꝑcedunt de substantia corporis. ⁊ digitus de manu ⁊ brachio ⁊ ēt a corpore ita filius a patre. ⁊ spiritussanctus a patre. ⁊ filio. Secundo propter partionez q: sicut in digito sunt plures articuli distincti ita diuersa ⁊ distincta sunt dona spūssancti. Tertio ꝓp operationem. q: sicut manus ⁊ brachiū operatur per digitos sic filius per spiritumsanctum. filius autem manus ⁊ brachium patris dicitus est: quia effecta per eum operatur. Ad cogitationes vero eorum respondit: ⁊ in hoc deitatez suā ostendit: q: solus deus cogitationes scit vt vel sic compellerentur credere in eū. qui cordis occulta videbat. Nam sm Crisostomum eorū suspitio irrationalis esset nisi malitia diuino nō audebāt ēt diuulgare: proba: ergo primo ratione talī: q: si per demonē aliquez eiciebat alios segtur q̄d diuiso esset inter eos ⁊ sic nō posset diu stare potestas diaboli ⁊ ex hoc sequit aduentus xp̄i per quē potestas demonis debebat auferri. Unde dicit. ((Omne regnū in se ⁊ cōtra se diuisum)) vtpote ꝑ discordias principū ꝓtra se alternatim pugnantium desolabitur: ⁊ dissipabitur: ⁊ oīs ciuitas vel domus diuisa cōtra se ꝑ contrarias voluntates ⁊ opationes nō stabit sed dissoluet: nā secundū Hiero. cōcordia parue res crescunt discordia maxime diabātur. Judicationem facit in tribus. in regno in ciuitate. in domo secundū triplicē vnitatē. sub qua viuūt homines Aliqui. n. viuūt tantū sub vna lege vel iure: ⁊ hi per regnū alij sub vno victu ⁊ societate ⁊ hi per domū. Itē a regno. ciuitate ⁊ domo sumit exēplū. i. a magnis: mediocribus ⁊ paruis vt ꝑ hoc rōnem suā ostendat. sortiorem ⁊ sufficientē. Un Crisō. Nihil. n. est in terra regno potentius: sed tñ ꝑ altricationem perit. Quid aūt dicendū de ciuitate vel de domo. Siue magnū sine parū fuerit. contra seipsū pugnans perit. hec Crisō. Sed ū sathanas ꝑme ⁊ ad meā imperiuz expellit ⁊ eicit sathanam: demoniū regnū diuisum est contra se ⁊ discors sibi: q: cōtra se pugnāt ⁊ ergo regnū ⁊ potestas malitie ipsorū stare non pōt ⁊ ita finis mūdi erit. q: vigz ad finē mūdi stabunt hec ad tēptandū nos. Regnū ēni sathane ea in malis hoibus quos sibi subditos tenet qđ ante finē mūdi non cessabit. tū ꝓpter diuine iusticie ordinationē ⁊ hoc ad hoīz exercitationem. tū ꝓpter ꝓphetarū nondū impletionem. Un Crisō. Quasi diceret. Regnū ꝓtra se intestino bello diuisum necesse est desolari qđ in domo ⁊ in ciuitate videtur. Quo circa ⁊ si sathane regnū in seipsum diuisum est ita q̄ sathanas ab hoibus sathanam repellat de solactoregni demonum appropinquauit. regnū aūt eorū in hoc est q̄ homines subditos tenent. si igitur ab hominibus pelluntur hoc non est aliud q̄ regnū eorū dissolui. Si aūt adhuc in hoibus potestatem tenent manifestū est q̄ regnū nīaligni adhuc stat: ⁊ non est contra se ipsum diuisum. hec Crisō. Moraliter regnum diuisum est anima hois mali cuius sensualitas rebellat rationi: ⁊ hoc regnū desolatur. q: xp̄s qui est veritas inde recedit ⁊ diabolus ingreditur. Item per regnum in se diuisum, signatur omnis congregatio: ea rens concordia ⁊ pace in qua sunt duo sathane: quorum quilibet nititur suam partez amꝑliare. vt sic possit alteri parti prevalere: ⁊ ita

tis gregatio desolabitur: & concordia dissipabitur: q̄ si sint a se diuisi p contrarietatē effectū non pōt durare: sed deficit domus & cōgregatio eoꝝ. Sed heu vix inueniuntur aliq̄ homines qui tantā concordiā hñt in bono: quantum mali spūs in malo cū. n. sint infiniti & innumerabiles cōcōrdant. q̄ nihil nisi malū facere desiderāt. Et vtinā sic homines in bono concordarent & ad factēdū bonū se mutuo iuuarent. Deinde ꝓbat idē hoc ratione quę talis ē. Euidēs potestatis est ejectio dēmonum p me & per filios vros. sed illi secundū vos nō eiciunt demonia in principe demoniorū ergo nec ego. Vñ dicit. (Et si ego in beelzebub) .i. auctoritate principis demoniorū eicio demonia a corporibus obsessis filij vri. i. exorcistę fm Bedā & rabanū. vel apostoli de eis nati fm Aug. & Hiero. in quo. i. (in qua potestate eiciunt.) Quasi diceret. Cū nō possitis attribuere ejectionē p filios vestros factā nisi virtuti diuine q̄ sequens nec ejectionem factā p me. (Ideo ipsi iudices vestri erunt. s. exorcistę vos condēnantes demendatio q̄ dicitis contra me. q: si in virtute dei eiciunt. multo plus & ego cuius oppositū mendaciter affirmatis hoc demoni attribuendo. Vel apostoli de corpitirpe geniti. q̄ sibi bñ conscij sūt nil male artis a xp̄o didicisse. erūt iudices eorum i futuro. i. assessione & approbatione iudicij. q: sedebunt in duodecim solijs iudicantes duodecim tribus israel. Deinde elisa falsitate phariseoꝝ astruit veritatē. q: ex quo non eicit virtute dei. cū aliud medium non possit dari. Dicit ergo. (Si. i. q: in digito & spiritu dei eicio demonia.) & sic expello regnū diaboli vt conclusum est rex ꝑductus & expulsio vni⁹ contrarij est introductio alterius (profecto peruenit in vos regnū dei) .i. ego xp̄s qui deus deus hoc regnare i vobis. quare ergo me blasphematis. Vel regnū dei. i. tp̄s gratie ad merendum regnū glorie. q̄ vobis offert dum per verba veritatis & miracula ptātis predicatur vel quentin vos regnū dei. i. aduius regni ceptę patefactus ē vobis & credentibus. Prouide cōsequenter ꝓbat xp̄s multipliciter. q̄ ipse non est minister diabolī. & prima rō est talis. Minister nō est potentior actori. sz xp̄s est potentior diabolo. ergo xp̄s non est minister diaboli. Hoc at ostendit sic. Non. n. q̄s potest intrare in domū fortis. domū suam custodientis & bona eius deripe. nisi pri⁹ fortē alligauerit fortē: & tūc eo victo. domū & vasa. arma. & spolia illius diripiet. auferet & distribuet. diabolus fortis ē fortitudine naturalium bonoꝝ. de quo scribitur in Job q̄

non est potestas sup terrā que ei cōparetur. Arma eius sunt astucie & doli nequitiaꝝ spiritualium & oēs species peccatoꝝ. Domus & atrium eius est mundus in quo principabat vsq̄ ad saluatoris aduentū. Bona & spolia ei⁹ sunt homines obsessi. vel decepti a diabolo. Quo cū hodie atrium suum. in quo sicut in domo habitabat. i. pace fuerūt oīa sua. q̄ nemo sibi resistebat, & adhuc i pace sūt ad eum oīa que possidet. i. oēs peccatores qui ei obediūt: & fauent: q: fm Greg. illos pulsare negligit. quos quieto iure possidere se sentit. Sed fortior eo .i. xp̄s superueniens. i. desup de celo veniens dicit eū temptationibus eius viriliter resistendo. & passionē ab eo ꝑcuratā patienter sustinenda. eoꝝ in infernū religato: & sub pedē domini cōtrito. vulnera eius a. i. malicias versutias nequitie spūalis. in quib⁹ confidebat: abstulit eas cōpescendo. & destruendo & vasa eius diripuit. i. peccatores diabolo subiugatos. a potestate ei⁹ eripuit: & spolia eius distribuit. i. peccatores pri⁹ a diabolo captos diuersis officijs ecclesiasticis assignauit. quia quosdā apostolos. alios euangelistas hos ꝓphetas illos pastores & doctores ordinauit. fz Bedam. distribuit spolia in regno ecclesie tā militantis quā triumphātis. i. diuersis dignitatibus & pīijs. Et q: xp̄s ista fecit: sequitur q̄ potentior est demonibus: & ideo non ē minister eorum nec virtute eorum egens ad eiciendum. Ex quo etiam concluditur q̄ ipse sit vere christus. q: in aduentu christi potestas demonis erit diminuenda & arcenda. Nō ergo debemus esse securi. quia aduersarius noster fortis victorijsq̄ vocibus comprobatur nec debemus desperare quia princeps noster fortior illo non dubitatur. Vnde Chrisо. Non debet hostem timere fortem qui hꝫ principem fortiorem. Sed vigilemus & laboremus: ne fiducia principis fortioris contemnamus aduersarium nostrum. Nam si contendimus contra eum: fortiores illo sumus. si autem negligimus: ille fortior inuenitur. Fortem enim diabolum nostra negligentia facit non illius potentia hec Chrisostomus. Vnde & Gregorius diabolus cum ei resistitur: est debilis sicut formica. cum vero eius suggestio recipitur est fortis vt leo. Et Hiero. temptamenta si ad te respicias: grandia sunt. si ad deum bellatorem fortissimus ludus & vmbra sunt. Deinde ponit secundam rationem. que talis est. minister & actor concordant in voluntate: sed christus & diabolus habent contrarias voluntates: ergo xp̄s non est minister diaboli. Et hoc est quod dicit. ((Qui non est mecum)) in bono conuenies nec voluntatem

th contra seu (aduersum me est)) & huiusmodi est diabolus quia xp̄o vult animas saluare sed diabolus vult eas perdere xp̄o vult hominem a peccatis retrahere & ad virtutes reuocare: diabolus ad peccata trahere. & per vitia detrahere. Unde Hiero. diabolus qui cū domino non est contra ipsum est. quia ille vult animas tenere captiuas: quas xp̄o liberare desiderat. Deinde ad idem ponitur tertia ratio talis. Eadē sunt opera actoris & ministri sed non eadem xp̄i & diaboli ergo xp̄s non est in operando eius minister. Et hoc est q̄ dicit. ((Et qui non congregat seu colligit mecum)) .s. in fidei vnitatem in ecclesie sinum in oliue supernum: spargit siue dispergit. sicut lupus & hic est diabolus: qui diuersas secretas & hereses ac scismata. quantus potest introducit. diuersa enim sunt opera xp̄i & diaboli. quia xp̄s colligit diuersa. sed diabolus dispergit colligata: Ille predicat idola. hic vnius dei noticiam ille trahit ad malum hic reuocat ad bonum. Hic ergo & alijs modis diabolus est contrarius xp̄o & non est secū per concordiā in voluntate & facto. ideo non est secum nec cooperatur sibi in eiciendo demones & expellendo. Unde Chrisо. Qui igitur nō mecum est neq̄ mecū cōgregat nō erit mihi cooperator vt mecū demones deiciat. sed magis que mea sunt spargere desiderat. Deinde post institutionem veritatis subdit cōminationes damnationis q: enim⁹ eos induratos sermonibus insuasibiles videt ad cōminationes: terrores se conuertit & blasphemiā spiritussancti. per quē peccabāt dicentes opus spiritussancti in beelzebub fieri dicat. omnino carere vēia in hoc seculo & in futuro intellige tamē nisi penitēāt de peccato. Unde Chrisо. Qui dominus phariseis excusando respondebat. taz eos terret est enim hec correctionis non parua pars non solum excusando respondere. sed & comminari. Dicit ergo. quia nō vultis acquiescere rationibus nec operibus. immo blasphematis. ideo dico vobis veraciter & pro certo. q̄ oē peccatum & blasphemia. i. procedens ex humana infirmitate vel ignorantia remittetur hominibus per penitentiam. i. remissibile peccatum est de se. quia non obuiat directe principio. per q̄ fit peccatorum remissio sicut obuiat peccatum in spiritum sanctum. cuius sex sunt species. s. desperatio presumptio. obstinatio. finalis impenitentia. inuidentia fraterne gratie. impugnatio veritatis agnite. Unde subditur. Spiritus autem blasphemie nō remittetur. id est difficile & vix remittetur: q: vix aut nunquam tales penitent. & hoc peccatum non hꝫ aliquam excusationem ra

tionem. Ex hoc patet differentiam inter peccatum blasphemiam. & spiritum blasphemie quia duo prima sunt remissibilia tertium nō peccatum in se vel in alterum blasphemia in deum que si est ex ignorantia vel infirmitate dicitur simpliciter blasphemia: si est ex certa malitia dicitur spiritus blasphemie. Unde blasphemia erat in turbis: sed spiritus blasphemie in phariseis. qui scientes scripturas ex inuidia impugnabant opera christi. & ex certa malicia blasphemabant deum dicentes falsa de ipso. quando miracula diuinitus facta attribuebant dyabolo q̄ erat impugnatio veritatis agnite quedam species peccati in spiritum sanctum. Blasphemia quippe est per quam de deo falsa dicuntur. sed secundū Augustinum. Raro iam inueniuntur qui blasphemant lingua: sed multi vita. Quidam autem blasphemant ex coactione & hi peccāt in patrem per infirmitatem. que est contraria patris potentie quidā ex deceptione. & hi peccant in filium per ignorantiam que contrariatur filij sapientie. quidam ex studio & hi peccant in spiritum sanctum per malitiaz que est contraria bonitati spiritussancti. Primum & secundum dimittentur digne petentibus: q: ex aliqua circumstantia & remissione dignum est scilicet. q: per infirmitatez vel ignorantiam commissum est. que peccatum attenuant. sed tertium non remittetur. i. remissione dignum non erit. q: circumstantiaz excusantem non habet. Inexcusabiliter. n. meretur supplitium: qui si voluisset potuit vitare peccatum. Unde Ber. Potentia ad patrē sapientia ad filiū. caritas pertinet ad spūmscūm Hoc est quod alibi dicitur. peccare in patrez peccare in filiū. peccare in spūmsanctū. Quando. n. ex fragilitate peccamus. in patrem quasi contra potentiam peccamus. quando ex ignorantia peccamus in filiū quasi contra sapientiam peccamus: quando vero ex malignitate peccamus in spiritūmsanctū peccam⁹ quasi contra dilectionē. Et ideo peccare in patrē & filium hic siue in futuro remittitur. quia q̄ ex fragilitate vel ignorantia peccat. sicut aliquam excusationē hꝫ in culpa. ita etiam aliquā remissionē habere dz in pena. siue i hoc seculo si penituerit vt facilius consequat indulgentiā siue in futuro. si i malo pseuerauerit vt tollerabiliorē sentiat penā. Qui vero ex malitia peccant: eoꝝ delictū nullā excusatōez hꝫ & iō pena eoꝝ remissionē hñe nō dz. q: si penituerint in hoc seculo: plena satisfactione mulctādi sūt. si nō penituerint plena dānande i futuro seculo: nō q: penitēti⁹ venia denegetur: sed q: plēa pēa retributio debeatur.

hec Ber. Spiritus ergo blasphemie non remittetur hoi nō q̄ ei negetur remissio si peniteat. Sed q̄ hic blasphemus. exigentibus malis meritis. sicut nunq̄ ad remissionē ita ad penitentiā pertinaxus est. Unde aīt Johannes ē peccatū ad mortē nō pro illo dico vt roget q̄ fm Greg. Peccatū ad mortē est peccati vicij ad mortem. pro quo nō est rogandū. q̄ scilicet peccatū q̄ hic non corrigitur eius venia frustra postulatur. Peccatū ergo in spiritū sanctū est obstinatio vel pinacia mentis i nequitia obdurate pcedens ex p̄sumptione vel desperatiōe Qui.n. presumit de misericordia dei. promittens sibi ipoenitentiā. putando ita deū peccata impunita relinquere eo ipso obstinatur. Ipertinaciter in peccato obdurat. peccata peccatis inp addēs: & ita peccat contra iusticiā spūssancti. qui ita misericors ē iniusticia. q̄ est & iustus i misericordia: qui cleū habet cū vult & vicueršā. Qui aūt pp magnitudinem sceleris desperat de misericordia. tanq̄ magnitudo peccati sui excedat magnitudinē misericordie dei inde obstinat. peccata peccatis supaddens de peccato in peccatū effrenata libertate mens quouisq̄ ad cumulū damnationis veniat. Sed q̄uis tota ēt trinitas peccata remittat. hoīi tamen peccatum ideo specialiter attribuit spiritui sancto: quia spūssanctus amor est patris & filij & benignitas vtroq̄. Qui ēt desperat vel p̄sumit: p̄liter facit illa iniuriā cuius benignitati attribuitur remissio peccatoꝝ. q̄ putat eū inmisericordem vel iniustum. q̄ sicut ex misericordia peccata remittit: ita ex iusticia ea ipunita nō relinquit. Male ergo de iusticia vel misericordia spūssancti sentit. qui desp̄at vel p̄sumit. Sicut ergo morbus incurabilis dicitur. qui directe tollit remedia. p q̄ expellitur morbus & curatur: vt cū tollit virtutes nature vel virtū naturaliū deus nī qui est super oia pōt curare eū. sic peccatū in spūmsanctū contemnit & excludit illa p̄ que peccatū debet curari & vitari vt scilicet diuine iusticie. & spēs venie & hoīs. & sic ex sui natura dicitur irremissibile. deus nī sua benignitate oē peccatum penitentibus remittit. Unde dicit irremissibile quasi de difficili & vix remissibile. de hac materia sic dicit Aug. dico caritati vestre: forte i omnibus sanctis scripturis nulla maior questio nulla difficilior inuenitur. in eo quod ait habebit remissionem in eternū nō quicūq̄ blasphemauerit in spiritum sanctum nō inō blasphemauerit reus erit huius remissibilis delicti sed modo quodā quem nos quere & intelligere voluit qui hanc sententiam veram terribilemq̄ deprompsit. In spiritu enim sancto quo in vnum dei populus cōgregatur eicitur spiritus imundus qui in se ipsum diuisus dicitur. Contra hoc donū gratuitum contra istam dei gratiaꝝ loquitur cor impenitens Ipsa ergo impenitentia est spūs blasphemie. que non remittetur. neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. Contra spiritū enī sanctū. quo baptizātur. quoꝝ peccata cēa dimittunt & quam accepit ecclesia vt cui dimiserit peccata dimittant ei. verbū valde malū & nimis impiū. siue cogitatione siue etiā lingua sua dicat quē patientia dei cū ad penitentiaꝝ adducat ipse fm durtiā cordis sui & cor impenitens thesaurizat sibi iram in die ire & revelationis iusti iudicij dei. qui reddet vnicuiq̄ secundū opera eius. hec per omnino in penitentiā non habet remissionē neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro: q̄ penitētia impetrat remissionez in hoc seculo. que valet futuro. sed ista impenitentia. vel cor impenitēs. quādiu quisq̄ in hac vita vivit. non pōt iudicari. de nullo. n. desperandū est. quam diu patientia dei ad penitentiā adducit nec de hac vita rapit impiū. qui non vult mortē impij. q̄tus vt conuertatur: & viuat. Ideo autez oē p̄ccatum & blasphemia remittetur hominibus q̄ vbi hoc peccatum non fuerit cordis impenitentis contra spiritum sanctuz quo in ecclesia peccata solumtur. cuncta alia dimittuntur. Quomodo autem hoc dimittetur q̄ etiam remissionem impedit aliorū oia ergo dimittuntur eis in quibus hoc non est q̄ nō nunq̄ dimittetur. In quibus aūt est: quousq̄ hoc nunq̄ dimittitur. nec alia dimittunt. q̄ oium remissio vinculo istius impedit. Ideo peccatū oē atq̄ omnis blasphemia dimittet hoibus in hac congregatione qui in spiritu sancto & non aduersum seipsum diuisio congregat xp̄s. Ipsius autē spiritus illa blasphemia. qua fit vt corde impenitenti huic tanto dono dei. vsq̄ in finē vite istius resistatur nō remittetur. Unū ergo refugiū est. ne sit irremissibilis blasphemia cor impenitens caueatur nec aliter penitentia prodesse credat. nisi vt teneatur ecclesia vbi remissio peccatoꝝ datur & societas spiritus in pacis vinculo custoditur. Nec Aug. Deinde ad reuellendū & corrigendū pharisęoꝝ errorē inducit sententiaꝝ sub similitudine arboris. ostendens q̄ miracula sua non sunt a virtute maligna & dyaboli ca: sed a virtute bona & diuina. Unde dicit. ((Aut facite arborem bonā & fructū eius bonū: aut facite arborē malaz & fructū eius malū.)) Loquitur vulgariter. facite. i. dicite: fm q̄ dicitur iste facit bonum. i. dicit. Arbor ad hic occipit principiū ipsoꝝ operū & fructus

ipsa opera. Inter arborē vero & fructū semp est similitudo: q̄ arbor bona semp fructū bonum & arbor mala fructū malū producit. ergo q̄ opa miraculosa: que xp̄s faciebat non erant mala & vana. sicut q̄ fiunt arte magica sed erant bona & salubria concludit q̄ principium p quod talia faciebat erat sanctū & bonum. Quasi diceret. Cōsiderate fructū arboris bone & fructū arboris male: vt ex fructu cognoscatis vtrū sit bona an mala. q̄ ex fructu arboꝝ cognoscitur. Similiter considerate opus actoris. vtrū sit bonum an malū. quia opus bonū p̄cedit a bono principio & malū a malo & sic ex bonitate opeꝝ: que ego facio potestis ppendere. q̄ virtute p quā ea facio si ex mala sed bona. & ex opibus. q̄ sūt p artes magicam cū sint mala. & vana peccatis ppendere. q̄ sunt virtute maligna. opus ergo eicendo demonia cū sit bonū non est a malo principio quale ē demoniū. sed a bono principio q̄ ēspūssctus. Male ergo dicitis. q̄: ((ego i b:el zebub eīcio demonia)) (vbi Aug. In hoc admonuit nos dūs. vt bone arboꝝ simus. & bonos fructus habere possimus. Ubi.n. ait: ((facite arborē bonam & fructū eius bonū)) (est p̄ceptum salubre cui obediēcia necessaria est. Quod ēt dicit facite arborē malā & fructum eius malū. non est p̄ceptū vt faciatis. sed monitio vt caueatis. Nec Aug. Deinde quasi explanando & aptando dictā similitudinē pharisęis. ostendit falsitatis eorum radicem. Radix enim ista erat inuidia. & odium. quia licet pharisei & legisperiti primo cognouerint christum tamen quia cepit reprehendere vitia eoꝝ. ideo conceperunt odium & inuidiam ꝓtra ipsū. ex qbus excecati ceciderūt a prima noticia in errorē. q̄ talia puersum iudicium rōnis recti. & ex tunc inceperunt opa facta eius interp̄tari in malū. ad defamandū ipsum. Oñdit ergo illos esse malā arborez ex mala radice. & malos fructus dare. cū in intētione cordis eoꝝ malicia habundet inuidia. dicens. ((Progenies seu genimina vipaꝝ)). i. venenati filij venenatoꝝ iudeoꝝ. q̄ venenum inuidie ex vestris parētibus traxistis. q̄ persecuti sūt ꝓphetas ex inuidia. & vos ex eadem ratione p̄sequimini me patrē xp̄m. & matrē ecclesiā. quo potestis bona loqui cū sitis mali. Quasi diceret. Nō potestis de me bona loqui inuidia p̄hibente. Cū.n. sitis arbor mala. nō potestis fructū bonū ferre. vellia quidem alijs possum loqui. sed nō meritoria vobis. Ubi Lr. Non pōt fieri vt alia germina p̄ducant. nisi qualis fuerit radix in terra. Voluntas.n. hominum radix ē. verba aūt & opera fructus voluntatis. Ideo quale cor vnusquisq̄ habuerit. talia & verba loqtur & opera facit. Dec Criso. Et iō subditur. ((Ex habundantia enī cordis os loquitur)) q̄: verbū exterius ē significatiuum interioris cōceptus. Quasi diceret cor vestr̄ plenum est veneno. & eructuat de ipleno. A parte aūt totū intellige. i. per locutionem oris: locutionē cordis. & locutionē oris. Per oris.n. locutionē vniuersa que actu vel cogitatu vel sermone de corde pierunt dūs significat. Nā verbū pro facto quandoq̄ pōi solet. Unde Isaias de ezechia. Nō fuit verbum quod non offenderet eis. i. res digna verbo. Ubi Criso. Et vide ad maiorem accusationē maloꝝ: & maiorem laudem bonorum. quod dicit ((Ex habundantia cordis os loquitur.)) Id est cum homo locutus fuerit verbum bonum vel malum ne putes quia tantum boni vel mali habet in corde quantum ostendit in verbo sed multo amplius. Ex habundantia enim cordis boni vel mali que est in corde sermo procedit. Quod enim exterius dicitur: est superfluentia eius quod intus est. In quo eos vehementer tetigit. Si enim quod dictum est ab eis ita malum est. excogitata radix verborum q̄ est magna? Nec Criso. Et ideo (vt dicit Gregor.) curandum est & omni custodia meno seruanda. Non.n. ante oculos dei transvolant cogitationes nostre. & nulla momenta temporis per animum transeunt sine statu retributionis. & q̄ ex habundantia cordis os loquitur ideo bene sequitur. ((Bonus homo de bono thesauro)). i. de bona intentiōe & voluntate (que sicut thesaurus abscondit* latet interius in mente) profert bona cogitationis. locutionis & operis ((& malus homo de malo thesauro suo profert mala)) q̄: contrarie cause habent contrarios effectus. ac si dicat. Uos mali estis. ideo de thesauro cordis vestri non nisi mala proferetis. secundū Bl oīa thesaurus cordis est intentio ex qua deus iudicat opera. vnde aliquando minora maiorem & maiora minorem habeat* mercedem Sepe enim maiora in genere minori fiunt caritate & e conuerso. sicut sepe aliquis. maiori caritate dat elemosynam. q̄ alius cantat missam: ideoq̄ hic magis meretur de elemosyna q̄ ille de missa. Und* e pauperecula vidua dando duo minuta. p̄ficata est dimitti zacheo. quia deus non pensat quantum: sed ex quanto. De predict. a similitudine arboris & aliis tam factis. habes etiam supra circa finē sermonis dom̄i in monte. vbi plura de his sermonis dominici in monte. Postquam aūt processit ꝑbi videri poteris. Postquam aūt processit pbi do & arguendo: consequenter procedit comminando ne credant parū vitium male loq & mala verba non puniri. ((Ita ergo malus e

poslert' mala verba?! que quidē nō sunt pa
pendenda qñ de oi verbo ocioso nō tantū
pernitoso reddent hoies rōnē. qō erit valde
difficile q: locuti sunt sine rōne. vel reddēt rō
nē. i. soluēt in die iudicij penā qō iudicīū erit
terribile. q: sine spe venie. Si ēt dicā q verbū
ociosum est. q rōne vacuū est: ergo de eo
nō debet queri nec pōe rō reddit: respōdendū
q licet ociosuz sit rōne vacuū: tamē q: verbū
debuit habere rōnē ideo de ipso exigit ratis
si. odmissionis rōnis. Et ex hoc patet q lōge
magis verbū nociuū & criminosū acriter pu
nietur & reddet hoies in die iudicij condēnabi
les. quale ē verbū cor. quo opera spiritussan
cti calūniabant & blasphemabant. dicentes
(in beelzebub ejicit demōia) & est sensus fm
Piero. Si ociosum verbū nō est absq; perī
culo eius qui loquitur & in die iudicij reddet
vnusquisq; rōnez sermonū suor. q:to magis
vos reddituri estis rōnē calūnie vestre. Cave
ant ergo sibi detractores. opera primorū mi
nuentes vel infamātes. ptēdo illa esse facta
in hypocrisi. vel p:o vanagloria: vel aliquo in
debito fine. & ita in beelzebub demonio: pīn
cipe. Si. n. ita iudicat dīs de verbo ocioso. qñ
to magis de nocīuo & criminoso. Ut'āt dicit
Piero. ociosuz verbū est. qō sine vtilitate lo
quētis dicī & audientis. si obmissis serijs. de
reb' friuolis loquamur & fabulas narrem'
antiquas. Ceterū qui scurrilia replicat: & ca
chinnis ora dissoluit. & aliqd p:ofert turpitu
dinis hec nō otiosi sermōis. sed criminosi te
nebitur reus. idcoq; in verbo: pōdere p:oba
tio cōsistit humane vite. Et item. Quicqd nō
edificat audiētes in periculū vertitur audien
tiū. & Origines. Inanis est eis sermo. in quo
nō est intrinsecus aliquid p:o deo vel p:o dei
mandato. Unde etiā Greg: Otiosum verbū
est. q aut ratione iuste necessitatis. aut inten
tione pie vtilitatis caret. Et si de verbo ocio
so & cogitatione minutissima reddenda est
ratio in die nouissimo pensandū est q:ta pec
cata sequant' multos. Sic. n. deus vniuscuiuſ
q; vias p:ideat sic gressus enumerat vt nec
minutissime cogitationes aut tenuissima ver
ba que apud nos vilueūt eius iudicio indis
cussa remaneant. Unde & Crisо. ociosuz ver
bū intelligitur nō malū: sed bonū qō nō ope
ratur. i. q nō edificat audientē. Si ergo p bo
no verbo & ocioso rationē sumus reddituri
quid speramus de malo. Et si de malo verbo
rationē dari sumus: quid speramus de ope
re malo: hec Crisо. & ideo cauendū est a ver
bis ociosis & malis. ex verbis enim tuis si fue
rit bona ac bonitatis mentis cōsona. & sub de
bitis circūstātijs p:olata. iustificaberis. i. me
reberis vel tanq; iustus remuneraberis: & ex
verbis tuis cōdēnaberis: si fuerit mala & p̄di
cis p:aria. Scriptū est. n. q: mors & vita in
manibus lingue. & ideo ex sermonibus tuis
iustificaberis vel cōdēnaberis. qō olim est in
stissimū. etenim tu dīs es & dicendi & nō di
cendi. Ut Crisо. Auaritiā iudicij. non. n.
ex q:ibus ali' dicit de te: sed q:ibus ipsemet lo
cutus es calculationes iudex feret: & tu dīs
es dicendi. & iterū vnusq; hoium ex volun
tate sua sola. aut peccato: aut iustus p̄stituit.
Quincit aūt vnusquisq; peccatoris volūtas.
tertiū nōīs tribus. i. cogitationū. verbo: & ope
ruz. ḥ Crisо. Dic ergo doceamur. vt os no
strū custodiamus ne verba ociosa vel mala
loquamur. q: sicut vas qō non operitur cito
īmundū fit. & q̄cquid est interius: frigescit sic
est & de corde: nisi os qō est eius operculum
teneatur cum discreta custodia clausuz. & (vt
dicit Greg.) ab omni rectitudinis statu pere
unt: qui per noxia verba dilabuntur. & ideo
frequenter oremus dicentes. pone dīe custo
diam ori meo: & ostium circumstantie labijs
meis. Unde Crisо. Magis vtiq; virgine ali
qua custodi linguam. equus est regalis lin
gua. Si igitur imposueris frenum & docue
ris ambulare cum bona compositione quie
scit super eam. & desuper sedebit rex. Si aūt
infrenatam dimiseris ferri & saltare: diaboli
& demonuz sessio fit. ḥ Cri. Unde & origines
eo: qui verba dei loquuntur os deus aperit:
illo: vero qui loquuntur mendatiū. falsum
testimoniū scurilitates. turpitudines. susurro
nū quoq; & detracto: & eorum qui otia lo
quuntur. diabolus eos aperit. Magnuz ergo
periculum est loqui de secularibus & vanis.
cū multa sint diuina & vtilia. de q:ibus loqui
possumus. Unde Amb. Non mediocre peri
culū est. cuz tanta habeamus eloquia dei: &
opa q̄ fecit: his p̄termissis loqui q̄ seculi sunt.
& maxime a verbis detractorijs cauere debe
mus: ne mane loquamur de alijs. vnde Au
gu. Vide quomodo irascaris si qs de te ma
lis loquatur. Quomodo irascaris alteri quā
do de te male loquitur sic irascere tibi quando
de altero male loqueris. & non soluz cauere
debemus ve verba detractoria loquamur ss
etiam ne audiamus: q: si nō esset auditor nō
esset detractor. Unde Ber. Detrahere & de
trahentem audire: quid horum damnabili
us sit: non facile dixerim. Et iterum lingua
detractoria: & auris auditoria: diabolyo sedet
super vtrunq;. Cauendum est etiam valde a
verbis contentiosis: & riosis: q: occasionem
dant multis malis: Unde Crisо. cōtentio est
altercatio longa. Nascitur autem ex vanaglo

ria que dicitur amor victorie. Nemo enī diu
contendit: nisi qui vincere cōcupiscit. gloriā
tibi putas eē si vinceris. sed occidisti gladio
amicū & amicitiā eius in ipso. & ideo quasi de
amico occiso dabis rationē. Nam si hominē
nō occidisti ferreo gladio: amicuz tamen oc
cidisti gladio cōtentiosi sermonis. hec Crisо.
Multum insuper cauere debemus: ne p:oxi
mum verbo vel cogitatu iudicemus. Unde.
Crisost. Et sermonibus tuis condemnaberis
ait. Nō audis. quoniā & pharisei vera locu
tus est: sed tamen vltimā dedit vindictaz. Et
enī habet iudicē. qui deliquit. Ne igitur capi
as dignitatē vnigeniti: illi iudicij thronus cō
seruatus est. Sed si vis iudicare: est tibi iudi
ciū. multū lucrū habens. Sedere fac in cōsci
entia tua intellectū discernentē. & affer in me
dium omnia delicta tua & inuestiga peccata
anime & experte cum diligentia noxas & dic.
Propter quid hec & hec tu facere ausus es.
Et si hic quidem fugerit omnia. que aūt alio
rū sunt inuestigauerit dic ad eam. Non p:o
his te iudico non p:o his intrasti te accusatu
ra. Quidenim si ille debeat tu cur hec & hec
deliquisti. Excusantem. te accusa: que tu ipſi
us sunt intuere nō que aliorum. & continue
in hāc deduc agoniam. Deinde si nihil habe
re dicat. sed retardatur: dilania flagella eam
velut quandam ancillam elataz & fornicatā
& hoc secūdū vnāquāq; die constitue iudiciū
& subscribe flumen ignis vermen cōscientie
venenū emittentem. & alia loca tormentoruz
& ne dimittas eam esse cum diabolo. Et si do
luerit hec audens. nec subtrahas manū. Nō
enim morietur si percusseris a morte aūt eaz
eripies & parnoruz magnas expete noxas. vt
neq; prope magna deueniat. Si hec feceris
secūdū vnāquāq; diem. cū libera. p:opalatio
ne stabis sec' tribunal illud terribile. Ita pau
lus factus est purus p:opter hoc & dixit. Si
nosmetipsos iudicaremus nō vtiq; iudicare
mur. Dec Crisо. Dezaliter aūt in verbis sine
in loquendo attendenda sunt quinq; scilicet
qd. cui. vbi. quādo & equaliter dicaī. Isti sūt
quinq; digiti in manu lingue. Quid determi
nat apostolus: dicēs. sermo vester sit semper
in gratia sale cōditus. i. gratus vtilio sine ocio
sitate. ociosa sunt oia que aut inutilia. aut in
honesta. aut nocina sunt. Inutilia sunt q̄ nec
loquētibus nec audientibus p:osunt. Inho
nesta que nec dignitati loquētis nec audiētis
cōuenīūt nociua sunt. que vel ad errorem vel
ad prauitatem ducūt. Qui determinat sapiēs
dicens. & cum stulto ne multuz loquaris. Qui
ergo cuz alio loquitur consideret an p:opter
se vel p:opter aliuz loqui habeat. Si p:opter
filium. Utruz sit talis. q sua correctione indige
at. vel q correctionem nō recipiat. Ubi qdaz
enim sunt loca. vbi nullo modo. vt i sancta
rio. qdā vbi raro. vt in quitio: qdaz vbi mo
derate. vt in locutorio est loquendum. Qua
do determinat ecclesiastes. dicens. Tempus
tacendi & tps loquendi. Tacenduz est aliqñ
p:pter auditoz infirmitatem. aliqñ pp vitan
dam p:ecipitationem. aliquando p:pter per
sone alterius reuerentiā. aliqñ p:opter audi
torum indignitatem. Quo aūt loquenduz. i.
quo gestu quo sono. qua significatione. Sit
ergo gestus simplex. & humilis. sonus mitis
& suauis. significatio verax & dulcis. Lōpen
dium autem omnium p:edictorum hoc esse
videtur: vt tarde & raro quis loquatur. Un
de Seneca. Sūma summarum hec est: tar
diloquum te esse iubeo. Et iterum. Quicquid
dictur' es: anteq; alijs dixeris tibi. Magna
est res vocis & silentij temperamentum. Et
iterum. Qō tacituz esse vis: nemini dixeris:
q: non poteris ab alio exigere silentium si ti
bipsi non p̄stas. Dec Seneca. Sed heu sunt
aliqui non solum seculares sed & religiosi. q
quandoq; etiam sine causa rationabili alijs
irati. tomos oculos & vultus ostendunt ac in
super dentibus stridendo. voces furiosas emit
tunt. Et sic demonem q intus eos possidet:
alijs extra p̄dūt. Si tales bene i hoc daciano
in beatū Uincentium sententi assimulant de
quo in sermone Augu. sic dicitur. Per furio
sas enim daciani voces. per truces oculos &
minaces vultus. & totī' corporis motus ille
habitator eius interior: monstrabatur. & per
hec signa visibilia. tanq; sui vasculi q̄ ipleue
rat crepātis rimulas videbatur. Dec Augu.
Tales etiā quandoq; satis linguis acutis par
cunt. & se abscondentes taciturnitati insistūt
ac silentium q̄ boni ex religionis obedientia
deo sacrificat ipsi ex perversitatis malicia
demonijs & non deo imolant. Unde in colla
tione abbatis Joseph de amicitia sic de rati
bus dicitur. Illud vero quale est q̄ interduz
patientes esse nos credimus: q: respondere
contemnimus lacessiti. sed ira cōmotos fra
tres amara taciturnitate. vel mem gestuq;
irrisorio subsannamus: vt eos magis ad ira
cundiā vultu tacito p:ouocem'. qñ nimirū po
tuissent inuitare p̄uitia in eo nos estimātes
minime apud deum reos. q: nihil ore p:otu
minime apud deum reos. q: nihil ore p:otu
lim' q̄ nos notare hoīs iudicio aut cōdēna
re potuisset. Ita igitur tacere nihil p:odest. si
cc potuisset. Ita igitur tacere nihil p:odest. si
ccirco nobis indicimus silentiuz: vt qō agē
ccirco nobis indicimus silentiuz: vt qō agē
dum conuitio fuerat hoc taciturnitate facia
dum conuitio fuerat hoc taciturnitate facia
mus: assimulantes quosdam gestus q̄bus &
mus: assimulantes quosdam gestus q̄bus &
ille quem curare nos oportuit vehemētio-
ille quem curare nos oportuit vehemētio-

te inardescat iracundia. Utiq; n. tale silentiū erit equaliter non oriūdi: sic exaggerat in altertus corde tristiciam: ita in suo non permittit extingui. nonnulli quoq; cū tristificati fuerit vel irati ab ipso ēt pmaciter abstinent cibo. In quo plane sacrilegij crimen euidenter incurrunt. temnia. s. que soli deo pro humiliatione cordis & purgatiōe vitioꝝ sunt specialiter offerenda pro diabolico timore tollerantes. Qđ tale est ac si orationes atq; sacrificia non deo sed demonibus deferāt illā quoq; mosayca increpationē, merentā audire. Sacrificauerūt demonijs & non deo. vijs quoq; quos ignorabāt. Nec vbi supra. Sic ergo predicto miser tā querulo litigādo q̄ malitiose tacendo demonibus seruiūt q̄ vtrobiq; se ingerendo eis illudūt. Quos illusiones non incurrerent si non fictā: sed veram humilitatē & caritatē haberent: q̄ nec tūc ad tantā ipatientiam deuenirent: Et qđadhuc peius. tales sepe absq; fratris offensi reconciliatiōe accedūt ad altare & sic recedentes iudiciū sibi manducant & bibunt. Et insup a diabolo excecati. quādoq; se excusando dicunt: q̄ nihil aduersus alius hūt non intelligentes. q̄ fm euangeliū attendere debent. si alius aduersus eos qd habet. Iuser hūc obprobrium taliū querelaꝝ a religione seruoꝝ tuoꝝ. Oratio.

O Vera virtus eijce a me demonium per ꝓtritionem o verbū patris: sana mutū per cōfessionez o intima lux illumina cecū p satisfactionē: & vt fortis armatus me nō possideat: vniuersa arma eius. scz vires alie mee interiores & corporis sensus exteriores in tuum cōuertere obsequiū. Opto ēt & desidero deus altissime: vt quotiēscunq; malignus spiritus abhoiandas cogitationes blasphemie mihi miserit totiēs ex voto oium desideriorū meoꝝ ineffabilis laus & gratiarū actio tibi sit i ꝑpetuas eternitates. & blasphemia sua secū sit in perditionem. Amē.

De iudeis signum de celo querentibus & de spiritu immundo olim electo ab eis. Capitulum.lxxiij

f Unitis autem uerbis domini aduersus blasphemiaz scribarum & phariseorum quidam ex eis ꝓcacepere eū ꝑtentāt. ((Magister volumus a te signū videre)). s. nō quodcunq; sed de celo. Reputant enim miracula xp̄i parua. eo q̄ erant v. cōmuniter circa interiora. vt pote circa sanitates corpoꝝ & similia. Ideo quērebant ab eo signa fieri circa corpora celestia forte manna descendere vt tempore Moysi. vel sonare tonitrua. sicut tēpore samuelis: quod magnū fuit in palestina tempore estatis. ꝓpter defectū materie & potentiam agentis. s. solis oēs vapores consumentis: vel ignem de sublimi descendere vt tempore Delye. vel solem stare sicut tempore Josue. vel retrocedere vt tēpore Ezechiel: vel alia huiusmodi quasi nō possent & illa calūniari & dicere ex occultis & varijs passionibus accidisse. Nā qui calumniatur eis que oculis videt. māu tenet: vnitate sentit: quid facturus est de his que de celo venerint. Utiq; respōdebit & magos in egypto multa signa fecisse de celo vel calumniabitur alio modo. Unde Crisō. Cū multa signa vidissent tanq; si nullū vidissent: ita signū petebāt Vere enim nullū viderunt: quia corporali'a pectu viderūt: non spiritali affectu. Ubi sciendum q̄ aliqui' malignantes detrahebant miraculis christi dupliciter. vno modo attribuebant ea virtuti demonis. vt visuz est supra in precedenti capitulo. alio modo reputando ea parua vt dicitur hoc loco. Isti enim ac digna eius non viderūt: vel quasi: que viderant parua vel nulla fuissent: temptantes eum. de celo signum querunt non ex deuotione: vt ex hoc credant sed magis ex curiositate: & vt facilius q̄ primis contradicant. Adulantes autez dicūt magister vt blanditijs alliciant quē conuitijs blasphemauerant. Unde Crisō. Di quos oportebat admirari & obstupescere & credere. nūc a nequitia desistunt non. Unde aūt verba & adulatione & ironia sunt, plena. Putabant enim allicere per hoc. & nūc quidem conuitiantur: nūc adulantur: nunc aūt demonia cōuocant: nunc magistrū. Utraq; pernitioso consilio. & si cōtraria sint que dicebātur. ꝓpter hoc & eos & vehemēter tetigit. Nec Crisō. Et q̄ male querebant: ideo non dat eis signuz. sed respondens ait illis. ((Generatio mala)) si opere & adultera in fide: q̄ relicta ꝓprio viro. scilicet deo' idolis seruiebant. & si idola non colebant tū a vero sponso xp̄o se alienabant. ((signum de celo querit ad calumniam contra me quasi aliā que viderunt signa nō fuerint. Uis equomodo cū iudei xp̄o conuiciabantur. dicentes ((in principe demoniorum eijcit demones)) manifuete eis respondet per rationes improbans dictū eorum. hic vero cum laudando adulantur magistrum vocantes. aspere eos tangit demonstrans. Secundum Crisostō. q̄ vtraq; passione erat superior & neq; conuitijs in ira conuincitur neq; adulatione mollitur. in quo

ostendit amplectēda esse obprobria & adulationes vitandas. ((vt ait Crisō.)) Uir sapiēs in facie creditur: quādo in facie laudatur. Nō sic multi maiores huius temporis faciūt: quia bona suadētes ꝓtenuant. & eis tanq; connicentibus trascuntur. sed mala suggerētes auditū & eoꝝ adulatione mollūtur. Utinā attenderent ꝓ filiū sapientis qui dicit. Melius est a sapiente corripi q̄ stultoꝝ adulatione decipi. Deinde subiungit (& signū nō dabitur ei). s. potestatis & de celestibus qualē petit ad calūniam nisi signū Jone ꝓphete q̄ fuit humilitatis & abiectiōis contra eoꝝ superbiā. quasi diceret. Tu generatio praua. petis signū celeste & signū potentie vel glorie de sublimi & tibi non dabit nisi signū terrenū. & signū passiōis & infirmitatis. significatū signo & facto Jōe ꝓphete. Jonas. n. fuit miniuitis signū duplicit er. s. verbo & facto verbo. q̄ vita voce eis significauit q̄ perirent. nisi conuerterent sc̄ō eo q̄ fuerit in ventre ceti tribus diebus & noctibus. vbi fuerunt tria. s. absorptio. detentio euomitio absorptio fuit signū mortis xp̄i. detentio sepulture. euomitio resurrectiōis. & sic dabitur eis signū. i. significatio in sc̄ō Jone: vt. s. cōuerterentur & saluentur. nō hoc é dcm. quasi alia signa aū mortē xp̄i non fuerint data. sed q̄ mors & passio xp̄i fuit signū ꝑcipuū & vltimū. & signū, signoꝝ in q̄ oīa signa ducebant. iō dandum iudeis dicitur. q̄ si illi crederent saluarent. si non crederent dānarentur sicut Jonas fuit signum niniuitis. vt si vellent credere saluarentur. sin aūt subuerterentur. Non ergo dat eis signū diuinitatis de celo q̄ querebant: q̄ ꝓ eoꝝ curiositatē & maliciam videre indigni erant sed de abisso maris & ꝓfundo inferni quale Jonas ceto furatus sed de abisso mortis liberatus. & accepit & dedit signū videlicet incarnationis non diuinitatis passionis non glorificationis. Discipulis aūt suis signū de celo dedit. quibus eterne beatitudinis gloriā & prius figuraliter in mōte transfiguratus. ac post ea veraciter in celū sublevatus oīdit. q̄. n. iudei terreni & infirmi erant iō de terrenis & infimis signū debebāt habere Unde dat eis signū de imo sue passionis & sepulture dicēs. (Sicut. n. fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctib⁹ ita erit filius hoīs in corde terre) tribus diebus & trib⁹ noctibus. ꝑ syne dochen accipiendo. s. partez sexte ferie & totā diem sabbati. & partem diei dominice resurrectiōis ꝓ tribus dieb⁹ & noctibus. Per illos q̄ querebant signū de celo: signatur curiosi & superbi. qui supra vireo celestia rimantur. & nimis curiose diuina scrutāt de celo & celestibus ac secretis diuinis disputantes. vel de reuelationibus & visionib⁹ ꝓprijs sumentes. obmissa via. s. precepti dñi & consilijo quibus ventur ad illa. ꝑ q̄ opprimūt a gloria. q̄ ꝑ hoc aliquando labuntur in erronea documenta. vel q̄nq; in peccata spūalia & carnalia ꝑ quod dicitur eis (generatio mala & adultera) & cetera. q̄ ḡrunt que non sunt scibilia. nec ad fidē vel mores vtilia. Et ideo (non dabit eis signū nisi signum Jone prophete) quē deglutiuit cetus. & sic deludit & deglutit eos diabolus. Deinde iudeoꝝ malitiam quā obstinatam & obduratam dñs predixit. explis quibusdā condemnat: q̄ conuersio niniuitaꝝ & factū regine austri. oīdit istos in iudicio (quo oēs tā boni quā mali surgēt.) grauius puniendos & condēnabit eos. i. ostēdet condēnandos. q̄ exilloꝝ facto apparebit iusta istoꝝ condemnatio. Unde dicit. (Uiri niniuite) qui sunt assyrij. surgent. i. in resurrectione generali. in iudicio futuro. (cū generatione ista). s. iudaica. que similiter tunc surgz (& condemnabit eā) idest condemnandā oīdet. scilicet primo ex comparatione populi ad populum. q̄ ibi niniuite gentiles & barbari hic indei populus dei. Secūdo ex comparatione p. edicantis ad p̄dicantē. q̄ ibi ionas ꝓpheta purus hō hic xp̄s dñs ꝓphetaꝝ deus & homo. vbi ionas peregrinus. hic xp̄s conciuis suus. Tertio ex cōparatione predicationis ad predicationē q̄ ibi ionas tantū tribus diebus. hic xp̄s tribus annis p̄dicauit. ibi ionas nullum miraculum: hic xp̄s multa fecit. Quarto ex cōparatione effectus ad effectum q̄ ibi egerunt pniam. illi vero non: sed ēt addiderunt blasphemiam. Ubi Crisō. Illi prophetam susceperunt. isti dominum ipsum repulerunt. Illi neque in lege instructi. neque prophetie admoniti. ad dominum conuersi sunt. cognoscentes suum peccatum. isti tot preceptis eruditi legis & prophetarum a domino recesserunt. Illi qui semper fuerunt populus diaboli. infra tres dies facti sunt populus dei. isti qui semper videbantur populus dei infra tres dies facti sunt crucifixo christo populus sathane. Deinde subditur. (Regina austri) idest regina sabba. cuius regnum erat in australi parte. respectu hierusalem que non dubitatur electa esse. & secundum quosdam dicebatur sybilla: surget. idest resurget in iudicio extremo cum generatione ista pessima (& condemnabit eam) idest ostendet condemnandam hoc est ex facto suo ostenderetur iusta istorum condemnatio (quia venit a finibus terre). i. a 5 ginquis partibus (audire sapientiam salomonis) qui tamen nō fuit nisi solum forma xp̄i.

Ex his aggrauat iudeoꝝ malitia: qꝝ illa mu
lier niniuite viri. illa a remotis venit. isti ꝓ̃sentē
habuerūt. illa cuꝝ labore. isti sine difficultate:
illa laudauit alienigenā. Isti cōdemnauerūt
ꝓ̃priū terrigenā: illa ad ipsum venit quē so
la fama cognouit. isti ꝓ̃batū miraculis cōf
voluptatis vel auaritie: aut superbie: & da mihi vt per veram cordis oris & operis humilitatem in nouissimo loco recumbam minorem me alijs reputando & per misericordiaz indigentes inuitare non obmittam eorum ne cessitatibus pro posse succurrendo largitor opulentissime deus da mihi misero panez celicum: qui tu ipse es: manducare in regno dei pro quo pane tibi domine quotidie militamus: pro quo tota de mortificamur: vt in tua vita viuamus. Amen.

De inuitatis ad cenaz magnam. Capitulum.lxxi.

T quia nonnulli terrenis: vel voluptatibus mundi huius dediti: hunc panem de quo dictum e fidetenus quasi odorando percipiunt dulcedinem vero eius attingere veraciter gustando fastidiunt: ideo ad ostendendum talium teporez: celestibus epulis non esse dignum: subiūgit dominus parabolaz: in qua demonstrat diuine largitatis affluentiam: & arguit multiplicem iudeorum ingratitudinez qui pre ceteris gentibus: fuerunt inuitati ad celestem beatitudinem: primo per prophetas secundo per ipsum ipm: tertio per apostolos: & tamen renuerūt venire per fidē: & ita vocati sunt gentiles. Dicit ergo: Dō quidā. i. xpō verus hō verus deus qui dicitur hō ratione veritatis nature humane. quidam ratione singularitatis persone: respectu aliorum fecit cenam magnam. i. preparauit futuram gloriē & vite eterne refectionem. & celestem seu eternam beatitudinē quam sanctis animabus ab eterno preparauit dominus: que vocatur cena. eo p̄ est refectio vltima: quia sicut cena paratur declinante die postq̄ nulla refectio sequitur. sic vita eterna datur per diem presentis vite vbi nichil aliud expectatur. Item dicitur cena magna immo sic maxima: vt eius immensitatē cor hominis non possit ascendere: & vocauit multos quia vult omnes homines saluos fieri & beatos. Uocauit dominus quosdam per angelos. quosdam per patres. quosdam per prophetas. quosdam per seipsum. quosdam per apostolos: quosdam aliorum predicatorum verbis quosdam inspirationibus interius quosdam beneficijs & prosperis. quosdaz flagellis & aduersis. Et misit seruum suum. i. predicatorem euangelium & licet plures sint serui personarum. statuum. & habituum diuersitate. vnum tamen debent esse fidei & caritatis vnitate hore cene ideſt victima etate & tempore gratie. Hora cene est finis seculi sicut victima eius. nam etsi homines in aliis etatibus ad cenam inuitabantur: nullus tamen recipiebatur ad cenam. sed omnes ad libum descendebant. dicere inuitatio vt venirent ideſt ad veniendum per bona opera se prepararent: quia tam parata sint omnia. Ante aduentum christi nondum erat cena christi parata. quia nullus poterat ingredi vitaz eternam: sed agno christo immolato apertus est regni celestis aditus. & tunc missi sūt apostoli ad quos ante fuerant prophete missi. sicut enim christus missus fuit a patre vt inuitaret ad cenam. ita ipse seruos suos misit & mittit predicatores vt dicant nobis venite ad cenam quia parata sunt omnia. Consistit autem illa cena in tribus scilicet in beata visione diuinarum personarum in societate aliorum & in consortio sanctorum que omnia vt hic dicitur sint parata. Et ce. perunt se simul omnes excusare. i. per mala opera se retrahere: quia plus dilexerunt terrena & corporalia & celestia & spiritualia. Omnes se excusant. & si non verbo saltem cogitatu vel facto. Omnes dicit ideſt pro maiori parte. quia pauci saluantur respective. Secundum Gregoriuz multi vocantur sed pauci veniunt. quia multi qui per fidem ei subiciuntur male viuendo eius comitatu contradicunt. Sed vobis q̄

fm eundem Greg. Ecce homo diues inuitat & paup occurrere festinat ad dei inuitamur quisquis & excusamus. Dominus clementer omnes inuitat sed qui venire noluit excusat. & ad sic eternum quinimz quod deus non negatus. sed gratis offert volentibus sibi intercludunt. Excusatio. n. ista est indispositio voluntaria. quia alij cadunt in superbiam. alij in auariciam. alij in luxuriam Primi signatur per villam emptam videntes. Secundi per iuga boum empta probantes. Tertij per vxorem ducentes: & omnes istiad cenam dominicam sunt inepti. Unde consequenter excusantium cause subduntur cum dicitur: Primus dixit. Villam emi: & necesse habeo exire & videre illam. Ubi notantur superbi amatores mundi. in quibus est ambitio dignitatem & huiusmodi in villa enim empta dominatio notatur & superbia quia superbi volunt alijs dominari. Et alter. dixit. Juga boum emi q̄ n. & eo probare illa vbi intelliguntur auari & cupidi qui nez. sensibus & terrenis nimis intenti in quibus est cupiditas terreno p̄ & mundanorum: per boues enim qui terrā versant terrena signantur. Et alius dixit vxorem duxi. & ideo non possum venire. Ubi notantur carnales & luxuriosi: delicijs carnis dediti. in quibus est amor voluptatum carnaliuz vxor enim ad voluptatem carnis pertinet. Dicit autem fm Basilium. non possum venire: eo q̄ intellectus humanus vergens ad humana illecebras. debilis est ad agendum diuina. Omnes ergo predicti sunt indigni cena nuptiarum agni. vnde sunt versus isti. Villa. Boues vxor cenam clausere vocatio. Mundus. cura. caro. celum clausere renatio. Ad ista vero tria vitia reducuntur omnia a beatitudine celesti excludentia: quia vt ait Joannes. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis. aut concupiscentia oculorū aut superbia vite. Unde Aug. O qui ad cenā dei venitis: nolite diligere mundum. nec ea que in mundo sunt. Amor rerum terrenarum viscus est spiritualium penarum. Quoniam omnia que in mundo sunt concupiscentia carnis sunt: & concupiscentia oculorum & ambitio seculi. Concupiscentia oculorum: quinq̄ iuga boum emi ambitio seculi. villaz emi. Tollamus ergo de medio excusationes vanas & malas: & veniamus ad cenam: quia trinsecus saginemur. Non nos impediat extollentia non superbia extollat. non nos teneat curiositas illicita & auertat a deo: non nos impediat voluptas carnis a voluptate cordis. Ueniamus & saginemur. Hec Aug. p̄z Crise. Quis videantur rationabiles excusan

tium occasiones esse tamen hinc discimus. & necessaria fuerint que detinent omnibus prima facere spiritualia. Excusat quippe omnis qui plus terrena q̄ celestia diligit etiam si se ad celestia tendere dicit. Quod hodie clerici & religiosi multis obici potest. qui curam & solicitudinem tantam habent de terrenis & omnibus quibus laici occupantur. vt nulla differentia inter hos & illos videatur. Unde Greg. Sed ecce in h̄ pensare possumus. qd sibi corda nostra respondeant. Reculis enim forsitan sibi cogitationibus dicant excusare nolumus ad illud enim superne refectionis conuiuium & vocari & venire gratulamur. loquentes nobis talia mentes nostre veraz dicunt si non plus terrena q̄ celestia diligunt si non amplius rebus corporalibus q̄ spiritualibus occupantur. hec Greg. Et reuersus ne claudit hic domino. Predicatores exeunt ad predicationem. reuertuntur ad dei contēplationem. nunciant quid egerunt per interiorē confessionem. Dic ait pater familias. scilicet christus cuius familia sunt omnes angeli. omnes electi fideles contra sue cene contemptores ira non affectus sed effectus quia punit vt iratus. nam fm Aug. ira dei est vindicta peccati. Et iuste irascitur deus de negligentijs hominum. q̄ peccata p̄ eis eterne vite cenā preminunt. & vilibus cibis mentē implent. Iratus inquā dicit seruo suo. s. predicatori euangelico. Exi. etto. s. ab ocio studij & cōtemplationis ad publicū actionis & predicationis in plateas & vicos. ciuitatis per vicos & plateas ciuitatis que. s. clausuram habent. intelligitur vocatio iudeoz. qui clausi erant legalibus observantijs: & quasi dei cines de potestate legem. tenentes. quoz quidam erant in platea. s. in lata via prosperitatis & voluptatis. q̄dam in vicis. i. in angustia aduersitatis & tribulationis: vicus enim arctior est. quam platea. & pauperes propter defectum bone operationis. & cecos propter defectum recte affectionis & intentionis. hoc est humiles. qui se tales reputant intrare desiderant introducū hinc. tales enim vult dominus ad penitentiā vocari. & ad sum gaudium introduci. Nam principibus & sacerdotibus ac legisperitis iudeorum propter ingratitudinem & superbiam dimissis a deo & relictis. humiles simplices & publicani illius populi sūt vocati vt patet in apostolis & plurimis alijs ex decursu euangelij. Unde Greg. Quia ergo venire superbi renuunt pauperes eliguntur. q̄ infirma mundi elegit deus vt confundat fortia. peccatores superbi reprimunt. & peccatores humiles eliguntur: hos itaq̄ elegit de quos

despicit mundus. qz plerunqz ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsum. Pauperes ergo & debiles ceci & claudi vocantur & veniant quia infirmi quiqz atqz in hoc mundo despecti. plerunqz tanto celerius vocē dei audiant quanto in hoc mundo non habent vbi delectentur. Unde & Augu. Et qui veremissi mendici. debiles. claudi. ceci. Illi autem non venerunt dicentes. sani: quasi bene ambulantes & acute cernentes multum de se presumentes. & ideo tanto desperatiores: quanto superbiores. Veniant mendici: quia ille inutilitat qui propter nos factus est pauper cuz diues esset. vt illius paupertate mendici ditarēt. Veniant debiles: quia non est opus sanis medicus: sed male habentibus. Veniant claudi qui eiciunt compone gressus meos in semitis tuis. Veniant ceci qui dicant illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Nec Augustinus. Et ait seruus. Domine factum est vt imperasti: sed etiam eo modo vt imperasti. & sic notatur perfecta obedientia. & in opere & in modo. & adhuc locus est. Quasi diceret. Multos introduxim⁹ de indeis. sed adhuc est locus vbi recipiātur gentiles. Hoc etiam ideo dicitur quia ecclesia plures recipere semper est parata. Et ait dominus seruo. Exi cito in vias & sepes. idest extra iudeam discurrendo ad gentilem populum per vias enim & sepes intelligitur vocatio gentilium qui tanquam agrestes & vijs & sepib⁹ erāt dispersi & direptioni hostiū expositi. Vijs. i. mundane prosperitatis: & sepibus aduersitatis. & compelle intrare. instantia & importunitate predicationis. vocantur enim a malo retrahuntur feruentibus exhortationibus cōpelluntur qui trahuntur duris cōminationibus. Unde iudeos monet vocari & gentiles compelli. quia iudeis tanquam legem & prophetas habentibus leuior vocatio debebat sufficere. que non sufficiebat gentilibus vt impleatur domus mea. scilicet celum & celestis patria vbi sit eternum conuiuium debito numero predestinatorum numerus g pelluntur intrare heretici quiper ecclesias pudi aduersitatibus fracti ad dei amorem redeunt. Felix necessitas que ad meliora compellit. Multi enim qui in prosperitate & securitate mundo viuunt. instante aduersitate & periculo ad deum fugiunt. Unde Crisostomus. Multo magis laboriosius est in securitate cōcupiscentias vincere. quam in periculo diuitias posse contemnere. Ipse enim timore periculi adimunt animum & facile vincitur delectatio corporalis. Quot enim sunt qui in securitate non fuerunt contenti pauperes esse & tñ videntes persecutionē magis cōtenti fuerunt bona sua dimittere quam perire. Illos tales scieno deus frequenter precidit diuitias eorum. vt a sollicitudinibus reuelati securius & melius permaneant deo. Nec Crisostomus: Liquet ergo vt ait Gregorius. qđ alij vocantur & venire contemnunt vt qui donū intellectus accipiunt. sed eundem intellectus operibus non sequuntur. alij vocantur & veniunt. qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt. alij intrare compelluntur vt quos ecclesia temporaliter punit. In fine autem concludendo subiungit. Dico autem vobis quōd dicere infallibile est. & nemo virorum illorum qui vocati sunt. & se excusantes venire noluerunt. gustabit cenam meam immo nec videbit sed sancti gustant & vident et in presenti secundum illud psalmi gustate & videte quoniam suauis est dominus. Implenda enim est dominus dei numero predestinatorum: sed superbi peccatores qui vocati venire noluerunt: seipsos irrecuperabiliter excluserunt. Nec sententia domini: vt ait gregoribus valde timenda est. Nemo ergo vent re contemnat. ne dum vocatus excusat: cum voluerit intrare non valeat. Et certe qui non intrauerit famelicus & inanis a refectione diuine seruitutis & visionis remanebit. Ecce quam periculosum est contemnere inuitatio nem iesu christi. tales enim a refectione eius in presenti per gratiam & in futuro per gloriam merentur excludi. Nec igitur omnia & ad que vocati sumus diligenter consideremus & presentia despicientes ad futura nos preparemus. Unde Crisostomus. Permaneamus igitur custodientes eam quam initio suscepimus dignitatem & futura quotidie regna queramus. omniaqz presentia vmbras esse prorsus ac somnia iudicemus. Neqz enim si rex terrenus alicuius alumenos & pauperes ac mendicum repente sibi adoptaret in filium tu iam ad inguria tui respiceres vilitatez. Ita nunc igitur nihil presentium puteo esse precipuum. Longe quippe maiora sunt: ad que vocatio est capessenda. Nec Cris.

¶ Oratio.

b Omine iesu christe. qui omnes homines volens saluos fieri refectionem celestis beatitudinis omnibus preparasti. & multos ad eam multo modo vocasti: me miserū excludas ab illa gratia generali quam omnibus venisti impartiri. & da mihi calcare omnem superbiam & ambitionem. auariciam. & cupiditatem. cōcupiscentiam carnis & voluptatem. ne hec

cupiscentiam carnis & voluptates: ne hec vel & alia impedientia mihi eternum intercludant conuiuium: sed qui sum pauper in gratia & virtute: & debilis in bona operatione: ac ceco in vera cognitione: & claudus in recta affectione misericorditer introducat in idipsum. Amen.

¶ De scenophegia: Capitulum.lxxxij.

P Ost hec ambulabat & manebat adhuc iesus in galilea docendo in synagogis eorum nō enim volebat in iudeam ambulare: quia iudei querebant eum interficere. Licet enim posset inter eos sine nocumento esse. voluit tamē aliquando ante tempus passionis se ab eis subtrahere. Primo ratione sui: quia nondū venerat tempus quo volebat occidi. Secūdo ratione nostri: vt nostram cōsolaret infirmitatem dando nobis exemplum quod possimus aliquando declinare persecutionem. Tertio ratione iudeorum ne maneno in medio eorū magis eos incitaret in odiū: erat autem in proximo dies festus iudeorum scenophegia: idest festi uitas tabernaculorum: quando habitabant filij israhel in tabernaculis septē diebus sub vmbra ramorum: in similitudinēm & memoriam tabernaculorum in quibus habitauerunt patres eorum cum educti ex egypto peregrinarentur in heremo: velut reminiscētes beneficia domini qui erant dominum occisuri. Et est scenophegia dictio greca composita a scenos quod vmbra & phagi quod est comedere: quia in vmbraculis comedebant durante illa festiuitate: & celebratur collectis fructibus anni in septembri mense septimo: quia illo tempore quo vue erant colligende: exiuerunt de heremi tabernaculis: & venerūt in terram promissionis vnde exploratores: portauerunt in vecte vuas & tunc iudei habitabant in vmbraculis: quia patres eorum per quadraginta annos habitabant in tabernaculis. Imminente igitur scenophegia fratres ideis consanguinei domini non apostoli sed alij propinqui eius cognatione ex parte virginis Marie: quia viderāt ipsum non esse paratum ad ascendendum. inuitabant eum vt ad diem festum in hierusalem que caput regni est ascenderet: ibiqz gloriam miraculorū ostenderet & se manifestaret. Christus enim habebat quosdam cognatos secundum carnem qui more iudeorum fratres dicebantur. Et dixerunt ad eum. Transi hinc vade in iudeam hoc est in hierusalem iudee metropolim: vt & discipuli tui. i. turbe te sequentes seu alie vndecunqz illuc conuenientes videant operatua & miracula. ac si secundum Bedam dicāt. Tu signa facis & pauca vident. Transi ergo ad regiam vrbem vbi sunt principes vt visis signis laudem cō sequaris ab eis carnales amici gloriam eius querentes. vt illius participes fierent. & p miracula eius magnificarentur carnale consilium dabant quo saluator noster mundi gloriam acquireret & suum nomen longius dilataret. ideoqz non in occulto & abscondito sed palam & in conuentu multorum miraculavo minum iesum facere ammonebant. Est nāqz proprium magne gloria cupidorum: vt quicquid gloriosum suum vel suorum exiterit ostentatur in publico. Neqz. n. fratres idest consanguinei huius humanam & mundanam gloriam requirentes fideliter credebant in eum estimantes eum vanegloriosum & glorie hominum amatorem & cupidum. Facis inquiunt miracula sed in abscondito. annotesce & appare hominibus: vt laudari possis ab omnibus. Putabant enim qz laus & fauor mundi esset fructus virtutum & miraculorum suorum. Et quia suggerebant ei malum. scilicet gloriam mundanam querere ideo recusauit & eis non adquieuit: vt daret nobis exemplū non querendi gloriam huiusmodi: dicens. Tempus meum. i. glorie mee manifestande nondum aduenit quia post resurrectionem manifestanda erit tempus autem vestrum. i. mundane glorie: quo & mundi laude hominumqz fauore & vanagloria decipiamini semper est paratum. i. mundi gloria quam affectatis & queritis semper est parata vobis. Ea enim que omnibus horis mundus exhibet queritis. i. honores. diuicias. & delicias. & ideo sicut vos tempori parati estis. ita tempus paratum est vobis. Abundant ergo habent tempus glorie quia eadem amant que mundus & mundo consentiunt & ideo qz querunt semper inueniunt sancti vero qui querunt gloriam spiritualem. non habent hic tempus paratum: quia vituperant que mundus amat: mundum contemnunt. Et ideo dicit. Non potest mundus. i. mundani odisse vos: quia cū mundo conuenitis: & de amatoribus estis & similium in voluntate: & voto & opere non est odium sed amor & amicitia. Unde Crisos. Qualiter eos mundus odit qui eadem cum mundo volunt & pro eo studēt. Me autem & meos odit propter dissimilitudinem que & in voluntate voto & opere: quia opera eius mala non approbamus. sed magis redarguim⁹.

Sicut autez due glorie: ita diuersa sunt festa mundani enim habent festa temporalia. s. gaudere. epulari ⁊ huiusmodi delicias exteriores. sancti vero habent festa spiritualia que consistunt in delectationibus spiritus. ⁊ ideo bene subdit. Vos qui gloriam mundi: ⁊ festa gaudioz mundanoz queritis ascendite ad diez festū hunc in quo videri ⁊ videre in vanitate ⁊ concupiscentia vultis. i. ad festum leticie tēporalis. Ubi laus humana ⁊ voluptas queritur vbi carnalia gaudia extenduntur: ego qui talibus non delector. non ascendam. s. vobiscū ad diem festū istum. ⁊ hoc modo sicut vos vultis. s. querere gloriam q̄ tempus meum id glorie mee secundū humanitatem: ad quam perueniendū est impleta prius humilitate. nondū est impletū. nonenim nisi impleta humilitate passionis: sequitur tempus glorie ⁊ immortalitatis. Uel vos ascendite ad diē festū hunc idest ad principiū solemnitatis huius: q̄ videl magis vacabant epulis ⁊ leticie in principio festi q̄ in fine. ego aūt non ascendam ad diem festū illū. s. primū: q̄ tempus meū nondū est impletū. Tempus enim aptū doctrine veritatis ꝓpter q̄ saluator venerat. non erat sic in principio solēnitatis propter predicta sicut circa finem q̄ tunc paratiores sunt omnes ad doctrinam. Dicendo aūt vos ascendite. nō consulit nec precipit nec eos ad talia inuitat sed predicit ⁊ p̄mittit ⁊ ostendit quid ipsi querebant qui mūdana adhuc tantū sapiebant. Isti semper volebant esse in festo ⁊ non in vigilia qui semper volebant habere mūdi laudem ⁊ voluptatem. ⁊ nullam ferre mundi molestiam. Similes sunt multi in presenti vita qui semper volunt habere festa: ⁊ ideo in futuro facient vigiliam. volunt enim modo esse in commessatione ⁊ ebrietate ac risu ⁊ vanitate. ⁊ ideo semper erūt in fame ⁊ siti: ⁊ fletu: ⁊ tribulatione. Istud autez festum diabolicū triplici de causa non est faciendum. Primo q̄ hec vita est vigilia. ideo debemus ieiunare ⁊ peccata nostra plangere nire. Unde Matthei. Beati qui lugēt: ecce vigilia quoniam ipsi consolabuntur. ecce festū. Sed vani homines volūt hic festum facere ideo veniēt ad vigiliam. Unde luce. Ue vobis qui saturati estis: ecce festū quia ebrietatem ⁊ stultum festū. sed debet expectare quousq̄ ad patriam suam redeat: patria autem nostris est regio celestis que nos expectat. ⁊ quia peccatores de hoc exilio patriam faciūt. ideo patria celesti exules ⁊ banniti semper erunt. Tertio quia ista vita est locus laboris. ⁊ ideo serui dei sunt in labore continuo. ⁊ de labore veniunt ad quietem vani autem homines volunt esse in ocio. ⁊ ideo de ocio veniunt ad laborem. Hic ergo ostenditur discretio seu distinctio bonorum a malis. tempus enim glorie malorum semper est in presenti. vbi dies mali sunt ⁊ mali florent. tempus vero glorie bonorum erit in futuro. quando cum christo regnabunt: ad quam gloriam per passiones ⁊ tribulationes perueniunt. Dicant ergo deuicti alijs ad conuiuia: ⁊ lasciuias eos inuitantibus. Uos ascendite ad diem festum hunc: nos qui talia non appetimus. non ascendimus. Non enim debet seruus christi in talibus delectari: q̄ delicatus miles est qui vult simul gaudere cuz seculo ⁊ regnare cum christo. cum dictum sit ve his qui in bonis ducunt dies suos. quia in puncto hore descendent ad infernū nouissima receperunt enim bona in vita sua. Unde Augu. Scimus recti corde tempus glorie nostre nondum venit. Dicatur amatoribus huius seculi: quales erant fratres domini. Tempus vestrum semper est paratum tempus nostrum nondum venit. Audeamus enim ⁊ hoc dicere ⁊ nos. Et quoniam corpus domini nostri iesu Christi sumus: quoniam membra eius sumus. quando caput nostrum gratanter agnoscimus. dicam⁹ prorsus quoniam propter nos ⁊ ipse dignatus est dicere. quando nobis insultant amatores huius seculi dicamus eis. Tempus vestrum semper est paratum tempus nostrum nondum venit. Nec Augu. Tempus etiam diuitum semper est paratum q̄ est in bursa eorum. Si enim est frigus bene se induūt. vel aliter calefaciūt si est calor habēt domos frigidas. vel subuentiones alias. ⁊ similiter in alijs defectibus corporum promptum' habent remedium. ⁊ ideo tempus eorum semper est paratum. Pauperes vero totum habent contrarium. sed aliter erit in alio seculo. Nec cum dixisset iesus mansit in galilea ex ratione supradicta. Postq̄ autem ascenderunt fratres eius duobus diebus transactis latenter ascendit sine eis. Sicut enim noluit esse in principio festiuitatis. ne fratribus suis malum persuadentibus videretur fauere: sic noluit se omnino subtrahere. nec doctrinam salutis obmittere quam venerat docere. Ascendit ergo ad diem festuz sed nō ad illum ad quem fratres eius ascenderūt. nec vt illi. Cmanifeste ⁊ cum magna comitiua nec vt videretur ab hominibus. ne occasionem maioris inuidie daret iudeis. quia non cupiebat gloriari temporaliter. Sed ali

quid docere salubriter. homines corrigere de festo eterno admonere. amorem ab hoc seculo auertere. sed ascendit quasi in occulto. in hoc condescendens fidelibus. q̄ timore mortis occultandi erant ⁊ ne se hoibus ostendēs fauorem humanum quereret q̄ dies festus domini non exterius sed interius non facie sed in mente agitur. de quo in psalmo dicit q̄m cogitatio hominis confitebitur tibi ⁊ reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Sic ergo age diem festum si ad tuā festinitatem vis venire iesum. Qui enim agūt in manifesto. ⁊ vt ab hominibus videantur. receperūt mercedem suam. Ubi Beda. Bistice aūt designat q̄ singulis q̄busq̄ carnalibus humanā gloriā querentibus dñs manet in galilea: q̄ interpretatur transmigratio facta. idest i mēbris suis: q̄ trāsmigrāt de vitijs ad virtutes: ⁊ in eis proficiūt. Postmodum vero dñs ascendit q̄ mēbra xpi non huius vite sed eterne gloriā q̄rūt. occulte aūt dñs ascēdit: q̄ eis gloria eius ab intus idest de corde puro: ⁊ ꝑscientia bona ⁊ fide non ficta. Nec Beda. Nūta q̄ dñs. docturus' miracula. imo in oibus magnis operibus potentie ⁊ virtutis sue gloriā fugit. nolens socios habere vel nūcios preambulos vt patet hic ⁊ in plurib⁹ alijs. Quasi diceret. quanto maior es humilia te in omnibus. In operibus vero humilitatis turbam comitē habuit: veniens ad passionem ⁊ discipulos p̄misit: vt sibi asinam ⁊ pullum adducerent. Et comesturus agnū pascalem. p̄misit q̄ ꝑpararent locū: sed hoc fecit in tanti sacramenti misteriū q̄s non dz sumi nisi cū magna p̄paratione virtutū ⁊ bonoz operū. Judei ergo cōiter querebant eū in die festo antequā ascenderet: q̄ non viderāt eum adesse cum fratribus ⁊ dicebant. Ubi est ille s. talis ⁊ tantus predicator. ⁊ miraculoz operator. Non nominant eum nomine ꝓprio. tam querentes eum animo bono quam malo. Quidam enim querebāt eū desiderio addiscendi vt eius doctrinam deuote audirēt. alij desiderio malignandi vt cum interficerent. alij vana curiositate vt viderent. Illi ergo qui querebant eum ex odio dedignabantur eum nomine ꝓprio nominare: q̄ nomē fatū fuit eis graue: sed illi q̄ querebant eū ex deuotione non audebāt eū nominare vel ita reputabant eū famosum ⁊ autenticū. q̄s nō apponebat nomen ꝓprium exprimere: vani aūt non curabant de suo nomine. Et erat murmur de eo in turba: ⁊ dissensio propter cōtrarietatem opinionem de eo. quidam. n. scilicet qui pia intentione querebant eū dicebāt. q̄ bonus est approbantes eius doctrinā ⁊ miracula. alij aūt ex qui mala intentione querebant eū dicebant non. sed seducit turbas victa eis⁹ ꝓsequētes ⁊ opa. Ubi Crisо. Illā q̄dē estimo opinionem multitudinis esse hāc vero principū sacerdotū. videos vtiq̄ principatum corruptū. eos aūt qui principatui subijciuntur. sanos iudicio nemo tū. s. illorum qui dicebant: q̄ bonus est. palam loquebatur de eo propter metū iudeoz. scilicet principaliū ne extra synagogā ⁊ congregationem fieret alioz. Ex quo patet q̄s principes populi illius dicebant enim seductorem. ⁊ maior pars dicebat contrarium. Seducit turbas clarius sonabant sed bonus est ꝑius susurrabant. Ecce quantum deprimitur veritas ⁊ extollitur falsitas. Quidam erant ibi formidulosi ⁊ timidi qui in christum credebant sed veritatem dicere non audebant ⁊ ideo in veritate peccabant. Tribus enim modis secundū Crisо. in veritate quis peccare potest aut veritatem pretimore tacendo aut ipsam veritatem in mendacium cōmutando aut ipsiz veritatem non defendēdo. De primo dicitur. Alij dicebant q̄ bonus est. nemo tū palam loquebatur de illo propter metum iudeoz. Ut dicit Aug. Uter q̄ est reus apud deum. ⁊ qui veritatem tacet. ⁊ qui mendacium dicit ille q̄ prodesse non vult. iste q̄ nocere desiderat. De secundo subditur alij autem non sed seducit turbas de talibus dicit apostol⁹. cōmutauerūt dei veritatem in mendacium. De tertijo dicitur multus murmur erat de eo in turba. Murmurabant quidem de eo q̄ pharisei xp̄m sequebantur: sed tamen eum non defendebant nec aperte resistere audebant. cum tamen dicat sapiens vsq̄ ad mortem certa pro iusticia. De omnib⁹ seruis christi hoc idem dicitur. Sed mirum si de eis iniqui homines aliquando male loquūtur: cū de ipso dei filio talia loquerentur. Unde Augu. De omnibus seruis eius intelligendum hoc dicitur modo: Quicunq̄ apparuerit in aliqua gratia spirituali. alij dicunt bonus est. alij non sed seducit turbas. Q̄s dictum est ergo de domino. valet ad consolationem nostram. de quocunq̄ hoc dictum fuerit christiano. Nec Augus. Sed si bene consideras hec malorum derogatio: commendatio est. Unde Grego. Stultum valde est: si in illis placere querimus quos non placere deo scimus. Perversorum autem derogatio vite nostre approbatio: quia tam ostenditur aliquid iusticie nos habere. si illis displicere incipimus: qui non placent deo. In omni igitur q̄ de nobis dicitur. semper tacite recurrere ad mentem debemus interiorem te-

stem ⁊ iudicem querere. Quid enim prodest si omnes laudent: cū conscientia accuset. Ad quid poterit obesse: si omnes derogent ⁊ sola cōscientia defendat. Unde ⁊ Boetius. Ita q̄ nihil est q̄ admirer: si in hoc vite salo ci cūstantibus agitemur procellis: quibus hoc maxime propositum est pessimis displicere. Unde etiam Seneca. Tam turpe est laudari a turpibus: quam laudari ob turpia: vel esse turpem. Et iterum. Nemo mihi plus videtur estimare virtutem: nemo illo magis deuotus quam qui boni viri famam perdidit: ne conscientiam perderet. Honesta turpitudo est p bona causa. Nec Seneca. Jam autem die festo mediante. idest in medio solemnitatis. Et licet die quarta. quando etiam deus ab initio mundi choruscare secit lumen in celis ascendit ihesus in templum publice: q̄ ibi erat locus communis aptus doctrine ⁊ docebat: q̄ in principio festi hys que festi erat magis intendebant. ⁊ ideo postea xp̄m attentius audiebant. Euangelista quandoq̄ more indeorum dies septem quibus celebritas durabat. diem festū propter vnam festiuitatem appellauerunt. Octauus autem dies de integritate scenophegie non erat: ⁊ tamen totus celebris manebat. Fiebat enim in eo collecta ad opus pauperum: ⁊ in necessitatibus fabrice ⁊ vtensilium eius. Et quidam de turba dicebant eū vere propheta ⁊ xp̄m. Alij dicebant eū habere demoniū. quod patet manifeste falsum q̄ demonia expellebantur per ipsum. Dominus autem non turbatus sed tranquillus nō reddidit maledictum pro maledicto: sed tranquille ad omnia respondit. In quo secūdum Bedam. nobis pacientie reliquit exemplum: vt quotiens nobis ab aliquo falsa obiciūtur conuicia: pacienter tolleremus: ⁊ vera q̄ posumus non obiciamus: sed salutaria monita predicemus. Et querebant apprehendere eū ad occidendum: sed repressi sunt diuina virtute: ⁊ nemo misit manus in illum. q̄ nihil ei facere poterant: nisi quantum. ⁊ quando ipse permittebat quia nondum venerat eius hora. i. ab eo ordinata de captione sua. Volutum enim premissa longa serie preconum oportuno tempore nasci ⁊ similiter predicato euāgelio oportuno tempore mori. Quidam autem de turba humiles ⁊ pauperes predicatio ne ⁊ miraculis eius moti credebant in eum verba ⁊ facta eius glorificantes. Non dicit de principibus quia quanto maiores erant tanto magis insaniebant. Audientes autem pharisei turbam de illo bona secreto murmurantem: ⁊ cum glorificantem: q̄ turbe non audebant confiteri in palam. ⁊ propter contrarias de eo opiniones dissentionē in turba factam inuidia cōmoti miserūt ministros. i. satellites prefidio. quoo ad hoc cōduxerant vt cum apprehenderent. Nō sunt ausi ille personaliter ad capiendum xp̄m timore turbarum: sed miserunt ministros tanq̄ periculis expeditos q̄ taleo persone pleni precio. non timent se periculis exponere: Ipsi quidem maiores stantes in littore. non timent alios submergere. Iniani audito murmure. q̄ xp̄s a turba glorificaretur: ⁊ tanta bona de ipso. dicerent doluerunt valde querebant cum occidere. Dixit ergo eis ihesus. erudiens ad salutem etiam pertinaciam peruicaciam. Adhuc modicum tp̄s vobiscū ius: Quid festinatis me interficere parum tp̄s. i. septem mensium. expectate. Q̄s modo facere vultis facturi estis: non modo. q̄ iam nolo. Quasi diceret. Non modo impiebitis q̄ vultis: q̄ adhuc modico tpe volo manere in populo ad docendus ⁊ miracula faciendū: In vanū laboratis: ⁊ vos: ⁊ princi pes vestri q̄ non in vestra: sed in mea potestate est: vt me apprehendatis. Expectate dū tempus adueniat. cito vos relinquam ⁊ perfecto opere redemptionis propter quod vobiscum sum vado quasi spontaneus. i. per passionem ⁊ mortem: ad eum qui misit me. scilicet ad patrem. Implere debeo meam dispensationem predicando. i. ⁊ miracula faciendo ⁊ sic peruenire ad meam passionez cōpleto dispensatiōis officio quetis me ⁊ nō inuenietis. Nocsm Augustinū fuit post xp̄i ascensionem quando multi iudei compuncti ad predicationem apostolorum crediderunt. Illud autem quotidie accidit. q̄ xp̄m multi querunt ⁊ non inueniunt q̄ querunt eum non ibi vbi est sed vbi non est. xp̄s non est in delicijs nec in diuitijs nec in honorib⁹ ⁊ ideo non ibi inuenitur. vnde in Job. non inuenitur in terra suauiter viuentium. ⁊ ius ad delicioso. abissus dicit non est in me: ⁊ tum ad auaros. quorum cupiditas non habet fundum ⁊ mare loquitur non est mecū. quantus ad superbos qui semper sunt tumidi ⁊ inflati. Inuenitur autem in humilitate. paupertate: ⁊ asperitate: q̄ ibi est. Sita enim tria xp̄s in hunc mundum veniens secū portauit ⁊ cum istis nasci voluit. Unde in Luca. inuenietis infantem: ecce quanta humilitas pannis inuolutum. ecce quanta paupertas ⁊ positum in presepio ecce quanta asperitas. In nouissimo autem die festiuitatis. i. die septimo q̄ sicut p̄m⁹ erat celeberrimus ⁊ in quo maior erat populi concursus. vel in nouissimo idest octauo q̄ peractis septē dieb⁹ festiuitatis tabernaculorū in octauo die erat festū cetus vel collecte: ⁊ dicebat. Illa dies sanctissima in lege quia figurabat congregationē sanctorū in superna felicitate stabat ihesus firme qui se nūq̄ deflectebat a rectitudine. ⁊ constanter clamabat predicando verbum dei publice. Vocat vīo ihesus non vtrūq̄ loquendo: sed clamando vocis intentione vt omnes possent eū audire. In quo ostendit sui seruoris desiderium ⁊ affectus magnitudinē: ad nostrā informationē. ⁊ salutē secundū Crisostō. Primo de laudibus ⁊ sacrificijs dediti erant intermedijs diebus epulando coram domino voluptati vacabant. in vltimo die feruentius audiebant: vt doctrine aliquid secū recedentes portarēt. ⁊ ideo illo die dominus magis doctrine instabat: ⁊ quasi viatica salutis in doctrina dabat: que percipientes secū meditarentur vsq̄ ad aliud festū quo iterū doctrina perciperent. Septē autez illi dies significant septez festa cordis que domino agimus in quoꝝ primo sacrificiū laudis offerimus: quinq̄ autez sequentibus refectiones coram domino recipimus. primo quidem in pane lachrymaꝝ pro peccatis: secundo in confortatione conscientie ⁊ refectione virtutis: tertio in pane serenate conscientie a peccatorum reliquijs: quarto in refectione desiderij: quinto in consolatione spiritussancti: sexto in refectione sacramenti. septimo die surgit ihesus reficiens in pane verbi. Quid aūt docebat subditur. Si quis sitit: scilicet intus idest desiderat aquā gratie: doctrinā vite ⁊ gratiaz spiritussancti: neminez cōpello: sed si quis multū desiderat ⁊ feruens desiderium habet: hūc ego voco. Generaliter loquitur: si quis nullū excipiendo cuiuscūq̄ status ⁊ conditionis: quilibet secūdū suā sitim potū inueniet apud deū. Si quis inquā sitit veniat ad me fontē aque viue: veniat aūt non corporis sed fidei forma te passibus: non pedibus sed affectibus: non migrando: sed me amando: ⁊ ab amore mūdi recedendo: ⁊ bibat: habundanter aquam sapientie salutaris ⁊ spiritū sanctū: non solum ad sufficientiā sed etiaz ad redundantiam: ⁊ tūc flumina aque viue purgantis mentis ac vinificantis: ⁊ semper agentis scilicet doctrina sacra ⁊ dona gratiaꝝ: ac beniuolētia que vult consulere proximis fluent habundanter de ventre eius interioris hominis. i. conscientia cordis ad alios per redundantiā q̄ fides ⁊ bonitas vnius fidelis debet ad alios derivari: non enim fluunt aque vine de eius vētre qui quod bibit putat sibi soli sufficere. Si aūt proximo consulere festinat ideo non siccatur q̄ manat. Propter quod admonendo dicit

Petrus. vnusquisq̄ sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. dominus vocat illos sanctos qui sunt vacui ab amore mundi. ad aquas gre. i. ad amorem dei. Unde Aug. Si habitat amor mūdi in te non est quo intret amor dei in te. Uas es sed plenum es. Funde q̄ habes vt recipias q̄ non habes. Funde amorem seculi vt amore dei impleariis. Nec Aug. Uocatur autē secundum Crisō. ip̄s sanctus flumen q̄ sicut flumē nō reuertitur nec stat: sed semp currit. sic ⁊ illi q̄ habent ip̄m spiritū sanctū. non reuertūtur ad peccata nec stant per otium sed semper currunt ad sortia. Dicit quoq̄ spiritussanctus aqua viua q̄ si aliquis hys gratie ꝓtinuationē ⁊ perseuerantiam sine qua nihil valerent omnia precedentia. Unde Ber. Tolle perseuerantiā nec obsequiū mercedem hys. nec beneficium gratiam: nec laudem fortitudo. Ministri ergo sermonibus eius delectati ⁊ doctrine sue verbis capti. redierunt se excusantes ⁊ dicentes: q̄ nunq̄ sic locutus est homo sicut hic homo loquitur. Quasi dicerent. Ita bene loquitur q̄ non videtur homo purus sed plus propter qō temerarius esset ponere super eū manus. Utinam ⁊ vos presentes fuissetis. Utinam ⁊ vos eius verba audissetis. Nunq̄ forasse vlterius aduersus eum aliquid agerētis. Pharisei ergo inuidia moti reputabāt eos seductos sicut ⁊ turbam que de facili potest seduci per ignorantiam in quos ⁊ maledictos dicūt ꝓm illud Deutro. maledictus q̄ nō pmanet in lege. i. me vt dicit Aug. fit ista maledictio. ita est ⁊ nūc est in ecclesia q̄ simplices ⁊ laici sunt aliqñ deuotiores q̄ alij. Fm illud ysaie. cognouit bos possessorem suū. ⁊ asinus presepe domini sui israel aūt me non cognouit. Et q̄ xp̄i doctrina ministroꝝ preconia populoꝝ fides. pharisēos a sua malitia non traxerant. surgit ad hoc Nycodem⁹ qui ad ihesum nocte venerat. qui ⁊ vnus ex ipsis erat. ⁊ legis auctoritate nititur eos a persecutiōe ⁊ captione xp̄i compescere ac xp̄m in quem occulte credebat excusare ex lege. dicens nūquid lex nostra homines iudicat: nisi prius audierit ab ipso ⁊ cognouerit quid faciat. Nemo. n. Fm legem ꝓdemnat: nisi ex se ꝓfessus: vel ab alijs quictus ⁊ presens nō absens: q̄ in damnatione hominis non leuiter est procedendū. Nam et Fm leges ciuiles diligens inquisitio debet precedere sententiam. Sed illi volebant peruerse ante esse damnatores q̄ cognitores. Credebat Nycodem⁹ si tūm do dūm ihesum vellent pacienter audire q̄ verbum xp̄i esset tante efficacie. q̄ forte similes fierent illis qui ad tenendum eū

missi fuerant. & ad verba eius uersi sunt in eo facto ad q missi erant & crederent sicut ii ú crediderũt. Erudeo volebat p hoc eos ido cere ad audiendũ xpm. vt querterent p verba eius sicut & ipse fuit conuersus. Pharisei vero inuidia & tracũdia agitati non recipientes de veritate persuationez: sed magis Nicodemo contradicentes tandez reversi sunt cõ fusi in domum suam & in propriam. nullo p fecto negotio. vacui fide & fraudati a malo desiderio suo. vel in domum suam. i. in propriam cordis malitiam. San infidelitatem & impietatem suã valde volentes q facere nõ potuerunt voluntatis sue propositum: q cõsilium eorum per diuisionem fuit dissipatũ. Jesus aũt qui misericordie visceribus habũ dabat prerit in montem oliueti. in cuius late re bethania erat & domus Marthe. i qua hospitare solebat. nam dño hanc sibi consuetudinem fecerat: vt per diez qñ hierosolimis erat in diebus festis: in tẽplo p̃dicaret. signa & miracula ostenderet. & in sero reuertebatur in bethaniam. vt ibi hospitando quiesce ret.

Oratio.

Omnine iesu xp̃e. Da mihi cordẽ & desiderio ascendere ad diẽ festuz so lẽnitatis eterne & me semper ad illã p̃parare. vt cũ tps visitationis tue aduenerit ad ꝓemplandũ te facie ad faciem merear il lac feliciter gaudere. O fons aque viue sitio & desidero ego miser gratiã tuaz. venio & su spiro ad te toto affectu regressum da ergo mihi bibere & tam habũdanter de ea percipere. vt dona gratiaꝝ & mihi sufficiant. & p benuolentiã a me primos fluant eiusq; ꝓficiãt: vt tu videãs in me opus misericordie. mouca ris amplioꝛẽ gratiã mihi infundere. Amen.

¶ De muliere in adulterio deprehensa.

Capitulum. lxxxiij.

Equenti autem die itc

rum diluculo venit iesus in templũ in quo ostenditur in eo zelus animarum. & omnis populus venit ad eum. in quo patet deuotio audientium. & sedens docebat eos de salute animarum. Scribe vero qui habebant noticiam scripturarũ & pharisei. qui vt debantur p̃ alijs religiosi. inuidentes & insidiantes ei. q; sciebant eum mansuetuz: & misericordie predicatorem. & ob hoc habere populi gratiam & fauorem adduxerunt ei mulierem in adulterio deprehensam. & ob hoc fm legem lapidandam. & statuerunt eam in medio vt omnium ore condemnaretur ad mortem. temptando expectantes christi sentẽtiam. & querentes qui d de ipsa faciendus esset. vt si eam lapidari iudicaret quasi crudelem & contrarium misericordie cum arguerent. & non habentem misericordiam qui populo predicabat. propter quam etiam populus eum diligebat si autem dimitti deceret quasi contrarium iustitie & preuaricatorem legis que adulteram lapidari precipit. cum ipsa adultera reum mortis iudicarent. Putabant deum vel immisericordem esse in iudicando vel inutilem. De iustitia facienda non curabant sed christum in sermone capere volebant. Ipse autem vtrancq; calumniam prudenter euitauit: quia & iustitiam in iudicio seruauit & a misericordia nõ declinauit. Protulit enim iustum iudicium salua misericordia. & sic suuz sermonem temperauit vt & legi non contradiceret. & pietatem non admitteret. Non tamen statim iudicauit: sed ꝓus inclinãs se humiliter a rigiditate iustitie digito scribebat in terra tanq; fm Aug. illos tales in terram scribendo significaret: non in celo. Sedem Alcbuinum per terram cor humanum ostenditur: quod bonarum vel malarum actionum solet reddere fructus: per digitum autem qui articulorum compositione flexibilis est. sublimitas discretionis exprimitur. nos ergo instruit vt auditis malis proximi non statim ea temere iudicemus sed prius ad conscientiam cordis humiliter reuersi digito discretionis ea sollicite discuramus. nos etiam ipsos si sine peccato sumus intus discutiamus: Judex igitur qui audit accusantes non debet statim dare sniam sed discutere. & ea que audit deum in corde scribere. i. discrete. ingrere. & q̃ agenda sunt videre. Digito q dẽ dño i terra scribebat. ac si eis diceret. Vos legis mihi testimonia asserit. & legis verba narratis q legẽ ipsam nõ intelligitis. Nic est digitus ille q quõdã ipsam legẽ scripsit lapide. Precepit enim lex nullieꝛẽ huiusmodi lapidare: sz nõ sicut vos intelligitis. neq; a talibus qualeꝭ vos estis ꝓuaricatoꝛes legis legẽ splere cupiebãt. Unde cũ in temeritate pleue rarent. interrogantes eũ erexit se ad eoꝝ importunitatem reprimendam & proposuit eis sniam iustitie dicens. Qui sine peccato ẽ vestrum: primus in illam lapidem mittat. sine peccato. i sine crimine. Potest. n. aliquis sine crimine esse: sed vix sine peccato. quasi diceret. Ascendat vnusq; tribunal mentis sue. & inueniet se peccatorem esse. Aut ergo illaꝝ dimittite. aut simul cum illa penam legis accipite. Puniatur peccatrix: sed nõ a peccatoribus ipleat lex quã allegatis: sed nõ a legis preuaricatoribus. Primus iusti sitio postea re ambpuniatio. Ecce plena iustitia vt iuste non

lapidat non reus. Ubi Aug. Non dixit nõ lapidetur ne ꝓtra leges dicere videret. absit aũt vt diceret lapidetur. venit enim non ꝓdere qd̃ fuenerat. sed querere q perierat. Dec Aug. Si quis ergo in mortali est neminem iudicare debet: q; qui aliũ iudicat de illo vel consimili quo ipse teneꝛ obnoxius ipsuz in hoc damnat vel damnandum ostendit. Ergo antequam aliquem iudicemus. q̃scientiã nostraz videamus. & iusta examinatione diiudicemus. Rigoꝛ enim diuine iustitie exigit: vt nemo alium de crimine arguat. accuset. testimoniuz ferat. iudicet. si de pari vel de maioꝛi redarguendus est. Sed nos hunc rigoꝛem nimio tẽperamus. & magis q̃ iustuz est relaxamus. Audi de hoc & Senecaz. Te primum exhibe bonũ. & sic quere alteꝝ similez tui. Uide si adhuc malus es: & similib⁹ ꝓce. Dec Seneca. Quid aũt dño in terra scripsit ad litterã incertũ est. Aug. tñ dicit q̃ scripsit illud q voce expressit & eis respondit. s. q̃ q sine peccato est vestrũ. &c. Et sic ipse fm modum iudicialẽ suã sniam primo scripsit. scdo protulit Piero. aũt in quadã epistola videt velle eum scripsisse. terra terra absorbe viros istos abdicatos. Uel fm Amb. terra terram accusas. Uel fm quosdã primo se inclinans scripsit verba h̃. terra terra terra: mea est ergo tua. meũ est iudicium meũ est iudicare illuz vel illaz. secũdo vero se inclinans scripsit terra terram accusat meum aũt est iudicium. Uel fm glosam scribebat peccata eorum: vt eos ostenderet ineptos a tã huius finis executionem que illi legentes pre verecũdia exierunt. Et erat illa scriptura tante virtutis. q̃ quilibet eoꝝ cognoscebat in ea peccata sua. Non scribebat per singula. sed potuit facere virtute diuina. q̃ in aliqua figura ab eo protracta. quilibet eoꝝ videret sua propria peccata & non alia. Et iteruz se inclinans scribebat eadez denuo in terra. Quasi diceret. Si ista est peccatrix & vos similiter estis peccatoꝛes. Eadẽ denuo inclinatus scripsit vt ostẽderet maioꝛem sententie sue firmitatẽ & eos a tanta visione indignos esse. Unde cum eos sola iustitie percutisset: non est dignatus eos attendere: se obtutum ab eis auertit. In quo docet nos sicut prius ante conceptionem alterius. ita & post nosipsos humiliter inuestigare. ne idez vel aliquid simile in nobis sit. Inclinauit se & vultuz alio vertit. benignus dominus. est p̃ emulis & aduersarijs suis. quasi dissimulans: vt a stultitia sua declinarent. & vt eoꝝ verecundie consuleꝛe. liberam exeundi facultatem eis daret. Quos citius exituros q̃ plura interrogaturos preuidit.

bat. Si enim eos intuetur in facie magis erubescerent exire. sic ac simile: ac confusis condole: & in faciem noli respicere. Dic instruimur xp̃i actione: qualiter in iudicando proximoꝝ defectibus: fidelis q̃sq; debeat se habere. Nã quod scienduz quod primo debet homo ante oculos cordis peccata & defectus ꝓprios scribere: vt sic seipsum iudicet: & tunc dignioꝛ sit alios iudicare: questio vtrum peccatoꝛ possit iudicare & reprehendere alios. Ad q̃ dicendum q̃ iudicans aut est irretitus soluz communibus peccatis & leuibus: & tunc ad corripiendum non redditur indignus aut eodem peccato vel maioꝛi de quo corripit aliũ & tũc aut peccatum corripientis est manifestuz aut occultum. Si manifestuz tunc non potest corripere ꝓpter proximi scandalum. Si occultum aut penitet & tunc potest cuz humilitate corripere alios: vt & ipsi de suis peccatis penitẽant. aut non penitet: & tunc nullo modo dignus est alios reprehendere: quia talis correctio non procedit ex caritate vel vitij detestatione. quia alias prius detestaretur in se q̃ in alio nec homo debet plus diligere proximum q̃ seipsum. immo in hoc casu in quo ipse alium iudicat seipsum condemnat. Ex hac aũt ꝓpriop defectuũ consideratione innascitur ho mo intuitus: & hoc humilitas docet in inclinatione dñi deorsum vsq; ad terrã. Secũdo debet etiã homo antequã aliũ corripiat cũ summa discretiõe disquirere duo. primo persone dispositionem an scilicet sic sit dispositus: vt ex hoc emendet. aut non: secũdo facti qualitatẽ & circũstantiã. an scilicet factũ q̃ reprehendit in alio: sit secũdũ se malũ & tũc debet corripere aut ad vtrũlibet vt. s. bene fieri possit & male. tũc ẽ in meliorẽ partẽ interpretandũ. Tertio debet disquirere ꝓpriã intentionẽ. an scilicet ex caritate mouebat ad talẽ correptionez. vel ex propria ostẽtatione vel ex passione vel suspitione de talibus iudicijs temerarijs dicitur alibi nolite iudicare vt non iudicemini. Abiit discessit omnes vnus post alium. q; omnes peccatoꝛes se esse sciebãt. quod & ipso abscessu de se confessi sunt incipiẽtes a seniorib⁹ tũ q; grauioꝛibus implicati erant peccatis & criminibus. tũ q; melius cognoscebãt equitatẽ sententie prolate: & euanuerũt eoꝝ astucie. Et remansit iesus solus scilicet ab illis calumniatoꝛibus: q; discipuli & multitudo populi manserũt cũ eo. & mulier stans in medio. Relicti sunt duo. Iesus misericordia & mulier miseria. Et merito remansit misericordia cũ miseria: q; misērie necessaria ẽ misericordia. Posito ergo timoꝛe iustitie. cõsequẽter ipse ipsius tẽperat dulcoꝛe misericordie. Nã cõsurgens de

rit velociꝰ & peruenit citius. Usi & Crisо. Ut deus ꝙppe nos arbitrij creauit deus. vt voluntate nostra cū adiutorio dei q̄s volumus faciamus. Si publicanus es. potes fieri euangelista si blasphemus es. potes fieri apostolus si latro es. potes paradisi colonus effici: si magus es. potes deum adorare. Nec est vlla malitia q̄ penitentia nō soluatur. Et ideo tanquam ꝑcipua malignitatū elegit xp̄s. vt nemo vlq̄ in finem sementiꝑm desperet. Noli mihi dicere perij noli mihi dicere peccaui. Et qdem medicū habens satis sortiorem te. & potentiorem quā infirmitas tua est. Medicum habes voluntatem tuā si volueris. emēdantem & potentem & cupientem. Cū enim non subsisteres fecit te: & q̄ puersus es effectꝰ multomagis emendare te poterit. sed forsitā dices. Quō poterit peccator similis esse sanctis. Noli requirere qua arte. noli scrutari rōnem: sed crede clementie & benignitate diuine. sed dicis grandia sunt peccata mea. & immensa scelera mea. Et qo est sine peccato. sed ego: inquiꝭ pessime. & sup omnem hominez sufficit tibi ad placandū deum. peccare desinere & benefacere. Dic tu prior inquit iniquitates tuas & iustificeris. Recognosce q̄ peccasti. & si agnoueris. initium correctionis factum est tibi. suspira. mestus esto effunde lachrymas. Nec enim aliud quid effudit meretrix illa. sed lachrymis penitentiam sociauit & ipsa comite peruenit ad ꝑtem hec Crisо. Unde & Greg. Ab spei ergo certitudine nulla nos malorꝫ nostrorꝫ qualitas. nulla quantitas frāgat. Idcirco. n. omnipotens deus electos suos in qbusdā lapsibus cadere ꝑmittit vt alijs in culpa iacentibus. si toto ad eū corde consurgant spem venie reddat. & eis parlamenta penitētie viā pietatis aperiat. Quia qui multos a suis iniquitatibus taz sanatos aspicimus. quid aliud quam superne miseri cordie pignus tenemus. Et iterum. Quid ita q̄q̄ in hac re debemus aspicere. nisi immensam misericordiaz conditoris nostri qui nobis velut in signo ad exemplum penitentie posuit eos quos per penitentiā viuere post lapsum fecit. Etenim nihil in his aliud video. nisi ante oculos nostros posita spei & penitētie exēpla. Omnipotens deus vbiq̄ oculis quos imitari debeamus: obicit vbiq̄ exēpla sue misericordie opponit. Usi & Aug. Quecunqꝫ necessitas cogit peccatorem ad ꝑnitentiam: nec crimiꝭ quantitas: nec ꝑpe brevitas: nec vite enormitas: nec hore extremitas excludit a venia si perfecta fuerit voluntatis mutatio. si in amplissimos sinus mater caritatis filios ꝑdigos suscipit reuerentes. Et iterum. Pa-

ter tradidit filiū suuz quo redimeret seruos: misit spūm sanctū quos suos adoptaret in filios filiū dedit in pretiū redemptionis. spūm sanctū in priuilegiū adoptionis. se totū seruat in hereditatem adoptatio. nemo ergo de dei pietate diffidat. q̄ maior ē dei misericordia quā nostra miseria: & q̄squis ad eum toto corde conuerti mauerit. eraudiet illū q̄ misericors est. Tardius figdē et videt peccatori ventaz dare q̄ ipsi peccatori accipe. Sicut. n. festinat reum absoluere a tormento ꝓprie sue ꝑsone. si plus crucietur illū cōpassio miseri. q̄ tōm miserū cōpassio sui. Usi etiā Crisо. Crede mihi talis est erga hoiem pietas dei. q̄ nunquā spernit pniam. si ei sincere & simpliciter offerat. et si ad tēmū q̄s venerit malorꝫ & inde velit reuerti ad veritatis viā suscipit libenter & ꝑplectitur. & facit oia quatenus ad ꝑpetem reuocet statū. Usi sup illo verbo cayn maior est iniquitas mea q̄ vt veniā merear dicit Aug. Mentiris: inquit cayn mentiris maior ē dei pietas q̄ ois iniqtas. Ecce expresse apparet q̄s desperauit. & ideo dicit Aug. q̄ ipse plus turbauit deuz in desperatione q̄ in fratricidio. sicut iudas in desperatiōe q̄ in petitione. Usi Ber. O res ꝓfusa. o res monstruosa. peccator desperans de dei misericordia: cum cuncta peccata originalia. mortalia. venalia ab origine mūdi cōmissa. diuine misericordie cōparata sunt quasi vna gutta ad pelagus totiꝰ maris. Et breuiter dicendo ꝟ Augu. & Grego. Si vnus homo omnium holum peccata ꝓpetrasset & velut cayn & iudas desperasset. ꝑiret deus illi veniā denegare iurasset. si miser ille ꝙritus veniā rogasset. deus primus illi veniam nō denegasset. & testāte Augustino & Piero. peccata ꝑpetrita nō nocent si non placent. Multū ēt sperare debemus in merito xp̄i. sine quo nō possumus saluari. In merito. n. xp̄i radicata sunt oia merita nostra sine satisfactoria pene sine meritoria vite eterne q̄ nec ab offensa creatoris sumꝰ digni absolui: nec imensitatē premiū q̄ deus est digni sumꝰ assequi nisi ꝑ meritū hois dei & ꝑcipue in merito passiōis xp̄i ē sperandū. q̄ hec est miseris spāle solatiū. vñ Ber. Passio tua dñe vltimū refugium. singulare remediū deficiente sapia. nō suffragante iustitia. non sufficiente sanctitate. succurrentibus meritis. ista succurrit. Non solum aūt a desperatione: sed etiā a vana spe est cauendum: q̄ vtrobiq̄ magnū est piculum. vnde Aug. ex vtroq̄ hoies pielytantur. & sperando & desperādo. Quid igitur agit deus cum pericytantibus vtroq̄ morbo. Filios qui spe picytantur. hec dicit. ne tardes querti ad dominū. neq̄ differas de die in diē subito. n.

veniet ira illius ⁊ in tpe vindicte disp̃det te. Illis qui desperatione piclytanturquid dicit In quacūq; die iniqua ꝙuerius fuerit oēs iniquitates eius oblituīcar. Propter illos ergo qui desperatione piclitantur ꝓposuit eis i dulgentie pōm.pp illos vero q̄ ipe piclitantur. ⁊ dilationibus illudūtur.fecit diē mortis incertū. Quando veniet vltimus dies nescis. Ingratus es:q; hodiernū habes in quo corrigaris.⁊ crastinū expectas sorte nō addetur.

Sit itez.Ne desp̃ando augeamus peccatū.datus ē nos penitēte potu:rursus ne sp̃ādo angeamur.datus est nobis dies mortis incertus.Et itez latro agnouit.petrus negauit:in petro demonstr.q̄ēq; unctum nō se debere p̃sumere in latrone in ipsum ꝙuersū desperare debere.Timeat ergo bonus ne timeat p̃ sup̃biam:⁊ malus ne desperet pp multā malitiam.hec Aug.Unde ⁊ Greg.habete fratres uici fiduciā de misericordia conditoris nostri ad misericordē indicē.dū adhuc expectat cū lachrymis venite.Cōsiderantes nāq; q̄ iusti" sit peccata vestra.nolite negligere:pliderātes vero q̄ pius sit.nolite desp̃are.⁊ itez.Sic ēt nos misericordia eius reloueat. vt nullo mō negligentes reddat sit' peccata ꝓturbent vt mens in desp̃ationē non p̃ruat q:⁊ si p̃sumē tes metuimus ⁊ metuentes sp̃amus eternus regnū citius adepturi sumus.vnde ēt Crisō. ne audeamus q̄ stamus:sed dicamus nobis̄ ipsis.q̄ estimat se dare:videat ne cadat neque desp̃emus si cecidimus.sed dicamus nobis. Nunq̄d qui cadit nō resurget. etenim multi i ipsius celi vertice ascenderunt:⁊ a scena ⁊ scenitate ad angelicā translati sunt vbanitatez ⁊ tanū ostenderunt virtutē vt demones abegerint.⁊ multa signa opati fuerint:⁊ horum q̄dem plene sunt scripture.⁊ plena vita exemp̃lis nobis.⁊ itez nullus eoz q̄ in malitia sūt diffidat:nemo in virtutibus existens dormiter:neq; hoc ꝓfidat multotiens.n.meretrix p̃ transibit.neq; ille desp̃et possibile.n.est ei ⁊ p̃ mos pertransire.hec Crisō.

Oratio.

⁊ mihi misero.q: cū ad peccata que feci inspicio:⁊ supplica intelligo.q̄ p̃o his pati debeo nō parum timorem habeo'. Quid ergo remanebo quasi desperatus.sine q̄;lin.sine adiutorio. Ad te confugio ihesu xp̃e curro ⁊ festino.in quo tā tot ⁊ tantos peccatores abluto video ⁊ agnosco.tuāq; ineffabilē misericordiam exoro.vt mihi sic ꝑcedas in p̃senti meū ⁊ eū ministris tuis ꝓputationez facere. ac conseruis meis pōs sua dimittere.⁊ mea emendare:vt in futuro quando personaliter rationē ponere voluerit cū seruis tuis.dimittas mihi que tibi debeo ⁊ p̃orimus. Amen.

¶ De cā di.vxo.⁊ de par.dño ob. Cap.x

Ost hec venit Dominus ihesus de galilea in finem iudee transiordanem. Dis ꝙppe p̃uincia iudeorum generaliter dicebat iudea ad distinctionē alia ap gentiū:verūtamen meridiana eius plaga i que hitant tribus iuda ⁊ trib" beniamin. specialiter dicebat iuda ad distinctionē alia ꝓ regionum.q̄ in ipsa ꝓtinebant ꝓuincia.s.samaria galilea decapolis.⁊ reliqe alie site in ea. Narrant ergo ea q̄ in hac ꝓuincia.s.iudea fecit ⁊ docuit ac passus est dñs.⁊ primo q̄ trāsiordanem ad oriētē vbi hitabāt due tribus.s. manasse:deinde q̄ circa iordanē q̄s venit hiericō ⁊ bethaniā ⁊ hyerusalē.Et secute sunteū de galilea turbe multe.Ex quo p̃s deuotio populi ad eū q: multe seq̄bant cā sue p̃dicatōis audiēde alig cā curationis i petrāde.Ubi Lr. ⁊ secute sunt eū turbe multe.q̄si testimonialia tuaris doctrine ei" quasi oues posteē in manu ipsius genite ⁊ nutrite.p̃ducebāt eū quasi paruli filij p̃s eius pegre ꝓficiscentē.Ipe aūt tanq̄ pater ꝓficiscēs. bona pignora caritatis filijs suis reliqt ꝓ exilijs remedia sanitatum:hec Crisō.vū segtur ⁊ curauit eos ibi.s.in iudea.⁊ non aū in galilea vt gēteo in eā misericordiā seu venia q̄ iudee pabat admittere. ⁊ in signū q̄ exiudea gētib" sal" esset.Sedm Orig.sanauit dns turbas trāsiordanē.vbi baptismus dabat.q: oēs a spūalibus infirmitatibus ibaptismo saluant.Et sic p̃s q̄ euāgelista in vno verbo multa miracula sanitatū includit:q: ꝓpter multitudinē miraculoz non poterant oia in particulari describi. Deinde subditur narratio de triplici religiosoū perfectione.s.cōtinentia: obedientie.⁊ paupertatis:⁊ primo de cōtinētia eū dicit. ((Et accesserunt ad eū)).s.iesum ad pharisei:qui in populo iudeoz p̃e alijs videbantur religiosi((temptantes eū)).s.capere in verbis. Notanda est mentiū distantia in turbis ⁊ pharisei.he cōueniunt vt doceantur ⁊ sui infirmi sanentur hi accedūt vt saluatorem ⁊ doctorem veritatis temptando capiant ⁊ decipiēt:has deuotio pietatis illos stimulus adduxit huius.

Et dicentes: si licet homini dimittere vxorem suam quacūq; ex causa:id est ex leui causa:hanc aūt questionem ꝓponūt xp̃o ad capiendū eū: q: responsio vel vtrāq; partem calumniabilis videbat:q: si diceret vrōes pro libito voluntatis dimittendam ⁊ aliam ducendaz.pudicitie predicator ⁊ assertor:videretur laxare frena carnali concupiscentie:⁊ sibipsi contraire. Si aūt diceret q̄ non videret ꝓ

Moysen qui libellum permisit repudij: sed ipse sic responsionem temperat:vt discipulas eoz transeat ⁊ respondit sola fornicationis causa vxorem esse dimittendam: libellū vero repudij ob duritiam ⁊ malitiam cordis eoū a Moyse fuisse permissum.s.nulla lege punitū. Permisit aūt hoc nō sicut bonū ⁊ licitum sed propter maius malū euitandum:quia maluit permittere dimorū: q̄ ob odium vxoz vel desideriū secundarū nuptiarū fieri homicidiū. Illa aūt permissio non absoluebat eos a peccato:sed tantū a pena legali: q: non fuit imperiū dei sed hominis:dissimulatio in tolerando minus malū ne maius fieret. Deus eni non est sibi contrarius vt aliud ante iusserit ⁊ aliud nunc imperet Moyses quidē nec p̃cipiendo nec concedendo nec indulgēdo hoc mandauit.sed dispensando ⁊ sustinendo: ⁊ p̃mittendo consilio spiritussancti ne peiora fierēt hoc tollerauit.Sic apostoli permisērūt secundas nuptias:propter incontinentiaz hominum ⁊ malas eoz voluntates. Iuxta enim p̃marium institutionem non fuit nisi vnica vinci sed ꝓpter incontinentiam hominum transeunt modo ad secundas nuptias.Unde cum de duobus malis minus toleratur: huius permissio dicitur dispensatio:quasi diuersorum pensatio:quādo duo mala quasi equelibrantur: vt videat q̄ eorum ꝓpius sit ⁊ p̃ponderat.Existat triplex permissio.scilicet cōcessionis vt cum abbas concedit monacho ꝓpter infirmitatem vesci carnibus: illicitis quidem ꝓpter votum:sed nunc licitis ꝓpter concessionem abbatis ⁊ canam necessariam Indulgentie vt permissio secundarum nuptiarum.Unde apostolus. Uxor viro defuncto nubat cui vult in domino: hoc autem secundum indulgentiam dico. Quod si culpa est:venialis est . Sustinentie vt permissio libelli repudij: q̄ sustinuit Moyses nō deus quia deus hoc crimen puniuit temporaliter vel eternaliter q̄ Moyses non punuit temporaliter. Et enim permissio sustinentie:quādo deus permittit nos peccare:qui non cōcedit illud fieri nec dispensat:sed sustinet: idest per patientiam expectat. Solam ergo fornicationem ponit dominus causam deserendi:ubens ceteras molestias ꝓ fide cōiugij ⁊ castitate sustineri. Et intellige desertionem quantum ad cohabitationem ⁊ debiti redditionē non tamen quantum ad vinculuz matrimonij quod non solvitur nisi per mortem: ergo nec vir nec mulier potest contrahere altero vivente.Unde Rabanus. Una ergo solummodo carnalis est causa:idest fornicatio una spūalis hoc est timor dei vt vxor dimittatur: nulla aūt causa est vt viuente ea que ducta est alia ducat . Spiritualiter per vxorez que nō dimittitur nisi ꝓpter fornicationez intelligitur alia: cuius vir est xp̃o qui nunq̄ adhuc nisi ꝓpter fornicationez peccati dimittit: per quā xp̃o a nobis recedit.Moraliter q̄ dimittit vxorē suā spiritualē:scilicet ecclesiā ⁊ ducit scilicet pinguiorē mechatur:nō enī querit spiritualez fructū:sed tēporale lucrū. Ꝓpposito ergo qd est necessitatis in virtute continentie: cōsequenter ponitur illud quod est supererogationis ⁊ consilij.s.continentia ab omni actu venereo.Discipuli enīz hoc audiētes:quod vinculuz matrimonij est indissolubile.⁊ moti ex verbis eius dixerunt ei.Si ita est causa hominis cū vxore q̄ non possit eam nisi modo predicto dimittere.nō expedit nubere ac si dicant.Melius est simpliciter continere ꝓpter onus ⁊ graue pondus vxoz ⁊ multa incommoda que possunt inde venire. Unde Crisō.leuius est contra cōcupiscentiam preliari.⁊ contra seipsum.q̄ cōtra mulierem malā.Unde ⁊ Piero.graue pondus vxor est si excepta causa fornicationis nō licet eam dimittere.Quid enim si temulenta fuerit:si iracunda:si gulosa:si vaga:si morbosa.si turgatrix:si maledica: timenda erit huiusmodi: ⁊ erit volumus nolumus sustinenda.Cum enī liberi essemus volūtarie nos seruituti subiecimus.Et dixit dns respōdendo discipulis. Nō oēs capiunt verbū istud continentie.s.vt impleant ⁊ se contineant: q:non oēs capere volunt nec oēs acceptū habent:audit.n.luxurioso ⁊ displicet ei.sed quibus datuz est a deo: ex speciali munere. q: status altus est.ad quē non valemus nisi ex gratia ascendere.Unde dicit sapiens: q̄ nemo potest esse continens: nisi deus det.Ac si dicat. Non casu licet fortuna virgines fiunt sed qui a deo petūt ⁊ laborant vt accipiant. Unde Piero.Nemo putet sub hoc verbo vel fatū vel fortunā introduci quod hi sunt virgines quibus a deo datū sit aut quos quidē ad hoc casus adduxerit: sed his datū est qui petierūt: qui voluerūt qui vt acciperent laborauerūt. Omnis.n.petens dabitur:⁊ querēs inueniet ⁊ pulsanti aperietur: Unde ⁊ Crisō . nō dixit non oēs possunt:sed nō omnes capiūt.i.oēs capere possunt : non tamen capere volunt. Si n.quidā in pugna cadunt:nos cadentium negligentie imputare debemus:non difficultati virtutis.Quod autem dicit quibus datū est:nō hoc significat quoniā quibusdā datur:quibusdam non datur:sed illud ostendit q: nisi auxilium gratie acceperimus:nihil ex nobis valemus.Quoniam adiuuantibus gratia non negatur:iu

evangelio dominus dicit: petite & dabitur vobis querite & invenietis pulsate & aperietur vobis. Debet autem voluntas precedere. & sic sequitur gratia. nam & gratia sine voluntate nihil operatur: nec voluntas sine gratia nz & terra non germinat nisi pluviam susceperit. nec pluvia fructificat sine terra. hec Cris. Et ne omnem continentiam putarent laudabilem & meritoriam. consequenter distinguit eam triplicez. Prima est contracta a natura. Secunda a casu sive violentia. Tertia a voluntate & gratia. Sunt. n. eunuchi. i. ptinens & est grecum vocabulum fm Isidoz. qui sic nati sunt: sine instrumentis. sive frigide nature. qui proprie dicuntur castrati quasi castenati. Et sunt eunuchi. qui facti sunt ab hominibus quibus secantur genitalia q propie dicatur spadões a spada gne ferri quo eunuchi pantur. Et isti due non sunt laudabiles. & nec meritorie nec demeritorie quia necessitate fiunt non voluntate. nisi inquantum per volũtatem accipiantur. Secundum Piero. inter hos secundos computantur. & hi qui specie religionis simulant castitatem. i. hypocrite & appetentes vanam gloriam ab hominib9 ex quocunq; suo opere. Et sunt eunuchi. i. continentes. qui seipsos castrauerunt non p membroz abscissionem. sed per concupiscentie repressionem. & se castitati seu caste vivere volũtarie devouerant propter regnum celoz qui proprie dicuntur eunuchi. i. bene viventes. ab eu quod est bonum & nuchos quod ẽ victoria quasi boni victores. & hi merentur. & ratione voluntatis quia spontanea & ratõe actionis q; bona: & ratione intentionis. q; rea. ista. n. tria perficiunt meritum. Nec ergo tertia continentia. que est per voluntatem reprimentem concupiscẽtiam ab actu venereo victoriosa dicitur & laudabilis. & sola est meritoria. Unde Cris. Illa est gloriosa continentia non quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis: sed quam complecti tur voluntas sancti propositi. Et iterum cum autem dicit qui se castrauerunt. non membroz dicit abscissione sed malarum cogitationum interemptione. Etenim concupiscentia habs fontes precipue a proposito incontinendi & mente negligente. Et si ipsa sobria fuerit naturalium motuum nullum est nocumentum Nec ita abscisio membri comprimit temptationes & tranquilitatem facit vt cogitatiõis frenum. Sed q; talis status altus est. nec possunt omnes hoc attingere. sed solum perfecti Ideo infert dominus hortando milites suos dicens. Qui potest capere & implere capiat. cum adiutorio dei vt sit castus. vel intelligat que dico: vel qui potest pugnare contra centum pugnet ac superet & triumphet. Et sit vox hortantis ad continentie bravium nz inventis. Quasi diceret vnusq; visq; consideret an virginitatis & pudicitie precepta implere queat. Tantum bonum non est necessitatis sed supererogationis nec est hoc preceptum: sed consilium cuilibet offertur. nemini imponitur qui potest continere contineat. Habito itaq; de perfectione continentie sive castitatis. consequenter agitur de perfectione obedientie sive humilitatis. & hoc commendatiõe parvulorum. per quos designantur humiles & obedientes: q; sicut parvuli non propria voluntate. sed alterius ducuntur. ita humiles & obedientes alterius voluntate & imperio moventur. vnde dicit Beda q; hec lectio humilitatis magisterio plena micat. que videlicet innocentes ac simplices ad domini gratiam pertingere posse demonstrat. Dum ergo dominꝰ ihesus de castitate dissereret tunc oblati sunt ei parvuli ex devotione offerentium vt manus eis imponeret & oraret. i. vt manu & voce benediceret. Consuetudo. n. fuit apud veteres. vt parvulos benedicendos offerrent senioribus si impositio manuum ortum habuit ab antiquis partibus qui volentes benedicere parvulis imponebant eis manus. Videntes igitur indei christum moribus senem. vita sanctum. doctrina sapientissimum. & de castitate loquentem & habentes eum sicut prophetaz obtulerunt ei infantes. vt eis manus imponens & orans. benediceret manu per tactum & voce per orationem. In quo datur intelligi quod parvulis sufficit per fidez aliox ad xpm afferri. Discipuli vero labori magistri compatientes. & propter eius dignitatem prohibebant increpabant offerentes non q; nollent infantibus a salvatore & manu & voce benedici: sed q; timebant eum post tam lõgos sermones importunitate offerentium gravari & offendi. Christus autem & si fatigabatur corpore non tamen animo: q; ei placebat & prevaluit ac vicit sortis eius affectus quo hoiũ salutem cupiebat. vt nullius a consecutione sue salutis prohiberetrr. Sic satigatus ex itinere. non curans famem aut cibos ad cõversionem samaritanoz quoz salutem famescebat. se convertit. Ubi Orige. Nec ergo debemus attendere ne estimatione sapientie excellentioris & profectus spiritualioris. contemnamus quasi magni pusillos ecclesie prohibentes pueros venire ad iesum. Nec Orige. Parvuli etiam possunt dici pauperes & generis infimi: per discipulos autẽ impedientes ne xpo offerantur. possunt accipi ecclesie rectores ve

gne serens dicit discipulis. Sinite parvulos venire ad me apud quẽ nõ est personaꝝ acceptio: & nolite eos prohibere comminationibus terrendo vel malis exemplis corũpendo q; illi sunt figura & forma vere humilitatis. quoz familiaritatẽ ego volo & cõsortiũ. In quo docuit prelatis exemplũ corrigendi ostiarios suos: pauperũ accessum prohibẽtes. Ubi Crisos. Nolite vetare pueros. Nã si sancti futuri sũt quid vetatis filios ad patrẽ venire. si aũt peccatores futuri sunt: vt quid sententiã cõdemnationis proferris: anteq; culpã videatis. Nam quales modo sunt meũ est quales aũt postea futuri sunt ipsoz erit. Quod ergo meũ ẽ: honorate q; ãt illoz erit: misereamini. Et subiũgit. Taliũ est. n. regnũ celoz. nõ dicit istoz: sz taliũ. vt nõ tã etatẽ q; humilitatẽ & innocentiã cõmendet. Nõ oĩnz sed taliũ. i. similiũ & illoz̃ qui similẽ habent humtlitatẽ & innocentiã per studiũ & laborẽ & qui tales sunt p mores & virtutes. quales sunt parvuli per naturã & etatẽ. Puerox. n. aia ab oĩbus malis est pura. & magistra innocentie & humilitatis: & nullus potest intrare in regnũ celoz. nisi fuerit innocẽs & humilis: q; nihil inquinatũ intrabit in illud Unde fm Piero. Nõ ait istoz sed taliũ vt ostenderet non etatẽ regnare. sed mores & his qui similẽ haberent innocentiã & simplicitatẽ. premiũ repromitti. de quibus apostolus nolite pueri fieri sensibus sed malitia parvuli estote sensu autẽ perfecti. Unde & Ambro. Non etas prefertur etati. alioquin obesset adolescere. Cur ergo pueros aptos dicit eẽ regno celoz. Fortasse quia maliciã nescient. fraudere nõ noverint. referire non audeant: scrutari ignorẽt. opes honorẽ ambitionẽ nõ appetant. sed nõ ignorare ista virtus ẽ sed cõtemnere. nõ eni virtus est nõ posse peccare sed nolle. Non igitur puericia. sed emula puerilis simplicitatis bonitas designat. Unde etiã Crisos. & nos itaq; si volumus fieri heredes celoz. virtutẽ hanc cũ multa possideamus diligẽtia. Etenim ab oĩbus mali pura est pueri anima & eoz qui contristaverunt non memoratur: sed sicut ad amicos accedit sicut nullo facto & ẽtiam cũ a matre flagellatus fuerit hanc inquirit & pre omnibus eã appreciatur: & si reginam ostenderis cũ diademate. nõ preponit hanc matri cilicio superindute: & necessarijs nihil plus inquirit: nõ tristatur in quibus nos. puta damno pecuniarũ & talibus: non letatur in quibus nos in temporaneis his: nõ respicit ad pulchritudines corporũ. propter hoc dixit. Dorũ. n. est regnũ celoz: vt electione hec operemur. que a natura pueri habent. Dec Crisos. sunt aũt decem ppo prietates bone in pueris quas qui imitatur regnum celoz̃ psequetur: q; sunt innocentia mãdatta obedientia: simplicitas: humilitas: veritas. malox illatox immemoratio iniuriarũz nulla reputatio: & ptentiũ valde paruox̃ & insufficientiam acceptio. Deinde pueros sibi oblatos dño dulciter suscepit: & cõplexans eos. & invinis detinens: in signũ q; simplices & humiles puros & devotos diligit: & manus eis ponens: vt viris ptinentibus gratiam sui auxilij p̃erendam significaret: benedixit illos alta qua vocali benedictione q; scripta non est: vt humiles sua bñdictione dignos ostẽderet. sic spiritualiter quotidie humilibus manus ponit. cũ eis gratiã & auxiliũ tribuit q; humiles spiritu digni sunt eius gratia & bñdictione: deus. n. superbis resistit. humilibus autez qui se manibus & potestati eius subiciunt. dat gratiam. In quo humiliũ dignitas ostenditur q; tanta bona merentur. Unde dicit Piero. q; humilitas sola observatrix est custosq; virtutum: & nihil est q; ita deo gratũ faciat & hoib9 quantum si vite merito magni. sed humilitate infimi videamur. Et bñ humiles parvulis & innocentibus cõparavit q; humilitas maculas peccatoz laudare. & innocentiã reddere consuevit. Unde Ber. Decor aie humilitas ẽ non a meipso hoc dico. cum ꝓpheta prior dixerit asperges me ysopo & mundabor: humili herba a pectoris purgativa. humilitatem significans. hac se post gravem lapsũ rex prophetа lavari ꝓfidit. & sic invenit quendã innocentie recuperare candorẽ. Et sciendus q; xpus manus ponendo parvulis instituit. & ilciavit sacramentũ ꝓfirmationis. cuius ministerium postea cõtulit apostolis. Unde puniti in fontibus crismate consignantur ab episcopis qui in ecclesia dei locũ obtinẽt apostoloz̃ p impositionẽ. n. manuum apostoloz̃ cõferebatur spũsanctus ad robur & ꝓfirmationem fideliũ. cuius impositionis manuũ locũ obtinet predictũ sacramentũ. Cõsidera nunc ẽtiam xpo simplicitatẽ & humilitatẽ ac innocẽtiam parvuloz̃ diligit q; bus tanta familiaritatio & benivolentie signa ostendit. & studeas p posse parvulos imitari. & virtutes eorum habere. vt valeas cum ipsis regnum celorum possidere.

Oratio.

Omine ihesu xpe q; nos ad ptinentiaz es hortatus. da q; hortaris & tribue mihi fragili castitatem mẽtis & corporis: & qui parvulos venire ad te voluisti. & eis manus ponens bñdixisti: presta mihi misero vt sim parvulus in oculis meis. quatenꝰ gratiam inveniã in oculis tue maiestatis. & q; parvuli possident p naturã. ego cõsequar mi-

fericorditer p̄ gram tuam: vt meliter oīuz vltim⁹ oium te rectore.te duce merear ad te p̄ uenire.t ante benedictiōe i celestib⁹ munerari.

¶ De p̄fectione pauptatis. Cap.xi.

Habito de perfectionē castitatis t obedientie. seu humilitatis ꝓsequenter agit de p̄fectione pauptatis. Et ecce.n.vnus adolescēs genu flexo ante ie sum interrogauit eum dicens. Magister bone q̄ vitam sanctam. q̄d boni faciendo vitam eternaz possidebo fm Bedā.audierit iste a dño.nū similes paulus dignos esse regno dei: t ideo certior ē desiderans de ingressu regni per parabolas: sed apertius postulat sibi exponi. q̄bus meritis vel operibus vitam eternam possit consequi. Jesus aūt rīdit ei.primo q̄rum ad eius cogitationem q̄ iste cogitabat iesum esse purum hoiem licet crederet eum esse sanctum bonum doctorem: t ideo quasi rīdens eius cogitatiōi dixit ei. Quid me dicis bonū quasi diceret. Ex quo me credis pur̄ hoiem non debes me vocare bonum. Nemo enim bon⁹ nisi solus t vnus deus. hoc est dictum. Deus est solus bonus essentialiter per se a seipso: t nullus alius q̄ aly participative. per ipm' t ab ipso. Unde Crisō. Hoc aūt dicens nō excludit hoies a bonitate. sed a cōparatione bonitatis diuine. Quasi diceret dñs. Quare me dicis bonū cū non credas me esse deum. Si vero ꝓfiteris bonū credas ēt esse deuz. solus n. deus natura est bonus Deinde ꝓsequēter rūdet eius interrogationi dicens. Si aūt vis ad vitam ingredi serua mandata. quasi dicēt: hoc sufficit ad salutem q̄ amplius est nō est necessitatis. sed superogatiōis: q̄ fm Hiero. Justitia legis custodia non solū bona tr̄ sed t vitam conferebat eternam. suo tp̄e consequendam. Et q̄ adolescens hec audierat. solicitus factus. interrogauit q̄ essent hec mandata quoz̄ obseruātia est necessaria. hoc autem fm Crisō. non temptans fecit sed estimans alia quedam p̄cepta esse p̄ter legalia. que vite ei causa fierent. iesus autez quasi infirmo condescēdens legis p̄cepta clemētissime exposuit dicens. Non homicidium facies manu occidendo. ore iubendo: vel consulendo. vel etiam detrahendo: q̄ per detractionem occiditur proximus in conscientia aliena. in qua viuebat per bonam famam: nec corde mortem alterius desiderando vel odium retinendo aut beneficium subtrahendo: t per hoc p̄cept̄ decalogi prohibetur nocumentum proximi in persona propria nō adulterabis per hoc prohibetur nocumentum proximi in persona sibi coniuncta. Non furtū facies. p̄ hoc prohibetur nocumentum proximi in re possessa. Non falsum testimonium dices. per hoc prohibetur nocumentū proximi in fama. Honora patrem tuū t matrem. eis subueniendo t reuerentiaz exhibēdo. t per hoc p̄ceptū affirmatiuū intelligitur omne beneficiū proximo reddendo. q̄ noie patris t matris intelligitur ois proximus. Et hoc est q̄ subditur t diliges proximū tuū sicut teip̄m. i. ad id q̄ diligis teip̄m scz ad gratiam t gloriā: vel sicut teip̄m idest nō verbo tm̄: sed opere t veritate. Proximus aūt noster est omnis qui nobiscum conuenit in natura quem debemus sicut nosipsos diligere. Quam sniam dñs inducit vt ostendat q̄ finis p̄ceptoz̄ est caritas: q̄ obseruantia mandatoz̄ non est meritoria vite eterne nisi fiat ex caritate. Inter hec p̄cepta ordinantia in p̄ximum non tanguntur p̄cepta de non cōcupiscendo rem proximi. vel eius vxorem. q̄ reducuntur ad p̄cepta de non adulterari t nō furari. t sub illis p̄nt intelligi. Vel q̄ intelliguntur in hoc q̄ dicitur diliges proximuz tuum: qui enim vere proximū diligit. nec rem eius nec vxorem concupiscit. Enumerat aūt hec nō oia mādata sz solūmodo p̄cepta scde tabule q̄ ordināt hoiem ad primū in gb⁹im plicat t supponit p̄cepta prime tabule ordinātia hoiem ad deū. q̄ homo magis tenet deo q̄ proximo. t ideo si obseruantia mādatoz̄. scde tabule est necessaria ad salutem multo fortius obseruantia mandatoz̄ prime tabule est necessaria ad eandem. Unde bene dicit apostolus. qō q diligit primū legem impleuit. q̄ in dilectione proximi intelligitur dilectio dei. vt finis pp quem proximus diligitur q̄ proximus diligitur pp deū t non ecōuerso. Per edicta ēt ostendit saluator. qō obseruantia p̄ceptoz̄ ceremonialium t iudicialium: non erat amplius necessaria ad salutem: sed sufficiunt decem decalogi p̄cepta. Quoz̄ primum est. non adorabis deos alienos. i. nec deuz colles t super eum nihil amabis. Multi enim hodie sunt qui sibi deos alienos faciunt. Nam sicut dicit Aug. hoc ab hoie colit qō p̄ ceteris diligitur. Superbus igitur p deo hz superbiam. luxuriosus luxuriā. auarus auaritiam. Secundum non assumes in vanum nomen dei tui in os tuū. i. non blasphemabis nec iurabis indebite in noie suo. Talis iniuriā facit deo. quem in testimoniū sue falsitatis inuocat quasi deus mendacium diligat: t sibi qui in iudicio dei puniendum se obligat. si non est ita sicut iurat t proximo q̄ per falsam iurationem ipsum decipit t detrahendo. Tertium diem sabbati sanctifices: vt in eo mortaliter non peccet: t mala vites. Contra illud p̄ceptum peccat. qui cā cupiditatis in sabbato opus seruile facit vel aliquod peccatū cōmittit: vel opa misericordie omittit: q̄ a bonis opibus non est vacandū. Quartū honora parentes tuos. obediendo. obsequendo. subueniendo. t animabus eoz̄ miserendo. In hoc ēt p̄cipitur honor patruz spāliuz. i. platoz̄. Quintū non occides. opere verbo. negligentia. cogitatione. auxilio q̄ ēsu. malo exemplo. vel aliqua occasione. Do micidium etiam aliqī fit corde per odium. aliqī ore per verbum detractoriuz aliqī opere per factū t istud vltimū est triplex. q̄dam enim occidunt corpus tm̄. q̄daz aiam tm̄. qui. i. eam retrahunt ad peccatum. quidam vtrū q̄ quando. s. aliquis interficit seipsuz vel alium in peccato mortali existentem. Sextum non mechaberis. operando. cogitādo. loquēdo: vel in iurisdictione tua fornicationem sustinendo. Per hoc aūt q̄ dixit non mechaberis. prohibetur ois carnalis appetitus t corruptio: p̄ter eum que est matrimonij. Septimū non furaberis alienā: non q̄libet tibi attrahendo: vel re aliena inuito dño vtendo. Per furtum intelligitur omne malū ablatum. s. ne occulte faciendo in acceptis. siue fraudem exercendo in mercationibus siue meredem nō soluēdo operis. Octauū non dices falsum test. monū ꝓxi primū tuum: omne mendacium. dolum detractionem. adulationem. calūniā. t doctrinā erroneā deuitando. Nonū non desideres domū vel agrū vel aliam rez proximi tui: tali videlicet mente q̄ velles tibi cū suo damno adoptare. Decimū non concupisces vxorez. seruū: ancillā proximi tui: corde ꝓsentiendo. ore solicitando. opere concupiscentiam perficiendo. Nec qui peruerserit saluari poterit. Cum autē ille adolescens hec oia a iuuentute sua se seruasse respondēret q̄ tm̄ in multis religiosis vix aliquis odie reperiretur: iesus intuitus eum dilexit eum p̄ pter bonam conuersationem suaz p̄teritam: t ostendit sibi vltrā amicabilem: t instruens eū de perfectione dixit illi. ((Unū tibi deest)) quo. ad statū perfectionis. i. bonū pauptatis. Quia t si mandatoz̄ obseruatio sufficit ad salutem: non tm̄ ad euangelicam perfectionez sed ad hanc ēt requiritur obseruatio cōsiliorum in qua primū est abrenunciatio tp̄alium t ideo de hac tm̄ hic facit mentionem. Ubi Origine. Non tamen intelligēdum est q̄ in ipso tempore quo bona sua tradiderit pauperibus fiat omnino p̄fectus: sed illa ex die incipiat speculatio del. adducens eum ad oēs virtutes. Et subdit dñs dicens ((si vis)) q̄ hoc est in tua libertate ((p̄fectus esse)). Laudatū salutis necessariū: q̄ hoc est de perfectione vite ((vade)) per affectū cōtēnēdo temporalia ((t vende)) per effectū ea relinquendo: t hec oia partē tantū: vt ananias t saphyra: q̄ ē cōtra propietarios: que habes t iuste possidea q̄ est ꝓtra raptores t vsurarios: elemosynas de alieno facientes: illa ēt habemus que iuste possidemus. Illa ergo que iuste possidentur vendenda sunt: q̄ vero iniuste: reddenda sunt illis quoz̄ fuerūt: t da nō vēde: querēdo manus a manu: vel a lingua: vel ab obsequio: pauperibus non diuitibus: a quibus similia accipies. nec a amicis carnalibus nisi fuerint indigētes nec histrionibus t male vtentibus: q̄ est cōtra symoniacos t ambitiosos: qui dant alijs vt acgrant beneficia t dignitates: t hoc fac ꝓpter deū nō propter ostentationē. q̄ abicere temporalia propter ostentationē non est meritoz̄: t sic dando habebis thesaurū. idest quendam beatitudis in celo locū tutissimuz. Hoc aūt non dicitur: q̄ paupertas sit maior virtus q̄ continentia vel obedientia: sed dicitur per quedam correspondentia: quasi thesaurus celestis sic respondet voluntarie paupertati: sicut exaltatio humiliationi. Unde Crisō. Bene autem non vite fecit eterne mentionem sed thesauri dicens t habebis thesaurum in celis: q̄ enim de pecuniis erat sermo: t de abrenunciatione omniū ostendit q̄ redditurus plura his que p̄cepit relinquere quanto maius est celum q̄ terra in thesauro enim copiam retributionis ostendit. Et veni relictis omnibus t sequere me: me imitando t sicut ego ambulo ambulādo: q̄ in sequela xp̄i per opera caritatis cōsistit perfectio principaliter t complete in paupertate aūt voluntaria consistit inchoatiue: per modum remouētis: prohibentis t disponentis: q̄ per hoc auferetur cura temporalium que a dilectione dei impedit animum. Unde glosa. Relinquere omnia est via ad perfectionem: sed in sequendo consistit perfectio. Magna certe gloria est sequi dominum t ideo valde est appetendum. Ad perfectionem ergo non sufficit homini relinquere sua nisi dominum sequatur. i. nisi relictis malis faciat bona. Unde Theo. Cū pauperate enim t ceteras virtutes homines habere oportet: ob hoc ait: t veni sequere me. i. in ceteris esto meus discipulus t imitator me sequaris. Unde t Hiero. Facilius sacculus contemnitur qua volūtas. Multi diuitias relinquentes dominū non sequūtur. Sequitur autem dominum qui imitator eius est t per vestigia illius graditur. Ubi t Rabanus. Et

ce duas vitas hominibus propositas audiu i
mus.actiuā ad quā pertinet non occidere:t ce
tera legis mandata:t contemplatiuā ad q̄s pti
net si vis perfectus esse &c.Actiua ad leges per
tinet.contemplatiua ad euangeliū: q̄ sicut ve
tus nouū p̄cessit testamentū.ita bona actio p̄
cedit contemplationes.Actiuis enim conuenit
obseruatio p̄ceptoꝝ q̄ in lege traduntur.con
templatiuis obseruatio consiliorꝝ q̄ in euāge
lio docentur.Et notandum quod multiplex
est perfectio.scilicet sufficientie.quaꝫ omnes
habent existentes in caritate: ordinis cuius
proprium est seruare continentiam religio-
nis:t huius proprium est renunciare omni
bus plationis.ad quos pertinet ponere aiam
pro ouibus suis:securitatis. cuius proprium
est habere mortem in desiderio t vitaꝫ in pa
cientia.Ad primam perfectionem tenetur q̄
libet.ad vltimaꝫ vero nullus tenetur:ad tres
medias tenent aliqui ex causis vnū ergo si-
gnū pfectionis posuit cū oīa relinquere p̄sul
uit.vt nudū xp̄m nud⁹ sequat.Unde sm Theo.
dicens oīa.sūmā pauperatez inuadent.si q̄d eni
resiterit illius seruus est.Et sm Amb.talem
voluit adolescentem illū dñs ad paradisum
redire.Quis adam fuerat de paradisi sublimi
tate dejectus.Nudus.n.incola adam paradi
si fuit.Quis ergo cū possessione diuiciarum
possit q̄s ad vitā ingredi.seruando māda:
si ad perfectā sequelaꝫ xp̄i vel perfecto amo
re t integro affectu tendat in deuꝫ deest sibi
vnū.i.q̄ relinquat diuitias affectu vt sit pau
per spū q̄ paupertas includit humilitatem:
sine qua non est paupertas vera.q̄ vanū est
habere buriam vacuam t cor plenū superbia.
Includit ēt contemptum diuitiaꝝ effectu.q̄
difficile est valde q̄ habens diuitias. ne amo
re eaꝝ aut detineatur.aut distrahatur t im-
pediatur a perfecto amore dei ne xp̄m libere
t expedite sequat.Nā q̄ diuitys ipleat mittit
pedes in rethe ne possit coram deo perfectus
ambulare t libēr xp̄m sequi:q̄ diuitie visco
riozes sunt visco.t vir euellitur aius occupa
tus ab eis t detētus.Nimia ergo dilectio ter
renaꝝ possessionū est huius perfectionis im
pedimentū.Quod bene patuit i hoc iuuene
q̄ cū audisset verba dñi de perfectione paup
tatis voluntarie:abijt tristis secū tristicia mor
tez operante spēdimus a plectione quā q̄rebat
terrenaꝝ possessionū amore.ob q̄ non pote-
rat ad plectionem voluntarie pauptatis ascē
dere.Unde cū tristicie redditur cū subdit. Erat
n.multas habens possessiones. spinas p̄du-
centes t tribulos.sementem dñicam suffocā
tes.t ipse nihilominus habitus a possessioni
bus t diuic valde diuitijs fallacib⁹ ob qua-

rū inordinatum amorem tristabatur de per
suasione abrenunciationis eaꝝ:tristabūr. q̄
est amata abicere.ad tpalia.n. passibiliter af
ficitur.cuius eo: in p̄uatione cordē aliqua
liter contristatur.Nā plerūq̄ cū temporalia
assunt nobis putamus q̄ ea non diligamus.
sed cū abesse ceperint.inuenimus qui sum⁹.
Hoc enim sine amore nostro aderat q̄ sine
dolore discedit.Iste iuuenis cum audiret q̄
quecunq̄ haberet venderet t daret pauperi
bus abijt merens q̄ t diuitias secūli t vitaꝫ
eternam habere volebat.quod difficile erat
vt fieret:quoniam in possessione diuitiarum
absq̄ superbia elationis:t absq̄ p̄pietate
voluptatis:vix stare quis potest:sicut etiam
difficile esset q̄ homo in cacumine verticis
alicuius montis staret.t tēpestate validi ven
ti quassatus non caderet vt vero dicit Aug.
Hic adolescens laudabilis quidem est q̄ nō
occidit non adulteratus est.Uituperabilis aūt
q̄ contristatus est in verbis xp̄i vocantis cū
ad perfectionem.Adolescens quippe erat fz
animam.t propterea relinquens xp̄m abq̄.
h Aug.Sed tale rethe frustra iacetur aū ocu
los p̄nator.i.contemplantium perfectoꝝ
qui tantominus contristantur q̄ desunt tem
poralia.quantomagis appetunt eterna.Naꝫ
vt ait Grego.tanto quisq̄ minus dolet q̄ te
sunt eterna.quātomagis gaudet q̄ assunt tē
poralia:t qui minus dolet q̄ desunt tpalia.
certius expectat vt assint eterna. Et ideo sm
genadium.bonum est facultates cum dispen
satione pauperibus erogare.sed melius est
intentione sequendi xp̄m oīa t totum simul
donare.t absolutum a solicitudine cum xp̄o
agere.Ut enim dicit Crisō. Non similiter de
tinentur qui pauca habent t qui multa ha
bundant.q̄n adiectio diuitiaꝝ maiorem ac-
cendit flāmam.t violentioz fit cupido. Non
solū aūt diuitiaꝝ possessio.sed etiā rez aliaꝝ
diuersitas.hominem a dei contemplatione
t perfecto amore ipedit t auertit. Unde Aug.
Temporalium rez multiformitas ab vnita-
te dei hoiem per carnales sensus diuerberat
t mutabili varietate eī⁹ affectū multiplicat.
Quem ergo delectat libertas ab amore mu
tabiliū liber esse appetat.t q̄d regnare dele
ctat.vni oium regnatori deo subditus hera-
at.Et iterum duo sunt amores:mūdi t dei.
si mūdi amor habitat.non ē quo tiret amor
dei.Cū exhauseris cor tuū ab amore terreno
hauries amorē diuinū. Unde t Greg.cum ca
piditate terrene substantie deus non diligit
q̄ terrenus amor oculum mentis excludat
excecat.ne diuina claritas videatur.Nec mi-
rum q̄o cum diligere p̄t quem nesciat. Et

q̄o sciat ad quē nesciendum oculum cordis
claudit. Unde Crisō. Sumo similes sunt hu-
iusmodi ad hanc rem. Nihil enim ita p̄turbat aīe oculū
t turbat vt vite huius cura p̄ turba t p̄cupi
scentia p̄ multitudo.h enim fumi huius sunt
ligna. Unde t Anselmus. si vis esse quietus nil
seculi appetas.seu p̄ regez mentis habebis.
fia te mundi curas abicceris. Qui curis ter
renis se implicat a dei amore se separat. Et
vt in paucis multa intelligas attende pauca
q̄ba Augustini sic dicentis. Nihil plus noui
esse q̄ ista sensibilia fugienda. Cui cōcordat
Dionysi.q̄ sic dicit.Derelinque sensus t oīa
sensibilia. Qui h̄z aures audiendi. hec pau-
ca q̄ba p̄dicta audiat t corde intelligat quia
multa in eis latent.q̄ vanis t dissolutis non
apparent. Unde quidam de sermonis abūdan
tia solicito dictum est in spū.Si vis scire oīa
p̄dicanda.tunc separa te ab exterioribus.pu
rifica te a tpalibus.libez p̄ facte a carnalibus
t erigere te ad celestia:t manifestabunt tibi
diuina. Ecce in his verbis totum est inclusuz
q̄ est p̄dicatum.imago enim tua imago dei
est:depon̄ ergo ab ea omne q̄ sibi accidens
est:t apparebit tibi in ea q̄ diuinum est. Ut
aūt vtiliter ad tpalia t eterna pfecte te habe
as.scito q̄ tpalia debes aspicere sub sensu q̄
duplici. Primo sez vt tanq̄ peregrin⁹ t ad
uena sentias oīa vt extranea t aliena: ita q̄
tua vestis sit tuo sensui extranea.ac si eēt ali
cuius de grecia vel idia. Secdo vt in tuo vsu
omnem habundantiam.timeas vt venenuz
t mare submergens. Tertio vt in tuo sensu
omnem inopiam egestatem sentias vt inen
sam t aram t scalam vite eterne: t vt spec
lum sui imaginem crucis xp̄i. Quarto vt di-
uitias t apparatus diuitum. ita sentias tibi
dissonos:q̄ in eoꝝ memoria vl aspectu nul
latenus valeas delectari vel letari:q̄ si vide-
ris te in eis p̄gaudere.a xp̄i gloriosa pauper-
tate te estima alienum fore. Nunc aūt p̄nectit
q̄ in pauper t despectoꝝ memoria vel aspe
ctu:tanq̄ in xp̄i pauperis exp̄ssa imagine to
tus leteris t eis quasi regibus cum summa ala
critate t reuerentia associeris. Considera
etiam hic q̄ ad perfectionem non sufficit q̄
dā opera bona t quasdā virtutes habere: sz
oīa p̄o posse perficere.vñ Crisō. completus
est dei homo ad omne opus bonū expletus:
non vt hec q̄dem habeat.illa vero non habe
at.q̄ enim talis est non est cōpletus. Que. n.
reuerant habunde aut cū miseretur q̄ habē
de.auarus aūt t violentus existens. Aut cuz
non auarus aut violentus existens. ad osten
tationem p̄o sit hospitum q̄ videnr aut cū inuide

reat q̄dē in id q̄ deo videt elementur aūt hoc
ipso t magis sapiat.aut cū humilis q̄ de tue
rit:t ieiunijs intendens auarus aūt t nego-
ciator:t terre affixus:t matrem oīuz malorꝝ
inducens aīe.Radicem enim oīum malorꝝ.
dicit Paulus auaritiā. Dorcam⁹ igitur hāc
refugiamus hoc peccatū:hoc orbem terrarꝝ
instabilem fecit hoc oīa p̄fudit a beata seruī-
tute nos abducit xp̄i. Non est enim aīt deo
seruire t māmone.Primū enim iniungit xp̄s.
hec Crisō. Et nota.circa p̄missa q̄ perfectio
paupertatis non p̄fitit in maiori defectu re-
rū tpalium:sed in maiori abstractione solici
tudinis eoꝝ. Quāto enim mod⁹ viuendi in
pauptate minoꝛē h̄z solicitudinē.tāto paup-
tas est pfectior.nō aūt quāto pauptas fuerit
maior:nō enim pauptas sm se bona est:sz in
quantū liberat ab illis q̄b⁹ h̄ō ipedit̄ quo mi
nus spūalibus intendat. Dio.

Omie iesu xp̄e oa mihi misero t fra
gili.q̄ tua mandata hactenus negli
genter t male seruaui:saltem ām̄o-
do ea obseruare et cuz obseruatoribus cōfī-
do ea mereat ad vitā ingredi.Da ēt mihi cle
mentissime dñe:vt ad perfectionē tendendo
oīa tpalia p̄p te affectu cōtemnam t effectu
relinquam:relictisq̄ oibus te sequar.te imi-
tando.t per tua vestigia gradiendo: vt te re
ctoꝛ.te duce.ad te thesaurum meum deside
rabilem t indeficientez valeā letus peruenī
re't de tua visione semper gaudere.Amen.

¶ De duodecim p̄filijs euāgelicis. Ca.xij⁹

Quia dictum est de
p̄ceptis q̄ sunt necessaria ad salutez
videam⁹ t de p̄filijs.q̄ regrunt ad perfectio
nem. Unde t p̄ceptis t p̄hibitionib⁹ tenemur
sed de p̄filijs t p̄missionib⁹ nō tenemur. Nā
p̄filiū p̄tinet ad pfectos:p̄ceptū aūt ad perfi-
ciēdos. Sz permissio pertinet ad iperfectos.
p̄hibitio p̄o ad peruersos. Ad obseruantiaz
q̄dem p̄ceptoꝝ.vtilis est obseruantia cōsilio
rum. Illiq̄ enim fortitudo terre in ingressu
illius consistit:t ideo passus ille bona custo
dia indiget.q̄ obtentu ingressu faciliter reti
dunt hostes obtinent.sic.est in terra anime:
q̄ tota fortitudo eius consistit in ingressu.i.
in occasionibus peccatorum: t p̄opter hoc
necessaria est bona custodia circa ipsuz. P̄o
pter custodiam aūt ditius ingressus dantur
consilia que continent t custodiunt manda
ta ac retrahunt hominem ab incautis respe
ctibus t discursibus t alijs periculis. Sunt
aūt duodecim p̄filia euangelica.q̄ xp̄s adie-
cit ad p̄cepta. P̄imū est paupertatis que cō
sistit in abdicatione p̄prietatis. Unde est illud

ce duas vitas hominibus propositas audiu
mus.actiuā ad quā pinet:non occides:ꝛ ce
tera legis mandata:ꝛ ptemplatiuā ad q̄s pti
net ñ vis pfectus esse ec. Actiua ad legez per
tinet.ptemplatiua ad euangeliū: q̄ sicut ve⁹
tus nouū pcessit testamentū.ita bona actio p̄
cedit ptemplationes. Actiuis enim conuenit
obseruatio p̄ceptoꝝ q̄ in lege traduntur.con
templatiuis obseruatio consilioꝝ q̄ in euāge
lio docentur. Et notandum quod multiplex
est perfectio.scilicet sufficientie.quaꝫ omnes
habent existentes in caritate: ordinis cuius
proprium est seruare continentiam religio
nis:ꝛ huius proprium est renunciare omni
bus plationis.ad quos pinet ponere aiam
pro omibus suis:securitatis. cuius proprium
est habere mortem in desiderio ꝛ vitaꝫ in pa
cientia. Ad primam perfectionem tenetur q̄
libet.ad vltimaꝫ vero nullus tenetur:ad tres
medias tenent aliqui ex causis vnū ergo si
gnū pfectionis potuit cū oia relinquere ꝓsul
uit. vt nudū xp̄m nud⁹ sequat. Vñ ſm Theo.
dicens oia.sūmē pauptatez studeat.si q̄d ent
reliquerit illius seruus est. Et ſm Amb. talem
voluit adolescentem illū dñs ad paradisum
redire. Filius adam fuerat de paradiſi sublimi
tate dejectus. Nudus.n. incola adam paradi
si fuit. Eius ergo cū possessione diuiciarum
possit q̄s ad vitā ingredi.seruando mādata:
ñ ad perfectā sequelaꝫ xp̄i vel perfecto amo
re ꝛ integro affectu tendat in deuꝫ deest sibi
vnū.l.q̄ relinquat diuitias affectu vt sit pau
per spū q̄ paupertas includit humilitatem:
sine qua non est paupertas vera.q̄ vanū est
habere burſam vacuam ꝛ cor plenū superbia.
Includit ēt contemptum diuitiaꝝ effectu. q̄
difficile est valde q̄ habens diuitias. ne amo
re eaꝝ aut detineatur.aut distrahatur ꝛ im
pediatur a perfecto amore dei ne xp̄m libere
ꝛ expedite sequat. Nā q̄ diuitys ipleat mittit
pedes in rethe ne possit coram deo perfectus
ambulare ꝛ libeꝫ xp̄m sequi:q̄ diuitie viſco
siores sunt viſco.ꝛ vix euellitur aius occupa
tus ab eis ꝛ detētus. Nimia ergo dilectio ter
renaꝝ possessionū est huius perfectionis im
pedimentū. Quod bene patuit i hoc iuuene
q̄ cū audiſſet verba dñi de perfectione paup
tatis voluntarie:abijt tristis secū tristicia mor
tez operante ſpeditus a pfectione quā ārebat
terrenaꝝ possessionū amore.ob q̄ non pote
rat ad pfectionem voluntarie pauptatis ascē
dere. Vñ cā tristicie redditur cū subdit. Erat
n. multas habens possessiones. spinas ꝓduꝫ
centes ꝛ tribulos.fomentem diuicam suffocā
tes.ꝛ ipse nihilominus habitus a possessioni
bus ꝛ diuicis valde diuitys fallacib⁹ ob qua
rū inordinatum amorem tristabatur de per
suasione abrenunciationis eaꝝ:tristabile. n.
est amata abicere.ad tpalia.n. passibiliter af
ficitur.cuius cor in priuatione cordē aliqua
liter contristatur. Nā plerūq̄ cū temporalia
assunt nobis putamus q̄ ea non diligamus.
sed cū abesse ceperint.inuenimus qui sum⁹.
Hoc enim sine amore nostro aderat q̄ sine
dolore discedit. Iste iuuenis cum audiret q̄
quecunq̄ haberet venderet ꝛ daret pauperi
bus abijt mereno q̄ ꝛ diuitias seculi ꝛ vitaꝫ
eternam habere volebat.quod difficile erat
vt fieret:quoniam in possessione diuitiarum
absq̄ superbia elationis:ꝛ absq̄ propietate
voluptatis:vix stare quis potest:sicut etiaꝫ
difficile esset q̄ homo in cacumine verticis
alicuius montis staret.ꝛ tēpestate validi ven
ti quassatus non caderet vt vero dicit Aug.
Hic adolescens laudabilis quidem est q̄ nō
occidit non adulteratus est. Utinpabilis aūt
q̄ contristatus est in verbis xp̄i vocantis eū
ad perfectionem. Adolescens quippe erat ſz
animam.ꝛ propterea relinquens xp̄m abijt.
ꝟ Aug. Sed tale rethe frustra iacitur añ ocu
los p̄natoꝝ.s.contemplantium perfectoꝝ
qui tantominus contristantur q̄ desunt tem
poralia, quantomagis appetunt eterna. Naꝫ
vt ait Grego.tanto quisq̄ minus dolet q̄ de
sunt eterna.quātomagis gaudet q̄ assunt tē
poralia:ꝛ qui minus dolet q̄ desunt tpalia.
certius expectat vt assint eterna. Et ideo ſm
genadium.bonum est facultates cum dispen
satione pauperibus erogare.sed melius est p
intentione sequendi xp̄m oia ꝛ totum simul
donare.ꝛ absolutum a solicitudine cum xp̄o
agere. Ut enim dicit Crisо. Non similiter de
tinentur qui pauca habent ꝛ qui multis ha
bundant.q̄n adiectio diuitiaꝝ maiorem ac
cendit flāmam.ꝛ violentior fit cupido. Non
solū aūt diuitiaꝝ possessio.sed etiā rex aliaꝝ
diuersitas hominem a dei contemplatione
ꝛ perfecto amore ipedit ꝛ auertit. Vñ Aug.
Temporalium rex multiformitas ab vnita
te dei hoiem per carnales sensus diuerberat:
ꝛ mutabili varietate eiº affectū multiplicat.
Quem ergo delectat libertas ab amore mu
tabiliū liber esse appetat.ꝛ quē regnare dele
ctat.vni oium regnatori deo subditus here
at. Et iterum duo sunt amores:mūdi:ꝛ dei.
si mūdi amor habitat.non ē quo ītret amor
dei. Cū exhauseris cor tuū ab amore terreno
hauries amorē diuinū. Vñ ꝛ Greg.cum cu
piditate terrene substantie deus non diligit
q̄ terrenus amor oculum mentis sordidans
excecat.ne diuina claritas videatur. Nec mi
rum q̄n cuim diligere pōt quem nescit. Aut

•gdo scit ad quē nesciendum oculum cordis
claudit. Vñ ēt Cris. Sumo similes sunt hu
mane rei. Nihil enim ita ꝓtristat aie oculū
ꝛ turbat vt vite huius curaꝝ turba ꝛ ꝓcupi
scentiaꝝ multitudo. Ꝟ enim fumi huius sunt
ligna. Vñ ꝛ Anselmus. si vis esse quietus nil
seculi appetas.seruꝫ regez mentis habebis.
ſta te mundi curas abiceris. Qui curis ter
renis se implicat a dei amore se separat. Et
vt in paucis multa intelligas attende pauca
ꝟba Augustini sic dicentis. Nihil plus noui
esse q̄ista sensibilia fugienda. Cui cōcordat
Dionysi. q̄ sic dicit. Derelinque sensus ꝛ oia
sensibilia. Qui hz aures audiendi. hec pau
ca ꝟba p̄dicta audiat ꝛ corde intelligat quia
multa in eis latent. q̄ vanis ꝛ dissolutis non
apparent. Vñ cuidam de sermonis abūdan
tia solicito dictum est in spū. Si vis scire oia
p̄dicanda.tunc separa te ab exterioribus.pu
rifica te a tpalibus.liberꝫ fac te a carnalibus
ꝛ erigere te ad celestia:ꝛ manifestabunt tibi
diuina. Ecce in his verbis totum est inclusuꝫ
q̄ est p̄dicatum. imago enim tua imago dei
est:depone ergo ab ea omne q̄ sibi accidens
est:ꝛ apparebit tibi in ea q̄ diuinum est. Ut
scipere volo ac si triplicē pro me passus sit. In
colendo istum articulū procidat homo in fa
ciem super terram orando intente: e cogitet
angelicam presentiam sibi tunc adesse recogi
tet etiam agonem suum. e conetur quantū
potest habere lachrymas ex compassione e
amore xpi quas si habere nō potest per ocu
los: fundat saltem lachrymas cordis. Et si
cut christus dei filius imminente sibi passio
ne horrenda: cum pre angustijs superuentu
re mortis gutte sanguinee in terram fun
derent: nihilominus tamen libere voluntatem
suam voluntati patris commisit. e q̄ ceperat
deuote perfecit: sic quilibet deuotus in om
ni aduersitatis pressura e tribulationis angu
stia licet forte naturam reluctantem habeat:
se paterne voluntati committat e hec q̄ cur
rit deuote suscipiat. O pie iesu qui factus in
agonia gutte sanguinis mirabiliter desuda
sti da mihi vt recordatione tue passionis ac
census lachrymarum guttas pro sanguine
in conspectu tuo merear dulciter deffudare.
Respice nunc qualiter discipuli dormientes
e qualiter dñs ostendit eis modum orandi in
gestu corporis. e in verbo pio. e per angelum
sibi apparentem. Quez modū e tu tenere de

bea. Ite prosternendo. ac proprium defectum
& fragilitatem recognoscendo: & cadendo in
faciem tuam non post faciem: vt ea que ro-
gas coram te habeam: & in mente teneam: non
retro vt vnum eor dicendo & aliud corde co-
gitando. & vt humilitatem mentis ostendas
habitu corporis: cadit enim in terram decet
nos magis humiliari si posset fieri: & vo-
luntas patris semper precedat. & q̄ non repide:
sed cum magno timore ecce: sicut dominus
fecit: & q̄ non parum: sed prolixe & distincte
non sicut illi qui festinanter horas soluendo:
& si non verbo facto: tamen dicunt expedia-
mus nos de istis: quia habemus facere alia
magis necessaria. quasi festinantes ad vtilio-
ra & maiora. Et vide q̄o statim aderit tibi an
gelus qui te adiuuet. & confortet & orationem
tuam deo presentet: propter exemplum enim
nostrum ille angelus apparuit confortans do
minum. Et non semel sed frequenter est ora
dum. sicut iste ostendit nobis per trinam ora
tionem suam docens vt non deficiamus sed
in oratione permaneamus. donec impetremꝰ
ea q̄ postulare tam cepimus. Et in ora pro
mortuis pro viuis tam peccatoribus quaꝫ iu
stis. Uel orauit ter. vt & nos de peccatis prete
ritis veniaꝫ de presentibus emẽdationeꝫ & de
futuris cautelam a deo postulemus. Uel vt hꝫ
tria. scilicet veniam. gratiam & gloriam i ora
tione petamus: vel vt contra trinam concupi
scentie seu cupiditatis temptationem oratio
nis clipeo tueamur. vel vt ad trinitatem. scili
cet patrem & filium & spiritumsanctum ora
tionem dirigamus. Per hoc etiaꝫ docuit nos
orare perfecte. quia perfectio consistit in tribus:
scilicet in principio medio & fine. Compatere
nunc domino & admirare profundissimam
humilitatem tuam: quia cum sit deo patri
tuo coequalis & coeternus. prostratus tamen
deum orat. & tanquaꝫ quilibet ost populo ho
runculus. Orare quidem patrem conuenit
christo ratione humanitatis. in qua est minor
patre: non autem ratione deitatis in qua est
equalis patri: vt homo rogat patreꝫ. qui vt
deus est vnus cum patre. Considera etiam p
fectissimam eius obedientiam. Quia enim
pater vult q̄ moriatur ipse hanc obedientiaꝫ
reuerenter suscipit & exequitur. vide tertio in
dicabilem ad nos caritatem tam patris quã
filij: pro nobis enim hec mors indicitur & su
stinetur propter ultimam ipsorum caritatem
quam ad nos habent. ((Uenit autem)) post
hec dominus ihesus ((ad discipulos suos)) &
quasi compatiens eis. propter temptationem
de proximo eis imminentem. ((Dixit eis. dor
mite iam & quiescite)). Quasi diceret. Parum

potestis hoc facere qui ibidem aliquantuluꝫ
dormierunt. Jubet eos dormire. vt ostendat
suam ad eos compassionem: q̄ grauari erãt:
& vt cognoscant suam infirmitatem. q̄ cum
ipso vigilare non poterant: vt somno recrea
ti iuuare possent de manibus eorum qui ia-
am christum erant capturi: & in figura: quod
in proximo infidelitatis somno erant grauan
di. Considera in christo mansuetudinem pi-
am quanto enim magis appropinquat ad
mortem tanto magis ostendit cordis sui dul-
cedinem. Bonus pastor vigilabat super custo
dia pusilli gregis sui. O grandis amor. Uere
bonus & pius est hic pastor. Uere in finem di-
lexit eos cum in tanta angonia positus: illo
modico tempore quietem eorum procurat: nõ
sic hodie multi pastores faciunt: qui subditis
vigilantibus & in agonia positis: dormiunt
suauiter & quiescunt. Dum ergo videbis dilci
pulos dormientes in tanto periculo & domi-
num vigilantem: si deuotus es multa inueni
re poteris: que dicas tam domino tuo. Quam
discipulis suis. Uidebat tandem a longe ad-
uersarios suos vehementes: cuꝫ facibus & ar
mis. nec tamen discipulos excitauit. nisi cum
prope & quasi iuxta eos fuerunt. Tunc autem
exigilans discipulos ((dixit eis. Sufficit)) scili-
cet. q̄ tam conquieuistis & satis dormistis.
Ergo parum est dormiendum. Unde quidã
patres non nisi stando vel sedendo somnum
capere consueuerunt per modicum. Ter di-
scipuli dormiunt ter dominus orans suscitat
que trina dormitio & suscitatio tres mortuos
quos dominus suscitauit significat. Et subiũ-
xit ((Uenit hora & filius hominis tradetur i
manus peccatorum.)) Ubi Origines. sed &
nunc ihesus in manus peccatoruꝫ traditur q̄n
hi qui videntur in ihesum credere. habent euꝫ
in manibus suis cũ sint peccatores. sed & quo
tiens cunq̄ iustus habens in se ihesum in pote-
state factus fuerit peccatorum. Jesus est tradi
tus in manus peccatorum. hec Orig. surgite
eamus. scilicet obuiam iude proditori & suis
complicibus. Ecce qui me tradet prope est:
quem nolo declinare: quantus posset hoc fa-
cere. Ac si diceret Non nos inueniant latẽtes
ac quasi timentes & retrahentes vltro eamus
eis obuiam & pergamus ad mortem: vt passi
oni confidentiam & gaudium videant: & passio
nem omnino voluntariam sciant. Ultro nos
debemus offerre. quando non expedit mor-
tem effugere. vbi ostenditur christi deside-
ratus ad nostram redemptionem: quia non solum
proditorem cum turba venientem expectauit
sed etiam eis occurrit. Ubi etiam docet vt si
tribulari nos oportet. cum gaudio & confide

tia sustineamus. Moraliter quoq̄ monet nos
ad tria. primo ad temptationes nos prepara
re cum dicitur surgite. secundo in bonis ope
ribus proficere cuꝫ subditur eamus tertio cum
ni hora quasi temptationem proximam expe
ctare. cum additur ecce prope est. ((Et adhuc
eo loquente cum discipulis suis ecce iudas))
mercator pessimus ((vnus de duodecim)) scili-
cet numero non merito. q̄ dicit ad ostenden
dum immane facinus illius. qui de apostoli
ca dignitate proditor fuerat factus ((accepta))
a preside ((cohorte militum)) gentilium quoꝝ
intererat capere malefactores. cum tribuno
qui preerat eis ac turba plurima indeoꝝ mi-
nistrorum. accepta a pontificibus & principi
bus sacerdotum crudeli vtiq̄ & pessima secte
tate impiorum tanq̄ ad tenendum reum ((an
tecedebat eos)) tanq̄ ductor eorum qui vole-
bant comprehendere ihesuꝫ ((& venerunt illuc
cum lucernis & facibus)) vt si in tenebris late
re vellet his quereretur nec non ((cum gladi
is & fustibus & armis. vt captionem eius impe
dire volentibus his resisteretur. Secundum
Piero. incumbit virtuti seculi qui desperat
de adiutorio dei. Habebat itaq̄ fulcimentuꝫ
ab vtraq̄ curia. s. imperatoris & pontificis:
quasi seruato ordine legitime potestatis: vt
nemo tenentibus auderet obsistere. cuꝫ hinc
milites perfidis. inde ministri phariseorum q̄
in lege summi & iudices videbantur. illum te
nerent vel etiam si quis auderet contra tot nõ
posset: timebant enim plebem ne per hanc de
fenderetur contra eos: & ideo etiam nocte
traditur vt sine turbis que in die frequẽter p
pter instructionem aderant inueniretur. An
tequam autem iudas cum turba veniret ad
ortum vbi ihesus cuꝫ discipulis erat ((dedit eis
signum dicens. Quemcunq̄ osculatus fuero
ipse est.)) scilicet christus ((tenete eum & duci-
te caute)) scilicet cauendo a populo ne eum de
vestris manibus eripiat. Populus enim com
munis deuotionem ad eum habebat. Hoc ãt
fecit iudas. & propter romanorum milites q̄
christum non cognoscebant: & propter alios
ne loco christi caperent Jacobum minorem
qui in facie christo similimus erat propter q̄
specialiter frater domini dicebatur & quia ti
mebat ne se transformaret & de manibus eoꝝ
elaberetur. quia pluries detentus ab ipsis per
transijt nescientibus eis: & ideo osculari eum
voluit: vt in osculando teneretur ne euaderet
Ertum venissent ad ortum ((tunc ihesus sciens
omnia que)) ex dispensatione diuina ((ventu-
ra erant super eum processit vltro in occursũ
illorum)) sicut paratus ad passionem: ex quo
patet voluntarie eum captum fuisse & passuꝫ

discipuli quoq̄ sequebantur eum timentes:
sed ipse confortabat eos ne timerent. Unde
Anselmus. Quam promptus bone ihesu spi
ritus tuus ad passionem fuerit euidenter osti
disti. quando venientibus vna cum prodito-
re tuo viris sanguinum. & querentibus alam
tuam. cum lanternis & facibus & armis pro
ctem: vltro occurristi. ((Et dixit)) iehsus occur-
rentibus offerens se voluntarie eis. ((Quem
queritis)) non interrogans quasi ignarus vo
luntatis eorum: sed mori paratus interrogat:
vt sciant esse cum quem querebant ((respon-
derunt ei ihesum nazarenum.)) Non erat que-
rendus ad mortem. quem profitentur esse sa
lutis auctorem: nec erat persequendus quem
dicunt esse florem honoris & honestatis. ((di
xit eis ihesus)) semetipsum manifestans & offer
rens. ((Ego sum)). s. quem queritis. Quasi di
ceret. Quid pro signo sumitis osculum proꝺ
ditoris. quid quasi latentem me queritis cum
facibus & lanternis. Ego sum. Non se occul-
tauit. nec se abscondit. sed magis querentibus
obuiam fuit & se ostendit. Ubi Cris. Fecit au-
tem hoc ihesus ostendens quoniam non soluꝫ
tem hoc ihesus ostendens quoniam non soluꝫ
comprehendere eum non possent. sed nec vi
dere in medio existentem. nisi ipse concederet
hec Cris. Uirtute enim diuina factum est vt
venientes ad capiendum eum. primo non co
gnoscerent: etiam suus discipulus: qui vene-
rat ad tradendum: q̄ maxime est potentie ei⁹
ostensiuum. vt per hoc secundo ostenderetur
q̄ de voluntate sua caperetur. quia incogni-
tus ab eis recedere poterat si voluisset. sed &
manifestus patet per hoc q̄ subditur. quia au
dito verbo virtutis & diuinitatis. q̄ est ei cũ
patre & spiritu sancto commune a voce toni-
trui huius formidantes ((abierunt retrorsũ))
& ceciderunt in terram resupini taꝫ iudas q̄
alij potentia diuinitatis ipsius deiecti: ita erat
eis importabile q̄ dicebatur. Item ideo vt eti
am quantum in se est: daret iudeis materiam
conuersionis: viso potentie sue miraculo: &
ideo cum statim ad ostensionem sue potentie
conuersi non fuerunt. se eis capiendũ spon
te obtulit. Crediderunt retrorsum & resupini
sicut cadunt iusti. Qui autem ante se cadit vi
det quo cadat: qui autem retro cadit non vi-
det sui casus periculum. Iniqui ergo retro ca
dunt: q̄ non vident sui casus miseriam & q̄
eos sequatur iusti vero qui in viis visibilꝫ
semetipsos sponte deiciunt vt in visibilibus
erigantur in faciem suam & ante cadere dici
tur: quia casum vident & timore compuncti
humiliantur. Dic ergo pensandum est quam
aspera erit vox irati. cuius verba dulcia pati
non potuerunt. Hoc autem factum est ex di

uina ordinat ione vt per hoc declararetur ꝑ
tus diuinitatis. Unde Aug. exclamans ait:
Ubi nunc militum cohors & ministri princi
pum ac pharisæorum vbi terror & munimen
armorum. Nempe vna vox dicentis ego sum
tantam turbam odio ferocem armisq; terri
bilem sine telo vllo percussit: repulit: strauit
virtute diuinitatis latentis. Deus enim late
bat in carne. Quid iudicaturus faciet: qui
iudicandus hoc fecit. Quid regnaturus po
terit: qui moriturus hoc potuit. Nec Aug. po
terit christus omnes hostes suos destruere si
vellet se defendere: sed noluit nisi ad modicũ
eos prosternere. Hoc ideo fecit: vt ostenderet
se mortem voluntarie sustinere: & si vellet re
sistere non possent eum capere vel tenere. Nec
hostium christi victoria fuit olim in sampso
ne & sangar & dauid prefigurata. Sampson
cum mandibula asini strauit mille viros: &
sangar cum vomere interfecit viros sexcen
tos: & dauid vno impetu occidit viros octin
gentos: sed si isti dei adiutorio tot hostes pro
strauerunt. non est mirum ꝙ coram christo
omnes hostes corruerunt. ((Et cum)) tremuit
((surrexisset iterum eos interrogauit. Quez
queritis.)) Questionem intrat. vt fideles sua
passione liberandos ostendat. ((Illi autem))
adhuc in malitia sua perseuerantes ((dixerũt
Jesum nazarenum.)) Non enim cognoscere
vel capere poterant eum: donec ipse vellet p
per hoc subditur. ((Dixit eis iesus. Dixi vo
bis quia ego sum)) qui voluntarie me offero.
Et tunc habuerunt ipsius noticiam & capien
di licentiam. propter ꝙ sequitur ((si ergo me
queritis.)) scilicet comprehendere facatis id
ꝙ intenditis: sed tamen ((sinite hos:)) scilicet
discipulos meos ((abire)) quia non est temp⁹
modo ꝙ tollantur de mundo. In quo patet
ꝙ ipse dedit eis potestatem capiendi eũ nam
sicut ex sua potentia discipulos suos seruauit
& multo magis seipsum seruare potuisset:
quasi diceret si do vobis potestatem me ca
piendi: vt tamen meis discipulis non facia
tis aliquid mali. Hoc dixit: quia seruandi
erant discipuli vt verbum salutis per eos di
vulgaretur. Usq; ad vltimam horam eius q̃
ad eos habuit. dilectionis conseruantiam de
monstrauit. Per hoc ostenditur ꝙ superio
res debent suos subditos fideliter adiuuare:
& pro eorum defensione se mortis periculo
exponere. Ut ait Aug. Faciunt quod tubet:
sinunt eos abire: quos non vult perire: & im
pletur quod dixerat: quia quos dedisti mihi
non perdidi ex eis quenquam. ((Tunc acce
dens)) ille nequam & dominum suum subdo
le salutans ((dixit aue rabi. Et osculatus est eũ

)) Accessit tanquam domesticus: sed fur erat
salutauit tanquam discipulus: sed insidiator
erat: osculatus est tanquam amicus. & inimi
cus erat. Dicitur quod erat consuetudo inde
orum in aduentu ihu osculari. ad significan
dum ꝙ ingressius erat pacificus: & ꝙ morio
erat domini iesu discipulos quos emittebat
in osculo pacis recipere redeuntes: & propte
rea proditor illi osculum in signum dedit: &
alios tanquam dux exercitus & doctor ad'ma
lum precedens. cum osculo ficto rediit. Qua
si diceret. Non sum ego cum istis armatis. sz
rediens more solito te osculor. & dico aue ra
bi. O vere proditor: huic similes sunt multi
prelati qui verbo vel facto alios scandalizan
do & post se trahendo antecedunt ad malus
& ideo etiam antecedunt ad infernum. iudas
beneficijs christi abutens mala pro bonis re
debat. cui etiam similes sunt qui similia face
re non erubescunt. Secundum bedam susce
pit osculum dominus. non ꝙ nos simulatio
nem nos prodeat: sed proditorem fugere vi
deremur: & plus afficeret proditorem cũ amo
ris officium non negaret. simul & illud psal
mi complens: cum his qui oderunt pacem:
eram pacificus. ((Et)) suscepto osculo dixit il
li iesus. Amice ad quid venisti.) vocat enim
amicum secundum statum pristinum amica
biliter enim fuit electus a domino in apostо
lum. Ac si diceret. Ad'ꝙ scelus dilapsus es:
vt discipulus traderes magistrum & dñ esses
apostolus factus es traditor. vide quid fecce
ris: & considera finem: tuum malum. v l'ami
ce q: diligo te: sed inimice' quia me tradis. vl
vocat eum amicum ironice. improperans si
mulationes. Tamen ẽm Aug. diceret, osculaꝛ
ris & insidiaris. Noui quare venerit amicus
fingis cum proditor sis. Ostendis amicitiam
signo: & agis proditionem de facto. amicitie
signis proditores vtuntur: vt eoꝝ dolus laten
tius peragatur. vnde apertius ei dixit Juda
osculo filium hominis tradis. i. in signo cari
tatis proditionem homicidij facis. Infelix si
gnum vbi per pacem bellum: per osculuz ho
micidium ꝑ salutationem condemnatio
procuratur. vbi Amb. Illud plus confutat i
gratum ꝙ cum tradiderit. qui cum esset dei
filius: propter nos filius hominis esse voluit
set: Quasi diceret propter te. Suscepi ingra
te ꝙ tradis hypocrita. Et ẽm eundem: quasi
amantis affectu corripuit proditorem. & ideo
etiam ẽm Crisо. propinum nomen posuit. ꝙ
magis dolentis erat & revocantis: quam pro
uocati ad iram. vnde Anshelmus. signo qđ
acceperant a duce flagiti. seipsum manifesta
ti. Nã accedente ad osculũ sanctissimi oris tui

ercutam bestiam auersatus non eo sed os
in quo dolus inuentus non est ori. ꝙ habun
dauit malitia' dulciter applicuisti. O impudẽ
agne dei quid tibi & lupo tibi. Que conuen
tio christi ad belial. sed & hoc benignitatis
tue erat domine: vt omnia tibi exhibereo. que
parui cordis sui pertinatiam emolire potuis
sent. Nam & veteris amicitie illum commo
nuisti dicens: amice ad quid venisti. Et ora
re sceleris tibi corruptum ferire voluisti cuz
dicebas. iuda osculo filium hominis tradis:
hec Anshelmus. Hoc idem potest dici indi
gne sumentibus corpus christi: scilicet iuda
osculo filium hominis tradis. Moraliter iu
das est mundus: qui quando ad libitum dat
diuitias. tunc ridet. quando dat solatia: & de
litias tunc osculatur. quando dat honores
tunc amplexatur: sed omnibus istis modis
nos decipit & morti eterne nos tradit. Teste
beato Job qui dicit. ducunt in bonis dies su
os & in puncto ad infernum descendunt. vi
de hic maximam mansuetudinem domini:
quia osculum proditori suo dedit: & verbis
blandissimis alloquens amicum ipsum vo
cauit. O quot sunt hodie tales. qui videntur
amici esse domini & nõ sunt eius amici ami
cis enim suis omnia nota facit. scilicet mun
dum contemnere. carnem domare: & dyabo
lum cum suis temptationibus vincere: sed
multi abeuntes retro post concupiscentias
suas: cum iuda proditore abierunt ad penas
Quot sunt etiam hodie. qui inter se viden
tur amici. sed sunt ficti & peiores quam ini
mici aperti. Inimicus enim manifestus me
lior est quam amicus fictus. Ille dum time
tur facile vitatur. iste prevalet dum non co
gnoscitur. In isto articulo traditionis expri
muntur tria que specialiter traditionem istã
reddebant christo multum dolorosam & fa
ctum iude aggrauabant valde. Unum est ꝙ
fiebat a suo seruo. a suo discipulo. & vno ex
duodecim de toto mundo ad tantam digni
tatem apostolatus specialiter electus ab eo.
Ubi secundum Ambrosium: seruus domi
num. discipulus magistrum. electus auctо
rem prodit: secundum est quod signo pacis
& amicitie scilicet osculo tam fraudulenter &
dolose tradebatur. vnde Ambrosius amoris
pignore vulnus infligis. & caritatis officio
sanguinem fundis: & pacis instrumẽto mor
tem irrogas. Tertium est ꝙ illud sedum os
ꝓditoris: vtpote cuius cor satthanas & om
ni spurcitia cum repleuerat: tam amorosum
& mellifluum os verbũ os verbi eterni con
tigere audebat. Et tunc secundum Crisi. agno
mitti basia lupus dedit venenosa. ex ꝟ articu
lo tria hẽmus documenta. primum ẽ. vt ca
ueamus ne & nos. Christi proditores efficia
mur. Quia vt dicit origenes omnes prodito
res & veritatis amare veritatem fingentes
osculi signo vertuntur: omnes etiam heretici
sicut iudeas iesu dicunt aue rabbi. Item chri
stum quis dolose salutat & tradit osculo in p
ximo vel etiam in seipso. In proximo quidẽ
dum quis proximuz diligere se simulat & ma
lum contra eum machinatur. quam traditio
nem christus sibi assumit: iuxta illud ꝙ vni
cuique minimis meis fecistis mihi fecistis. Item
& minimis meis fecistis mihi fecistis. Item
christum dolose cum iuda salutat & osculatur
qui proximo suo promittit & non seruat vel
fraudulenter adulatur in seipso etiam deum
salutat & osculo tradit qui ore dicit se nosse
deum & credere in eum. factis autem negat.
Item cum iuda dominum salutat & osculo
tradit. qui cum mortali ad corpus domini ac
cedit. Secundum est vt discamus patienter
ferre malorum hominum fraudulentias. Si
cut christus patienter sustinuit proditoris sui
fallacias. Tertium est vt calumniatores no
bis malum interpretantes non odiamus. sed
amantis affectu exemplo christi eos corripia
mus. In recolendo. hunc articulum de falso
osculo inde poterit homo per contrariuz. cuz
sincera fide & deuotione osculari pedes cruci
fixi. indignum se reputans osculo oris ad qđ
ille infelix iudas accedere presumit. Quod si
imaginem crucifixi ante se non habeat. oscu
letur terram representando hoc idez & aliter
prout deus inspirabit. O domine iesu qui a
iuda osculo tradi pertulisti. da mihi nunquã
in proximo vel in me metipso te tradere. & ca
lumniatoribus meis & insidiatoribus fraterꝛ
ni amoris officium non negare. Ista iniqua
salutatio christo facta: olim fuit in Joab & a
masa prefigurata. Joab amasam salutans.
Dolosa mente fratrem vocabat. & iudas chri
stum salutans iniqua intentione magistrum
appellabat Joab dextra mentum amasi qua
si deosculans tenebat & in sinistra gladium e
ducens ipsum perimebat. sic iudas quasi de
xtra mentum christi tenuit. aue rabbi. blande
sibi dicens. & quasi sinistra gladium edixit. &
ipsum persodit. Insidias sub verbis blandis
occultans. iudam & iudeos malum pro bono
reddentes olim saul prefiguravit. qui genero
suo Dauid maluz pro bono reddidit. Dauid
hostem saulis scilicet goliam superavit: & in
multis ei utilis fuit sed saul sibi tanquam ho
sti insidias paravit. Et ei mortem inferre
affectavit. Sic deus Pharaonem & inimi
cos iudeorum sepe devicit. & semper eis pro
fuit. Nunc autem in mortem eius arma pa

boo. Lte prosternendo. ac propriū defectum
& fragilitatem recognoscendo: & cadendo in
facie mea non post faciem: vt ea que re-
quiro vt vnum ore dicendo & aliud corde co-
gitando. & vt humiliatem mentis ostendas
habitu corporis: cadit enim in terram decet
nos magis humiliari si posset fieri: & q̄ volū-
tas patris semper precedat. & q̄ non repidet:
sed cum magno feruore ecce sicut dominus
fecit: & q̄ non parum: sed prolixe & distincte
non sicut illi qui seipsum orant expedi-
mus nos de illis: quia habemus facere alia
magis necessaria. quasi festinantes ad vtilio-
ra & maiora. Et vide quo statim aderit tibi an
gelus qui te adiuuet. & confortet & orationem
tuam deo presentet: propter exemplum enim
nostrum ille angelus apparuit confortans do
minum. Et non semel sed frequenter est ora
dum. sicut ille ostendit nobis per trinam ora
tionem suam decens vt non deficiamus sed
in oratione permaneamus. donec impetremꝰ
ea que postulare tam cepimus. Et tu ora pro
mentis pro vitiis tam peccatoribus quaꝫ iu
stis. Vel orauit ter. vt & nos de peccatis prete
ritis veniaꝫ de presentibus emēdationeꝫ & de
futuris cautelam a deo postulemus. Vel vt ha
bria. scilicet veniam. gratiam & gloriam i ora
tione petamus: vel vt contra trinam concupi
scentie seu cupiditatis temptationem oratio
nis clipeo tueamur. vel vt ad trinitatem. scili
cet patrem & filium & spiritum sanctum ora
tionem dirigamus. Per hoc etiaꝫ docuit nos
orare perfecte. quia precio assistit in tribus:
scilicet in principio medio & fine. Compatere
nunc domino & admirare profundissimam
humilitatem tuam: quia cum sit deo patri
suo coequalis & consimilis. prostratus tamen
deum orat. & tanquaꝫ quilibet ostpopulo ho
runculus. Orare quidem patrem conuenit
christo ratione humanitatis. in qua est minor
patre: non autem ratione deitatis in qua est
equalis patri: vt homo rogat patrem. qui vt
deus est vnus cum patre. Considera etiam q
sectissimam eius obedientiam. Quia enim
pater vult q̄ moriatur ipse hanc obedientiaꝫ
reuerenter suscipit & exequitur. vide tertio in
dicibilem ad nos caritatem tam patris quā
filij: ipse nobis enim hec mors indicitur & in
fligitur propter nimiam ipsorum caritatem
quam ad nos habent. ((Venit autem)) post
hec dominus iesus ((ad discipulos suos)) &
quasi compatiens eis. propter temptationem
de proximo eis imminentem. ((Dixit eis. dor
mite iam & quiescite)). Quasi diceret. Paruꝫ
potestis hoc facere qui ibidem aliquantulus
dormierunt. Jubet eos dormire. vt ostendat
suam ad eos compassionem: q̄ grauati erāt:
& vt cognoscant suam infirmitatem. q̄ cum
ipso vigilare non poterant: & vt somno recrea
ti iuuare possent de manibus eorum qui sta
tim ebullum erant capturi: & in figura: quod
in proximo infideliatis somno erant grauan
di. Considera in christo mansuetudinem pi
am quanto enim magis appropinquat ad
mortem tanto magis ostendit cordis sui dul
cedinem. Bonus pastor vigilabat super custo
dia pusilli gregis sui. O grandis amor. Vere
bonus & pius est hic pastor. Vere in finez di
lexit eos cum in tanta angonia positus: illo
modico tempore quietem eorum procurat: nō
sic hodie multi pastores faciunt: qui subditis
vigilantibus & in agonia positis: dormunt
suauiter & quiescunt. Dum ergo videbis discī
pulos dormientes in tanto periculo & domi-
num vigilantem: si deuotus es multa inuent
re poteris: que dicas tam dominotuo. Quam
discipulis suis. Videbat tandem a longe ad-
uersarios suos vehementes: cuꝫ facibus & ar
mis. nec tamen discipulos excitauit. nisi cum
prope & quasi iuxta eos fuerunt. Tunc autez
erigilans discipulos ((dixit eis. Sufficit)) sci-
licet. q̄ tam conquieuistis & satis dormistis.
Ergo parum est dormiendum. Unde quidā
patres non nisi stando vel sedendo somnum
capere consueuerunt per modicum. Ter di-
scipuli dormiunt ter dominus orans suscitat
que trina domino & suscitatio tres mortuos
quos dominus suscitauit significat. Et subiū-
xit ((Uenit hora & filius hominis tradetur i
manus peccatorum.)) Ubi Origines. sed &
nunc iesus in manus peccatoruꝫ traditur q̄n
hi qui videntur in iesum credere. habent euꝫ
in manibus suis cū sint peccatores. sed & quo
tienscunq̄ iustus habens in se iesum in pote-
state factus fuerit peccatorum. Jesus est tradi
tus in manus peccatorum. hec Orig. surgite
eamus. scilicet obuiam iude proditori & suis
complicibus. Ecce qui me tradet prope est:
quem nolo declinare: quamuis posset hoc fa-
cere. Ac si diceret Non nos inueniant latētes
ac quasi timentes & retrahentes vltro eamus
eis obuiam & pergamus ad mortem: vt passi
oni confidentiam & gaudium videant: & passio
nem omnino voluntariam sciant. Ultro nos
debemus offerre. quando non expedit mor-
tem effugere. vbi ostenditur christi deside-
ratus ad nostram redemptionem: quia non solum
proditorem cum turba venientem expectauit
sed etiam eis occurrit. Ubi etiam docet vt si
tribulari nos oportet. cum gaudio & confide

tia sustineamus. Moraliter quoq̄ mōet nos
ad tria. primo ad temptationes nos prepara
re cum dicitur surgite. secundo in bonis ope
ribus proficere cuꝫ subditur eamus tertio cū
ni hora quasi temptationem proximam expe
ctare. cum additur ecce prope est. ((Et adhuc
eo loquente eum discipulis suis ecce iudas))
mercator pessimus ((vnus de duodecim)) scili-
cet numero non merito. q̄ dicit ad ostenden
dum imminane facinus illius. qui de apostoli
ca dignitate proditor fuerat factus ((accepta))
a preside ((cohorte militum)) gentilium quoꝝ
intererat capere malefactores. cum tribuno
qui preerat eis ac turba plurima indeoꝝ mi-
nistrorum. accepta a pontificibus & principi
bus sacerdotum crudeli vtiq̄ & pessima socie
tate impiorum tanq̄ ad tenendum reum ((an
tecedebat eos)) tanq̄ ductor eorum qui vole-
bant comprehendere iesuꝫ ((& venerunt illuc
cum lucernis & facibus)) vt si in tenebris late
re vellet his quereretur nec non ((cum gladi
is: fustibus & armis. vt captionem eius impe
dire volentibus his resisteretur. Secundum
Piero. incumbit virtuti seculi qui desperat
de adiutorio dei. Habebat itaq̄ fulcimentuꝫ
ab vtraq̄ curia. s. imperatoris & pontificis:
quasi seruato ordine legitime potestatis: vt
nemo tenentibus auderet obsistere. cuꝫ hinc
milites presidis. inde ministri pharisеorum q̄
in lege summi & iudices videbantur. illum te
nerent vel etiam siquis auderet contra tot nō
posset: timebant enim plebem ne per hanc de
fenderetur contra eos: & ideo etiam nocte
traditur vt fine turbis que in die frequēter p
pter instructionem aderant inueniretur. An
tequam autem iudas cum turba veniret ad
orum vbi iesus cuꝫ discipulis erat ((dedit eis
signum dicens. Quemcunq̄ osculatus fuero
ipse est.)) scilicet christus ((tenete eum & duci-
te caute)) scilicet cauendo a populo ne eum de
vestris manibus eripiat. Populus enim com
munis deuotionem ad eum habebat. Hoc ait
fecit iudas. & propter romanorum milites q̄
christum non cognoscebant: & propter alios
ne loco christi caperent Jacobum minorem
qui in facie christo similimus erat propter q̄
specia luter frater domini dicebatur & quia ti
mebat ne se transformaret & de manibus eoꝝ
claberetur. quia pluries detentus ab ipsis per
transijt nescientibus eis: & ideo osculari cum
voluit: vt in osculando teneretur ne euaderet
Etum venissem ad orum ((nunc iesus sciens
omnia que)) ex dispensatione diuina ((ventu-
ra erant super eum processit vltro in occursū
illorum)) sicut paratus ad passionem: ex quo
patet voluntarie eum captum fuisse & passuꝫ

discipuli quoq̄ sequebantur. eum timentes:
sed ipse confortabat eos ne timerent. Unde
Anselmus. Quam promptus bone iesu spi
ritus tuus ad passionem fuerit: euidenter os
tendisti. quando venientibus vna cum proditō-
re tuo viris sanguinum. & querentibus ani
tuam. cum lanternis & facibus & armis pro
ctem: vltro occurristi. ((Et dixit)) iesus occur-
rentibus offerens se voluntarie eis. ((Quem
queritis)) non interrogans quasi ignarus vo
luntatis eorum: sed mori paratus interrogā
vt sciant esse cum quem querebant ((respon-
derunt ei iesum nazarenum.)) Non erat que-
rendus ad mortem. quem profitentur esse fa
ctis auctorem: nec erat persequendus quem
dicunt esse florem honoris & honestatis. ((di
xit eis iesus)) semetipsum manifestans & offer
rens. ((Ego sum)). s. quem queritis. Quasi di
ceret. Quid pro signo sumitis osculum pro-
ditoris. quid quasi latentem me queritis cum
facibus & lanternis. Ego sum. Non se occul-
tauit. nec se abscondit. sed magis querentibus
obuiam iuit & se ostendit. Ubi Ors. Fecit au-
tem hoc iesus ostendens quoniam non solus
comprehendere eum non possent. sed nec vi
dere in medio existentem. nisi ipse concederet
hec Ors. Uirtute enim diuina factum est vt
venientes ad capiendum eum. primo non co
gnoscerent: etiam suus discipulus: qui vene-
rat ad tradendum: q̄ maxime est potentie ei⁹
ostensiuum. vt per hoc secundo ostenderetur
q̄ de voluntate sua caperetur. quia incogni-
tus ab eis recedere poterat si voluisset. sed &
manifestus patet per hoc q̄ subditur. quia au
dito verbo virtutis & diuinitatis. q̄ est ei cū
patre & spiritu sancto commune a voce toni-
trui huius formidantes ((abierunt retrorsū))
& ceciderunt in terram resupini taꝫ iudas q̄
alij potentia diuinitatis ipsius dejecti: ita erat
ei importabile q̄ dicebatur. Item ideo vt eti
am quantum in se est: daret iudeis materiam
conuersionis: viso potentie sue miraculo: &
ideo cum statim ad ostensionem sue potentie
conuersi non fuerunt. se eis capiendū spon
te obtulit. Crediderunt retrorsum & resupini
sicut cadunt iusit. Qui autem ante se cadit vi
det quo cadat: qui autem retro cadit non vi-
det sui casus periculum. Iniqui ergo retro ca
dunt: q̄ non vident sui casus miseriam & q̄s
eos sequatur iusit vero qui in illis visibilib⁹
semetipsos sponte deiciunt vt in visibilibus
erigantur in faciem suam & ante cadere dici
tur: quia casum vident & timore compuncti
humiliantur. Dic ergo pensandum est quam
aspera erit vox. irati. cuius verba dulcia pati
non potuerunt. Hoc autem factum est ex di

uina ordinat sone vt per hoc declararetur ꝺ
tuo diuinitatis. Unde Aug. exclamans ait:
Ubi nunc multitudo cohors & ministri princi
pum ac pharisęorum vbi terror & munimen
armorum. Nempe vna vox dicentis ego sum
tantam turbam odio feroce, armisq; territ
bilem sine telo vllo percussit: repulit: strauit:
virtute diuinitatis latentis. Deus enim late
bat in carne. Quid iudicaturus faciet: qui
iudicandus hoc fecit. Quid regnaturus po
terit: qui moriturus hoc potuit. Nec Aug. po
terit christus omnes hostes suos destruere si
vellet se defendere: sed noluit nisi ad modicũ
eos prosternere. Hoc ideo fecit: vt ostenderet
se mortem volantarie sustinere: & si vellet re
mitti non possent eum capere vel tenere. Nec
hostium christi victoria: fuit olim in sampso
ne & sangar & dauid prefigurata. Sampson
cum mandibula asini strauit mille viros: &
sangar cum vomere interfecit viros sexcen
tos: & dauid vno impetu occidit viros octin
gentos: sed si isti dei adiutorio tot hostes pro
strauerunt. non est mirum ꝙ coram christo
omnes hostes corruerunt. ¶ Et cum) tremuit
(surrexisset iterum eos interrogauit. Quez
queritis.) ¶ Questionem intrat. vt fideles sua
passione liberandos ostendat. ((Illi autem))
adhoc in malitia sua perseuerantes (direrũt
Jesum nazarenum.)) Non enim cognoscere
vel capere poterant eum: donec ipse vellet p
ter hoc subditur. (Dixit eis iesus. Dixi vo
bis quia ego sum) qui voluntarie me offero.
Et tunc habuerunt ipsum noticiam & capien
di licentiam. propter ꝙ sequitur (si ergo me
queritis.)) scilicet comprehendere facturis id
ꝙ intenditis: sed tamen (sinite hos:) scilicet
discipulos meos (abire) quia non est temp⁹
modo ꝙ tollantur de mundo. In quo patet
ꝙ ipse dedit eis potestatem capiendi eũ nam
sicut ex sua potentia discipulos suos seruauit
sic & multo magis seipsum seruare potuisset:
quasi diceret si eo vobis potestatem me cap
piendi: vt tamen meo discipulis non facta
ris aliquid mali. Hoc dixit: quia seruandi
erant discipuli vt verbum salutis per eos di
uulgaretur. Usq; ad vltimam horam eius q̃
ad eos habuit. dilectionis conseruantiam de
monstrauit. Per hoc ostenditur ꝙ superio
res debent suos subditos fideliter adiuuare:
& pro eorum defensione se morti periculo
exponere. Ut ait Aug. Faciunt quod iubet:
sinunt eos abire: quos non vult perire: & im
pletur quod dixerat: quia quos dedisti mihi
non perdidi ex eis quenquam. ((Tunc acce
dens)) ille nequam & dominum suum subdo
le salutans (dixit aue rabi. Et osculatus est eũ

)) Accessit tanquam domesticus: sed fur erat
salutauit tanquam discipulus: sed insidiator
erat: osculatus est tanquam amicus. & intimi
cus erat. Dicitur quod erat consuetudo inde
orum in aduentu suo osculari. ad significan
dum ꝙ ingressus erat pacificus: & ꝙ mortis
erat domini iesu discipulos quos emittebat
in osculo pacis recipere redeuntes: & propte
rea proditor illi osculum in signum dedit: &
alios tanquam dux exercitus & ductor ad'ma
lum precedens. cum osculo ficto redijt. Qua
si diceret. Non sum ego cum istis armatis. iꝫ
rediens more solito te osculor. & dico aue ra
bi. O vere proditor: huic similes sunt multi
prelati qui verbo vel facto alios scandalizan
do & post se trahendo antecedunt ad malus
& ideo etiam antecedunt ad infernum. iudas
beneficijs christi abutens mala pro bonis re
debat. cui etiam similes sunt qui similia face
re non erubescunt. Secundum bedam susce
pit osculum dominus. non ꝙ nos simulatio
nem nos prodeat: sed proditorem fugere vi
derentur: & plus afficeret proditorem cũ amo
ris officium non negaret. simul & illud psal
mi complens: cum his qui oderunt pacem:
eram pacificus. (Et) suscepto osculo dixit il
li iesus. Amice ad quid venisti.) vocat enim
amicum secundum statum pristinum amica
biliter enim fuit electus a domino in apostо
lum. Ac si diceret. Ad ꝙd scelus dilapsus es:
vt discipulus traderes magistrum & dñ esses
apostolus factus es traditor. vide quid fece
ris: & considera finem tuum malum. v l'ami
ce qr diligo te: sed inimice quia me tradis. vl
vocat eum amicum ironice. improperans si
mulationes. Tanch̃ sm Aug. diceret, osculaꝛ
ris & insidiaris. Noui quare venerit amicus
fingis cum proditor sis. Ostendis amicitiam
signo: & agis proditionem de facto. amicitie
signis proditores vtuntur: vt eoꝝ dolus laten
tius peragatur. vnde apertius ei dixit Juda
osculo filium hominis tradis. i. in signo cari
tatis proditionem hominicidij facis. Infelix si
gnum vbi per pacem bellum: per osculum ho
micidium p salutationem condemnatio
procuratur. vbi Amb. Illud plus conturat i
gratum ꝙ cum tradiderit. qui cum esset dei
filius: propter nos filius hominis esse voluit
set: Quasi diceret propter te. Suscepi ingra
te ꝙ tradis hypocrita. Et sm eundem: quasi
amantis affectu corripuit proditorem. & ideo
etiam sm Crisо. proprium nomen posuit ꝙ
magis volentis erat & reuocantis: quam pro
uocati ad tram. vnde Anshelmus. signo qđ
acceperant a duce flagitii. seipsum manifesta
ti. Nã accedente ad osculũ sanctissimi oris tui

erentam bestiam auersatus non eo sed os
in quo dolus inuentus non est ori. ꝙ habun
dauit malitia eorum ipsi fili. O innocẽs
agne dei quid tibi & lupo tali. Que conuen
tio christi ad belial. sed & hoc benignitatis
tue erat domine: vt omnia illi exhiberes. que
parui cordis sui pertinatiam emolire potuis
sent. Nam & veteris amicitie illum commo
nuisti dicens: amice ad quid venisti. Et ora
re sceleris illi corripium ferire voluisti cui
dicebas. iuda osculo filium hominis tradis:
hec Anshelmus. Hoc idem potest dici indi
gne sumentibus corpus christi: scilicet iuda
osculo filium hominis tradis. Moraliter in
das est mundus: qui quando ad libitum dat
diuitias. tunc ridet. quando dat solatia: & de
litias tunc osculatur. quando dat honores
tunc amplexatur: sed omnibus istis modis
nos decipit & morti eterne nos tradit. Teste
beato Job qui dicit. ducunt in bonis dies su
os & in puncto ad infernum descendunt. vi
de hic maximam mansuetudinem domini:
quia osculum proditori suo dedit: & verbis
blandissimis alloquens amicum ipsum vo
cauit. O quot sunt hodie tales. qui videntur
amici esse domini & nõ sunt eius amici ami
cis enim suis omnia nota facit. scilicet mun
dum contemnere. carnem domare: & dyabo
lum cum suis temptationibus vincere: sed
multi abeuntes retro post concupiscentias
suas: cum iuda proditore abierunt ad penas
Quot sunt etiam hodie. qui inter se viden
tur amici. sed sunt ficti & peiores quam ini
mici aperti. Inimicus enim manifestus me
lior est quam amicus fictus. Ille vtrum time
tur facile vitatur. iste preualet dum non co
gnoscitur. In isto articulo traditionis expri
muntur tria que specialiter traditionem istã
reddebant christo multum dolorosam & sa
ctum iude aggrauabant valde. Unum est ꝙ
fiebat a suo seruo. a suo discipulo. & vno ex
duodecim de toto mundo ad tantam digni
tatem apostolatus specialiter electus ab eo.
Ubi secundum Ambrosium: seruus domi
num. discipulus magistrum. electus auctо
rem prodit: secundum est quod signo pacis
& amicitie scilicet osculo: tam fraudulenter &
dolose tradebatur, vnde Ambrosius amoris
pignore vulnus infligis. & caritatis officio
sanguinem fundis: & pacis instrumẽto mor
tem irrogas. Tertium est ꝙ illud fedum os
proditoris: vtpote cuius cor sathanas & om
ni spurcitia cum repleuerat: tam amoꝛosum
& melliflуum os verbũ os verbi eterni conti
gere audebat. Et tunc secundum Crisо. agno
mitti basia lupus dedit venenosa. ex q articu

lo tria hominis documenta. primum est. vt ca
ueamus ne & nos. Christi proditores efficia
mur. Quia vt dicit origenes omnes proditо
res & veritatis amare veritatem fingentes
osculi signo vertuntur: omnes etiam heretici
sicut iudeas iesu dicunt aue rabbi. Item chri
stum quis dolose salutat & tradit osculo in p
ximo vel etiam in seipso. In proximo quidẽ
dum quis proximus diligere se simulat & ma
lum contra eum machinatur. quam traditio
nem christus sibi assumit: iuxta illud ꝙ vni
& minimis meis fecistis mihi fecistis. Item
christum dolose cum iuda salutat & osculatur
qui proximo suo promittit & non seruat vel
fraudulenter adulatur in seipso etiam deum
salutat & osculo tradit qui ore dicit se nosse
deum & credere in eum. factis autem negat.
Item cum iuda dominum salutat & osculo
tradit. qui cum mortali ad corpus dominice
cedit. Secundum est vt discamus patienter
ferre malorum hominum fraudulentias. Si
cut christus patienter sustinuit proditoris sui
fallacias. Tertium est vt calumniatores no
bis malum interpretantes non odiamus. sed
amantis affectu exemplo christi eos corripia
mus. In recolendo. hunc articulum de falso
osculo inde poterit homo per contrarium. cuꝫ
sincera fide & deuotione osculari pedes cruci
fixi. indignum se reputans osculo oris ad qđ
ille infelix iudas accedere presumit. Quod si
imaginem crucifixi ante se non habeat. oscu
letur terram representando hoc idem & aliter
prout deus inspirabit. O domine iesu qui a
iuda osculo tradi pertulisti. da mihi nunquã
in proximo vel in me metipso te tradere. & ca
lumniatoribus meis & insidiatoribus fraterꝛ
ni amoris officium non negare. Ista iniqua
salutatio christo facta: olim fuit in Joab & a
masa prefigurata. Joab amasam salutans.
Dolosa mente fratrem vocabat. & iudas chri
stum salutans iniqua intentione magistrum
appellabat Joab dextra mentum amasi qua
si deosculans tenebat & in sinistra gladium e
ducens ipsum perimebat. sic iudas quasi de
xtra mentum christi tenuit. aue rabbi. blande
sibi dicens. & quasi sinistra gladium eduxit. &
ipsum perfodit. Insidias sub verbis blandis
occultans. iudam & iudeos malum pro bono
reddentes olim saul prefiguravit. qui genero
suo Dauid malus pro bono reddidit. Dauid
hostem saulis scilicet goliam superauit: & in
multis ei vtilis fuit sed saul sibi tanquam ho
sti insidias parauit. Et ei mortem inferre
affectauit. Sic deus Pharaonem & inimi
cos iudeorum sepe deiecit. & semper eis pro
fuit. Nunc autem in mortem eius arma pa

rit & ad hoc occidendum eum se armant. si milis etiam fuit cayn. qui fratri suo fine cā uenit. & ipsum qui nihil mali ei fecerat occi dit. Cayn eduxit fratrem suū verbis blādi tis & eductū crudeliter interfecit: sic & iudas ver bis blandis christum fratrē nostrū & patres salutauit: & hostibus ad interficiendū nequi ter prestauit. Et cum Petrus ceteris ardē ter pcessisset. Et cum Petrus ceteris ardē tior ((ferus pōtificis cui nomē erat malchus)) ad xpm capiendū magis de prope inge rebat & ferocius instabat ((auriculaz dextrā)) ob zelum amputasset: putans cū magis lede re & grauiter & vulnerare. vel ei caput ampu tare & interficere. sed diuina dispositione ictus declinauit. & relapsus est ad aurem: do minus est a lesione aduersariorum cōpescuit: dicens ((conuerte filadiū tuum in locū suum.)) seu vaginaz. quasi non esset locus defensi onis sed patientie: nec ei licitum vsus gladij materialis. Quasi diceret. Noli eo vti ad de fensionem meā. quia nō licet viris apostoli cis vti gladio materiali. Ubi cōsiderandum secundus Crisi. q licet christus. Petro & alijs discipulis primo precepit: dicens si quis te per cusserit in vna maxilla. prebe ei & aliā: ex ser mone tamen christi quem fecit post cenam Petrus in tantū amore exarserat. quod de il lo precepto non recolēs solum magistri sui defensionez intendebat. Ex hoc autē q chri stus defensionem phibuit ostenditur prom ptiorē eius. quam ad patiendū habuit. Re condi gladium precipit. vt patientiam non vindictam doceat. Unde Rabanus oportuit vt auctor gratie fideles patientiam suo doce ret exemplo & potius ad sustinendum aduer sa fortiter instrueret. quam ad vincula pro uocaret. Prohibet ergo dominus defensionē armoz. ne clericus armis pugnare presumat Ut Ambro. Arma mea sūt lachryme & ora tiones. aliter non possum nec debeo resistere sed hoc hodie prelati parum attendunt: qui regalia a regibus pugnandum accipiunt: cū potius regno ab eis cultria ad penitendū ac cipere deberent. Et adiecit dominus. ((Omnes enim qui acceperint gladium)) idest vsus fue rit gladio. i. propria auctoritate. & nulla supe ri aut legittima potestate. vel iubente vel con cedente. seu intuitu & procul dubitate vindi cte non iuste & amore iusticie ((gladio pibit)) idest ipsa vindicta erit ei causa perditionis: quia dignus est gladiari. Quicunq; molitur ledere alium. seipsum proprio iaculo percutit & incidit in foueam quam fodit. Et subdit do minus ((an putas quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorū)) tanquam si bi dicat. Per aliam viam possum euadere si vellem. Non indigeo auxilio duodecim apo stolorum. qui possem si vellem habere duo decim legiones angelorum. Cum ergo pos set accipere legiones nolebat accipere: vt per patientiaz eius implerētur scripture. prophe tanteo. de ipso. quoniam ita eum pati conue niebat ad nostram redemptionem. quia & si nostre liberationis alius modus fuisset pos sibilis. nullus tamen sta conueniens. & ideo non erat locus defensiōis & resistētie: sed ma gis patientie. Non solum autem minis eum cohibuit: sed & aliter consolatur eum dicens ((Calicem quem dedit mihi pater non bibā illum:)) Quasi diceret. Si recte sapis. debes voluntatem tuam diuine voluntati conformare. aliter enim erit sathanas non sapiens qui dei sunt. secundum Crisō. in eo q ipsam mortem calicem dicit. quam si grata & accep tabilis pro salute mortalium more videtur differit. Jesus autem seruum sanauit: auriculam eius tangendo & ei restituendo: vt ad implerēt q predixerat. bene facite his qui oderunt vos. In quo maxima christi sal uatoris caritas & pietas apparet. Et bene fica virtus eius ostenditur: quam exhibet. hostem suum qui ad ipsum cōprehendēdum venerat sanando. & per hoc inimicos eū pse quentes. ad fidem admonendo. & insuper di scipulos in fide confirmando & nos quia noluit quemquam propter se ledi & vt inimi cis nostris benefaciamus instruēdo. In quo etiam suam virtutem & potestatem reuelat: q non de necessitate sed voluntarie captus esset. Ubi Beda. Nunquam enim pietatis sue dominus obliuiscetur qui etiam hostes suos non patitur vulnerari. Illi iusto mortem in ferunt iste persequentium vulnera sanat mi stice docendo: & ipsos si conuertatur posse sa nari. qui in sue sunt mortis confessione vul nerati. ((Tunc iesus conuertit se ad turbas)) non impatienter: sed rationabiliter eam al loquendo: dicens lamentabiliter & quasi ad lamentum auditores prouocando. ((Tan quam ad latronem existis cum gladijs & fu stibus comprehendere me)). Quasi diceret si ne causa fecistis hoc. Cuius ratione assignat dicens. ((Quotidie)) idest frequenter pacifi ce & sine armis ((apud vos eram docens in templo)) in loco vbi potestatem habetis: & tunc sine violentia armorum me comprehē dere potuistis ((sed non me voluistis)) tunc nec cepistis. quia nolebam: sed nec nunc pos setis nisi permitterez & me sponte vestris ma nibus subicerem. Ubi remigius. Ac si dice ret. Latronis officium est nocere & latitare.

ego vero nemini nocui sed plures sanaui. & in synagogis semper docui. Ubi & Hieron. Similum est inquit cum cum gladijs & fustibus quereretur qui vitro se tradebat vestris ma nibus. & in nocte quasi latitantem & vestros oculos declinantem per proditorem inuesti ere. qui quotidie in templo docebat. Ideo autem vt dicit Crisō. Cum in templo non te nuerunt. quia non aderant propter turbam propter q & dominus foras exiuit. vt ex loco & tempore daret aptitudinem se capiēdi. Dic secundum Anshel. Consuetudo domini no tanda est. que tam vulciter persecutores suos allocuta est. tam dulci allocutione redarguit vt ipsorum nequitiam compesceret & nos ad imitationez sue benignitas vtiliter inuitaret. Et subdidit dominus. ((Sed hec est ora ve stra)) idest vobis concessa ad me comprehen dendum ((& potestas tenebrarum harum q3 dyabolus princeps tenebrarum incitabat eos ad hoc faciendum. & hec potestas est tenebro sa data gest dyabolo & iudeis insurgēdi in chri stum. Et ideo aduersum me in tenebris con gregamini. & potestas vestra qua contra lu cem armamini in tenebris est. Ut autem ait Theophilus peracto cunctis que sufficienter se habebant ad prohibendum iudeos: cuz illi hoc nequaquā discernerent. tunc duci se per misit. Unde dicitur. ((Cohors ergo militum)) & tribunus qui eis preerat & ministri iudeo rum ((accesserunt)) sicut lupi ad agnum vna nimiter & impetuose ((& manus)) sacrilegas ((iniecerunt in iesum)) omnium saluatorem. irreuerenter & indebite. & tenuerunt eum ip so permittente: quando enim voluit tentus est & non ante: & sic fuit captiuatus propria voluntate. Nam vt dicit Remigius frequen ter cum comprehendere voluerunt: sed non potuerunt: sicut nec nunc potuissent: nisi ipse voluisset sicut enim eos solo verbo prostrauit sic solo verbo eos fugere vel annihilare pote rat si voluisset. Ex quo patet obstinatio eo rum: quia nō fuerunt aversi a suo malo vsu predicto signis: sed magis attribuebant ar tibus magicis. Cogita hic q si penale est cui libet homini libertas: tam conditionis. quia redigitur in seruitutem captiuatoris secundū leges chules quas actionis. quia captus non potest facere q vult quanto magis penale fu it christo qui est dominus celi & terre. & quez celi & terra capere non poterant violentoz quantum ex parte ipsorum erat manibus ca pi & teneri. Ex hoc articulo habemus morale documentum: q3 sicut christus amore nostri se metipsum voluntarie tradidit captiuum in dies huc & nos pro eius amore nosipsos. idest omnes sensus nostros debemus captiuare in obsequium christi videlicet vt oculi capti uentur ab illicito visu. aures a nocio audi tu. lingua ab otioso & nocuis locutionibus ma nus a malis operibus. pedes a vano & vago incessu maxime ad peccandum. Sicut enī chri stus fuit captiuatus ne quo vellet posse abire: sic hō seipsum debet captiuare: ne sequatur cō cupiscentias carnis. & sensualitatis appetitū ad nocua trahentē. Cor enim captiuet a ma lis cogitationibus intellectus ab erroneis sen sibus & falsis dogmatibus. voluntas ab o bus a diuina voluntate discrepantibus. Un de apostolus in captiuitatē redigentes oēm intellectū possunt oēs sensus & vires anime ad operationem intellectus deseruientes ac cipi. Aliud documentū est huic connexum: q3 homo libenter debet esse captiuus christi: vt morte euadat eternā: sicut enim homo in bel li periculo constitutus: libenter dat se alicui nobili & benigno domino captiuum: ne ab aliis ferocibus occidatur: sic nos in hac vita sicut in bello constituti. q3 militia est vita ho minis super terram tradamus nos benigno domino christo captiuos. qui non est domi nus mortuoz sed viuorum. ne ab hostibus eterna morte ferociter occidamur. In reco lendo hunc articulum recogitet homo se q̄si in campo bellico cuz hostibus conclusum. nec posse euadere potentiam aduersariorum. idest demoniū nisi se tradat christo benignissimo domino in seruitutem captiuum. & si aliquo gestu corporis tradat se totum christo captiuū clamans & dicens ad eum. Jesu q3 audens sponte capi & teneri voluisti. da mihi omnes sensus vires3 in obsequium tuū iugiter capti uare. vt a morte perpetua bonitate tua mere ar preseruari Deosculatio comprehensio chri sti prefigurata fuit in Joab qui amasam deos culando interfecit. ((Tenentes aūt iesum)) ce ces illae manus suas vinculis strinxerunt ((& ligauerunt eum)) ignominio se quasi latronē dignum. a quo potius solui velle de buerunt. q3 olim venerat absoluere vincula infirmitatū & peccatorū ac mortis & inferni. Et erant forte in eis q postea liberati ab eo dixerunt. Dirupisti domine vincula mea. Ec ce adest Joseph. ligatus venditus a fratribus & Sampson vinctus a validis. i. synagoga. Unde Anshel. iede ecce tā proditore peremptē ipsop turba prosequitur & osculū prebente in da manus inuitum in iesum Dñm suū tenēt ligatum: & illae dulces manus vinculis stric gunt: Quis fecerat scio occupat nuz co: nuz pietas ora viscera tua zelus inflamat. sine re go patiantur q3 pro. te patiuntur. Quid optas gla

dium. Quid traxeris. Quid indignaris: si in ſtar. Petri cuius libet articulam abſcideris ſi ferro brachiū tuleris: ſi pedē truncaueris: ipſe reſtituet omnia: qui etiaz ſi quē occideris abſ q̄ dubio ſuſcitabit. hec Aug̃hel. Ligauerunt aūt eū propter tria. Primo ne manus eoz̄ ei fugeret: dixerat enim eis iudas q̄ cūtenerēt ⁊ caute ducerent. Secūdo vt eū monte dignū oſtenderent. q̄ mos erat iudeis vt quē morte dignū iudicarēt: vinctū preſidi traderēt. Tertio propter miſterū: licet ipſi hoc ignorarent q̄ eni xp̄s nos peccatis ligatos ⁊ in limbo vinculatos ſoluere debebat: ideo ipſum pro nobis ligari oportebat: cuius vinculis liberati ſumus. Voluit quippe xp̄s tanquam latro cōprehendi ⁊ ligari. Adam. n. cum latrocinio furtum cōmiſit: quando pomū ſibi vetitum attractauit: nam furtū eſt p̄trectatio rei alterius domino: ⁊ huius rei cauſa totū genus humanum a diabolo comprehenſum tenebat ligatum: pro cuius ſatiſfactione ieſus tanq̄ latro voluit comprehendi: qui in comprehenſibilis eſt: ⁊ ligari qui ligatos venit ſoluere: ⁊ vincula eoz̄ dirumpere. Et nota q̄ chriſtus filius dei tanq̄ latro cum latrone. s. barraba: ē captus: inter latrones crucifixus: a latronib⁹ occiſus: propter latrones paſſus: ſoluens que nō rapuit. Legit aūt dñs ter ligatus. Primo ſtatim cum captus eſſet ⁊ diceretur ad annā. Secundo cū de anna duceretur ad cayphaz. Tertio cū duceretur ad Pylatum. Nam ſecūdum Bedam. Potuit fieri: vt ad horaz ſoluerētur quatenus diſcuteret: ⁊ poſt hec diſcuſſus iterum ligaret. Quarto poteſt addi q̄ etiam ligatus fuit ad colūnam cuz flagellaretur licet hoc in euāgelio nō exprimatur. Inſuper in cruce clauis fuit vinctus ⁊ ſic etiaz ligatus Et hoc articulo trahuntur plura documenta ſalubria. Primū eſt quia ſicut dictum eſt dñs ligari voluit: vt ipſe peccatorū noſtroruz vincula ſolueret. Ideo nos debemus eſſe grati de ſolutione noſtra: ⁊ cauere ne rurſus eum noſtri peccatis ligemus. q̄ fit quotiēſcunq̄ mortaliter peccamus. Hanno etiam xp̄i vident cum finibus peccatoz̄ colligere: q̄ nō credunt deo q̄ poſſit eis neceſſaria ſua dare Secundū eſt q̄ xp̄s ligari voluit vt nos ſibi alligaret vinculo caritatis. Unde ſtudeamus ⁊ nos ſibi tam fortiter caritati aſtringi: ne leuitas eſt vinculum: in quo anima deo alligatur. Tertium documentū eſt vt nos ligemus omnia membra noſtra ⁊ ipſam linguam frenis preceptorū dei: ne laxent ad aliqua cōtraria diuinis preceptis vel diuine voluntati: vt nihil operemur: aut loquamur que deus vel proximis offendatur. Quartum eſt: vt ſimus vinculo fraterne caritatis proximis colligati: ita vt omnem gratiā diuinitus acceptā ſtudeamus eis impartiri. ſicut apoſtolus omnes fideles hoc vinculo ſibi colligatos habuit: theologi ſocioſ ſui gaudij eſſe cupiuit. Quintū eſt q̄ nos volentes ſequi chriſtum debemus noſmetipſos ligare vinculo profeſſionis obedientie: propter eum qui pro nobis voluit ligari ita vt amplius pro noſtro velle nos mouere non poſſumus. ⁊ ſic cum Iſaac colligati ⁊ in altari mactationis propie voluntatis poſiti. quotidie in holocauſtum vinum deo immolamur. Ad conformandum ſe huic articulo recogitet homo: qualiter dominus ligatus fuit propter vincula peccatorum noſtrorum ſoluenda: ⁊ vt vinculo caritatis nos ſibi alligaret: poterit in recompenſa aliquam ſeipſum deo ligare aliquo bono propoſito vel etiam voto. Quo ſi tam ligatus ſit in religione vel alias deſideret a deo adiuuari ad perfitiendum huiuſmodi obligationem ac landem ſuam. O ieſu qui iniquorum manibus ligari voluiſti: abſolue. queſo noſtrorum vincula peccatorū atq̄ ita caritatis vinculo preceptorumq̄ tuorum finibus me conſtringe: ne vnq̄ membra corporis aut vires animemee lateant. ad queuis contraria tue voluntati. Capto autem ⁊ ligato domino (discipuli omnes pterriti relinquentes eū fugerunt) ⁊ magiſtrum ſuum ſicut latronem ad victimā deduci dimiſerunt: ſicut predixerat eos ſcandalum in ſe paſſuros: comprehenſo paſtore diſpergunt̄ oues. capto magiſtro fugiūt diſcipuli. Unde Beda. Impletus eſt ſermo domini quo dixerat q̄ omnes diſcipuli ſcandaliza rentur in illo in ipſa nocte. Et Hiero. Tunc adimpletum eſt elongaſti a me amicum ⁊ proximum: ⁊ notos meos a miſeria. Ut autem dicit Theo. periiſſet dñs eos cadere vt non in ſeipſis confidāt. Unde Remigius. In hoc facto demonſtrat fragilitas apoſtoloz̄. Qui enim de ardore fidei p̄miſerant ſe mori cum eo timore fugiunt immemores ſue promiſſionis. Quod etiam videmus impleri in his: q̄ pro amore dei magna ſe p̄mittunt facturos: ⁊ poſtmodum non implent nō tamē deſperare debent: ſed cū apoſtolis reſurgere: ⁊ p̄ penitentia reſipiſcere. Ubi ⁊ Rabanus. Aliter autem ſicut Petrus qui culpam negationis penitentie lachrymis abluit: recuperationem eorum oſtendit. qui in martyrio labuntur ita ceteri diſcipuli qui articulum comprehenſionis fugiendo pertenerunt cautelam fugiendi docent eos qui ſe minus idoneos ad toleranda ſupplicia ſentiunt: quibus iuxta

eſt latere: quā ſe diſcrimini certaminuz expone: ſed quare non comprehenderunt apoſtolos ⁊ maxime petrū qui percuſſerat cum gladio. Dicendū q̄ nihil eos detinuit niſi virtus diuina: que etiā p̄ſtrauit eos reſupinos. Tūc oēs diſcipuli peccauerunt: ⁊ in fide per illud traditū excincti ſuerunt p̄eter. Beatam virginē in qua ſola fides eccleſie inconcuſſa pmanſit: ob cuius repreſentationē in matutinis illius triduī omnes candele extinguuntur. excepta vna ſola que remanet accenſa. In huius ſignum etiam denudantur altaria: quia chriſtus per altare deſignatus relictus fuit ab apoſtolis ſignatus per ornamenta. In illo etiam triduo officia nocturnā alte cantat. per quod p̄phetie de chriſto ſignant: diurne vero ore ſub ſilentio dicunt q̄ apoſtoli tunc predicare nō audebant. Unde ⁊ cāpane non pulſant: q̄ tunc ſonus predicationis ceſſauit. Et patre montis ſyō in vallē. Joſaphat deſcendendo: ſunt cauerne apoſtolorū: vbi latuerūt tpe paſſionis chriſto relicto ((Adoleſcens aūt quidam ſequebatur ieſum amictus ſyndone)). illinea veſte: que innocētiam ſignificat ((ſuper nudo)) ſcilicet corpore: quia non habebat aliud indumentum ſupra tunicā: ⁊ ab extra quā ſolam ſyndonem qui dicitur fuiſſe. Johannes. Unde Beda. Iuuenem iſtum nil vetat intelligi fuiſſe Johannez cuius longa poſt hec in carne vita indicio eſt Nic cū teneretur ab impijs. relicto veſtimento elapſus manibus tenentiū nudus p̄fugit ab eis. quoz̄. s. ⁊ preſentiā deteſtabatur: ⁊ facta. non a domino cuius amorem etiam abſens corpore ſicum ſeruauit in monte. Nondum fuit in eo perfecta caritas: que foras mittit timorem: ſed pro tanto plus alijs de amore habuiſſe videtur: quia plus ceteris magiſtrum ſequebatur. In facto autem ſuo ſecundū Bedam. Deſignat illos qui vt ſecuriores ab incurſibus hoſtium fiant: quicquid in hoc mundo, poſſidere videntur abiiunt: ac nudi potius deo famulari: q̄ adherendo mundi rebus materiam tempiandi: ⁊ a deo reuocādi aduerſarijs dare didicerunt: iuxta exemplū beati Joſeph̄ qui relicto in manibus adultere pallio foras exiliit malens nudus deo quam indutus cupiditatibus meretricis ſeruire. Sic Paulus primus heremita videns alios deficere in exquiſitis tormentis fugit: ⁊ ad ſolitudinē ſe tranſtulit: ⁊ tu nudus cuolla ad vexillū crucis: potius q̄ diuitijs alitiario ⁊ delicuario a mundo quo minus chriſtum ſmiteris. Unde Hiero. Qui vult effugere inimicum iniquorum relinquens mente que mundi ſunt: fugiat poſt ieſum. Johannes vero mox recuperato ⁊ reſumpto veſtimento redijt ⁊ dominum vt prius ſequebatur. Potuit enim fieri vt ſub dubia noctis luce iele turbis ducē tiuz ieſum quaſi vnus ex ipſis immiſcuit donec ad atrium pontificis cui notus erat peruenire. Johannes ſudario ſimplici ⁊ tenui erat ſuperueſtitus: ſed nunc veſtes extendimus in paruis ⁊ plicamus in capſis: ac veſtium de portahidarum habemus ſummarios quadrigas ⁊ currus. ⁊ etiam caruz caudas poſt nos trahimus vel portari facimus. Ex hoc articulo. 1. fuga diſcipuloz̄ trahuntur: quatuor documenta. Primum eſt q̄ nos cauemus ne ⁊ nos vnq̄ a chriſto fugiamus. Fugit autem a chriſto: q̄ propter timorem humanum vel ex temptatione diabolica vel alias propter quancunq̄ paſſionem ſeu affectionem corruptam relinquit iuſticiaz aut veritatem: nam chriſtus eſt iuſticia ⁊ veritas. Et vnuſquiſque ſaltem in omni peccato mortali fugit homo a deo. Secūdū eſt q̄ ſi nos aliquando eſt fragilitate ad horam a chriſto recedamus peccando: non ideo debemus deſperare: ſed cuz apoſtolis reſurgere ⁊ per penitentiā reſipiſcere. Tertium eſt: quia vt ſupra dictuz eſt ex fuga ceterorum diſcipulorū decetur cautela fugiendi minus idoneis ad tolleranda ſupplicia ⁊ aduerſa: ſicut ex penitentia Petri officitur reparatio lapſoruz in martyrio propter illa. Quartum eſt ſi interdum ſit qui videntur amici noſtri ⁊ primi recedant a nobis tēpore neceſſitatis vel aduerſitatis: equanimiter hoc feramus: memores quod ⁊ apoſtoli receſſunt a chriſto his incumbentibus. In confirmando: ſe iſti articulo recogitet homo quantum ſe elongauerit a deo peccādo: ⁊ minet illud Pſalmus quoniaz qui elongant ſe a te peribunt. perdidiſti omnes qui fornicātur abs te: mihi autem adherere deo bonum eſt: ac oret deuz dicendo. Jeſu qui electos diſcipulos tuos omnes a te fugere permiſiſti: ſuſcipe me fugitiuuz ſeruum tuum ⁊ tene virtute omni potentie tue: nec ſine me abs te propie voluntatis arbitrio euagari. Attende nūc diligenter: ⁊ vide quomodo dominus ieſus patitur ſe capi ⁊ ligari ⁊ a diſcipulis derelinqui: cum duci ad mortis ſupplicium: ac ſi eſſet malefactor ⁊ omnino impotens ad ſe defendendum. Cum quanto clamore putas madauerunt in eum iniecerunt. quam crudeliter manus in eum iniecerunt. quam dure ſtrinxerunt: ⁊ eum ligauerunt: quam inreuerenter traxerunt. Conſidera etiam quomodo diſcipulis iuxta fugientibus ⁊ errantibus cōpatitur: ⁊ quis ſuus dolor queri oportuit: quod a magiſtro ſuo dilectiſſimo ſe

pararentur. O quam inuiti. O quam tristes. O quam desolati. O qualiter plorantes. O quales voces ⁊ clamores: ⁊ genitus ⁊ suspiria dantes sicut cyphani ⁊ timore perterriti recedebāt. Et perpendere potes. quod recedētes dicebāt. O magister bone. O dulcis pater. O benigne domine: quomodo istat ⁊ pereimur a te. Quomodo pater sancte: filij tui fugiunt a te. Quo ibimus domine. Dec ⁊ multa alia dicere poterant. O quotiens retro respiciebant. videntes qualiter dominus suus ligatus ⁊ sine honore trahebatur. O quotiens se in terram proijciebant: ⁊ ad celum clamabāt. Et hoc enim magis ⁊ magis eorum dolor augebatur: quia videbant magistrum ⁊ dominum suum sic viliter trahi: ⁊ canes illos pessimos mordentes ⁊ ad vltimam cum trahentes: quasi agnum mansuetissimum sine clamore ⁊ refutentia sequi. Quis enim tunc doloris aculeus discipulorum corda penetrauit: quando videbant discretissimū magistrum ⁊ dominū suum tanq̄ malefactorem duci ad mortem: cum ⁊ ille impijssimus iudas penitentia ductus: tanta postmodum fuerit ex hoc repletus amaritudine: vt maluerit mori quam viuere. Cogitabat: si domina mater sua ibi fuisset: quid o domina mea: quā mala ⁊ q̄ amara erit tibi dies craftina. quando audies ⁊ quando videbis tam crudele spectaculum. O domine ihesu: que anima hec cogitans potest sustinere: q̄ non rumpatur pre dolore. Conspice igitur eum: quomodo ducitur ab illis nequissimis de torrente sursum versus hierusalem festinanter: ⁊ cū impetu: manibus retro ⁊ regione dorsi ligatis: ⁊ vt dicitur catena collo suo imposita: exclamidatus tunica non curiose succinctus capite discoopertus: ⁊ cursus ex fatigatione ⁊ vehemēti, acceleratione incedens: ⁊ quomodo agnus innocens inter lupos bat mordaces. O quam violenter eum impellebant per vallis Josephat medium: ⁊ ad montis ascensum: quā fatigatus ⁊ mole sue afflictus transijt per torrentem cedron. vt adimpleretur scriptura que dicit: de torrente in via bibet. Et sic cum impetu tanquam contra latronem stridentes: ⁊ eum percutientes: duxerunt eum per portas aureas per quas in die palmarū intrauerat. que modo clause sunt: ((⁊ adduxerunt eum ligatū tanquaz morte dignum)) ((⁊ ad annam primum)): id est primo. Pluribus autem de causis ducebant eum primo ad annam. Quarum vna est: quia dominus anne prior eis erat in via occurebat. Et ideo turpe illi esset ⁊ contemptui videretur: si dominum suum antepositam preteriissent vel forte illuc diuertebant. ne in via longiori tumultus in populo fieret. Vel ministri faciebant hoc de voluntate cayphe: volentes annā socerum suum honorare: vt diuino iudicio qui erant affines sanguine sociarentur in scelere. Itez quia annas senior quam cayphas. Judicū autez primo referebatur ad seniores vt magis iustus appareret coram hominibus ideo fecit eū anne primo presentari: vt excusabilior esset: si ab anna condēnatus ipse postmodum condemnaret. Itez quia hi duo sacerdotium vicissim agentibus emebant: ⁊ sibi per annos vicissim succedebant: ⁊ vtilitatem in cōmuni habebant. Et ideo fecit eum presentari anne tanq̄ cōiudici: ad quē scire de iudicio putebant: ⁊ vt christus magis dignus morte: ⁊ per consequēs ipse cayphas minoris culpe videret: si alterius quez ꝓ sacerdotis sui sententia. ⁊ coram iudicibus pluribus christus cōdēnaretur. Et licet isti pontifices iudeorum non haberēt iudiciū examinis: quia ipsū examinabant causas ad ritus iudeorum spectātes: ⁊ postea miserunt ad presidem cesaris causas instructas: secundum legem vnus summus sacerdos per totam suam vitam officio pontificij fungebatur cui post mortem filius succedebat: vt generationis in sacerdotibus series texeretur. Postmodum vero inuidia ⁊ ambitione principū crescente: nō solum patri non succedebat filius: sed nec vltra annuz quis officio fungebatur pontificatus ⁊ hoc ipsū pecunia procurabat a rōanis vnde hi duo. s. annas ⁊ cayphas principes sacerdotū erant. licet de tribu leui non essent: ⁊ per vices annuas alternati sacerdotū ministrabāt ꝙ quolz anno pro suis vicibus ab herode emebant ⁊ erat tunc annus cayphe. cū passus ē dñs: quia erat pōtifex anni illius. i. amministrationē anni illius hēbat. Quis iudicius ⁊ vtilitas iudicij cōiter amborum eēt si ergo miz si iniqui pontifices iniq̄ iudicauerunt. ⁊ officiū pontificatus tā nequiter adepti: rē sic nepharia gesserunt. Sepeeni qui per auaritiaz vel ambitionē ad sacerdotiū ⁊ dignitatē accedit. per iniusticiā in eo seruat ⁊ sceleratū initiū funesto fine consumatur. vide symonia. ambitione ⁊ schismate sacerdotiū synagoge deperisse caueat hec ecclesia ne sibi contingat simile. Circa hunc articulū. s. ductionē xp̄i est considerandū q̄ xp̄s in processione passionis sue nonies hodie ductus fuit. Primo. n. mox vt captus fuit ⁊ ligatus. duxerunt cū ad annā. Secundo ab anna ad cayphā. Tertio a cayphā ad pylatū. Quarto pylato ad herodē. Quinto ab herode reductus est ad

pylatum. Sexto milites duxerunt eum intro in atriuz pretorij: vbi illuserunt ei. Septimo pylat⁹ duxit eū foras ō ptorio portantē coronā ⁊ vestē purpureā. Octauo duxit eū foras pretorij ad locuz vbi sedit pro tribunali. Nono duxerūt eū ad crucis patibulū. Et in quantibet istarū ductionum semper singulares penas ⁊ contumelias passus est sicut de singulis in suis locis patebit. Duas nouem ductiones qui hodie vsq̄ ad nonā circuentes visitāt nouē ecclesias: in memoriā q̄ xp̄s postquā captus fuit ductus est ad nouez loca. Et merito fideles hodie sanctoz ecclesias visitant: vt ab ipsis beneficia obtinere valeant: nam hodie sancti valde liberales esse debent: q: hodie de carcere fuerunt liberati: ⁊ in celeste imperium sublimati: si quis eni de carcere liberatur: ⁊ in imperiū sublimaretur: illā diē multū diligeret: ⁊ in illa die multū liberalis eēt: sic ⁊ de sanctis credendū est. Fuit aūt ductio xp̄i violenta: quia manu armata ⁊ cuz turba fuit ⁊ ignominiosa: quia ducebatur vinctus sicut malefactor ⁊ morte dignus: fuit etiaz dolorosa: quia quantūcunq̄ ipse voluntarie cū eis iret: tamen in fune cum trahebant ac impellebant: ⁊ prostratus obruebant: ita vt dicere posset illud paralippo: ex omni parte angustie me premunt. Ex hoc articulo habentur quattuoz documenta. Primuz est q̄ fideles in die parasceues nouem ecclesias secundum nouez ductiones in prima ecclesia eme morari debent quid christus passus fuit coram anna: in secunda quid coram cayphā: in tertia quid coraz pylato. ⁊ sic deincepo vt videre poteo in ordine suppradicto. secundum est. q̄ si quando forsitan causa det ducamur ad penam. cum patientia tolleremus amore ⁊ exemplo eius: qui pro nobis ductus est innocens sicut ouis ad occisionem. Tertiuz est q̄ licet nos aliquando ducamur ad malum pene: nunq̄ tamē paciamur nos duci ad malum culpe: quia talibus ductionibus nullatenus consentire debemus immo nec ad huiusmodi inuiti trahi vel duci possumus. Et iō si quando inducamur ad temptationem nequaq̄ tamen ducamur in temptationē peccati cōsensum. Quartū est vt nos simus de facili ductibiles ad viam iusticie: sicut xp̄s valde faciliter immo desideranter ducebatur ad passiones nō repugnans nec renitens nec remurmurans: ⁊ sicut ouis coram non aperiens. In conformando se isti articulo recolat homo quaz exprobabiliter sicut fur vel latro xp̄s ductus fuit: ⁊ poterit etiam mentaliter visitare nouez ecclesias sicut deuotio dabit. Itē formet sibi homo propositum se velle cū gratia dei ductibilem esse ad omne diuinū beneplacitū: ⁊ oret dicens. Jesu qui vinctus, velut malefactor ab iniquis de loco ad locum ex probabilitter duci voluisti. da mihi virtutem vt ad nullum a spiritu maligno vel homine malo seducar peccatum. sed spiritus tuus bonus ducat me ad ola tue beneplacita voluntatis ((sequebatur autem iesum symon. Petrus ⁊ alius discipulus. s. Johannes: sed a longe)) ex timore. Licet enim isti sicut ⁊ alij primo ex timore fugissent: postea tamen ex deuotione iesum secuti sunt: qz feruentiores alijs erant: ⁊ pre ceteris christum diligebant. ⁊ quia maior eos ad inuicem vis dilectionis vnebat ꝙ Johannes ⁊ Petrus dominum ad passionem eunt. Petrum sequuntur: significat ecclesiam: de iudeis ⁊ gentibus domini passionem secuturam. i. imitaturam: sed a longe ⁊ differenter. Ecclesia enim pro se patitur: sed ille pro ecclesia: ⁊ passio sanctorum a longe imitatur passionem christi. q: non est dolor similis dolori eius. Dic sic per hos duos discipulos. duc vite intelligunt: qui xp̄m sequuntur. Lectiua ē p Petrum. ⁊ cōtēplatiua q̄ per Johannem significatur: ⁊ actiua quidem sequitur christum obediendo. contemplatiua vero cognoscēdo ⁊ cōtēplando. ((Et quia Johan. erat notus pontifici: introiuit cum iesu in atrium pontificis)) quia propter noticiam permissus est intrare cum alijs. Causa autem sue noticie hec esse poterat: quia forte missus a patre suo pisces ad domum pontificis pluries portauerat: vel forte quia aliquis de cognatione eius ibidem seruiebat. vel fm aliquos de David descendebat quas genealogias sacerdotes habebant. ((Et dixit Johan. ostiarie ⁊ fecit introduci petrum)) qui ex timore stabat foris ad ostium. quasi presagiens future negationis factum. Unde in ꝑo. Qui videbant me foras. fugerunt a me. Dicitur autem Johan. intrauit cū iesu. quia vita cōtemplatiua est et familiaris sed Petrus foris stabat. quia actiua vita circa exteriora occupat. Per hoc autem q̄ Jo. fecit introduci Petrum mistice intelligi dat. q̄ per contemplatiuā introducit ad xp̄m vita actiua. Sicut enim ratio inferior dirigitur p superiorem. ita actiua p cōtēplatiuā. sequere ⁊ tu eum vsq̄ ad atrium principis. ⁊ stra cuz eo si poteris. vt singula que fiūt videre mereris. Atriū vocabatur platea sub dio iter primam portam ⁊ secundam vbi erant ministri principis circūsedentes ad ignē sicut quos stabat Petrus calefaciens se. Intus autem erāt in concilio principes sacerdotum ⁊ scribe seniores. ⁊ dominus cū eis sicut agnus inter lu-

pos. Dic trina negatio Petri fuit inchoata. sed postea in domo cayphe consumata. Et ideo propter continuationem materie simul omnes tres sunt infra posite. Eadem ergo domino ieſu in bello et conflictu duro et aspero permanente. tu aliquantulum non sine et compassione et gemitu dormitabis. et quietes si tamen poteris hoc facere.

Oratio.

Omine ieſu christe. qui in agonia sanguinem sudasti. da mihi in cruenta peregrinationis huius tecum ludare vt otiosa non marcescam requie. sed in fudoris vultus mei vescar te pane vino. imque sudoris sanguinei balsamum me egrotum sanet. et celesti curie lo cum representet. Et qui tuo osculo te tradis in manus impiorum et ligatum adduci ad animam permisisti. ac vincula mortis eterne nobis absoluisti. non permittas me tradi in manus crudelium. et rumpe vincula conscientie mee male. vt securus de cantem. et rupisti vincula mea. tibi sacrificabo hostiam laudis. Amen.

¶ De matutinis.
Capitulum.ij.

Ora matutinali excitaberis a somno tuo: plenus lachrymis et dulcore confectus propter ea que post completorium cogitasti. et tunc meditaberis et in spiritu tuo videbis. qualiter dominus tuus sedet inter inimicos despectus et inhoneratus et a suis discipulis et amicis derelictus. et tot malis hominibus sociatus. O domine ieſu quomodo ita desolatus contemptus et desolatus. vbi sunt discipuli tui et amici. O vnicum bonum meum. O singulare gaudium meum. quid faciam cum te sic videam. Certe domine sedebo in terra tecum. et associabo te. qui non video hic qui diligat te. sed potius inimicos tuos insanos et dementes qui oderunt te. ((Jesu ergo statuto et stante ligato ante annam pontificem interrogauit dolose ieſum pontifex de discipulis suis)) forsallis vbi essent. et cuius gratia eos collegit. vt videret si posset eum deprehendere. et ab eo seducti fuissent. ((et de doctrina eius)) non cognoscende veritatis amore. sed ad videndum si posset ibi falsitatem vel calumniam et aliquid dictum contra legem inuenire. et sic causam haberet qua posset accusare eum. et tradere romano presidi ad damnandum. Duo enim imponebantur christo a iudeis: scilicet falsa doctrina et noua ac seductio et attractio hominum ad se. et ideo pontifex examinat eum de vtroque videlicet si esset seductor hominum et doctor falsе doctrine. et primo de discipulis eius quos videbatur seduxisse. Secundo de doctrina eius quasi notans eam falsam esse. Dicitur autem annas pontifex. non quia tunc actu esset sed quia ante fuerat et post esse debebat. Jesus vero de discipulis omnino tacuit. quia tunc de ipsis nihil boni dicere potuit. qui iam fugerunt. Dans nobis exemplum quod malum de alijs non debemus dicere. nec peccatum alterius propalare. Sed de doctrina sua respondit. ostendens q̄ non mala vel suspecta. sed bona et sana erat. q̄ declarat ex loco et auditorum testimonio. dicens. ((Ego palam locutus sum mundo)) idest in publico et multis audientibus ((ego semper docui in templo et synagoga iudeorum)) locis publicis et iudeis presentibus. et in occulto locutus sum nihil: scilicet ideo vt occultaretur et non innotesceret multis ((quid me interrogas)) a quo veritatem audire non desideras. ((Interroga eos qui audierunt)) de quorum dictis non habeas inuidiam vel suspitionem qua si dicat paratus sum testimonium eorum subire. q̄ tibi magis quam dictum meum est credibile. Unde Crisostomus. Quid ait me de discipulis eius interrogas? Interroga inimicos meos qui insidiantur mihi: hi dicant. Nec enim est veritatis in alterius cabilis demonstratio. cum inimicos quis

rum que dicit innocat testes ipsos. Ita dominus responsionem temperauit vt veritatem taceret. ne se defendere videretur dans nobis formam temperate respondendi hostibus: ita vt nec veritatem celemus nec eos contra nos dictum prouocemus. ((Tunc vnus ministrorum pontifex)) qui dicitur fuisse malchus: cuius sanauerat auriculam: ingratus accepi beneficij ((dedit ieſu alapam)) representans peruersos. qui beneficijs impensis mala reprehendunt ((et dixit. sic respondes pontifici.)). Ille enim minister sceleris accepit responsionem ieſu. quasi notasset pontificem de stulta interrogatione. et dans sibi alapam ad impio perium volut vindicare q̄ placibiliter non responderat pontifici plane confitendo vel negando. quia alapa vt plurimum pro vindicandis offensionibus verborum solet dari. in hac alapa impleta est prophecia illa: dabit percutienti se maxillam. Est enim alapa percussio in maxillam: sicut colaphus est percussio in collum. Ipse vero dominus longanimis et patiens. malum pro malo non reddidit: sed hanc contumeliam sicut multas alias que sequuntur pro nobis cum omni patientia et mansuetudine toleranit et patientiam docuit: humiliter vultu placido et submisso sermone modeste respondendo. et veritatem ostendendo ac ministrum cui quamlibet penam solo iussu irrogare poterat: blande et caritative corripiendo. ((Si)) inquit ((male)) et contra veritatem ((locutus sum)) et habes reprehendere: que dixi demonstra: et ((testimonium perhibe de malo)). et proba me mendacem. Si autem bene et non habes reprehendere: quid me cedis iniuste. Quid ista responsione veritus: mansuetius et iustius. Hinc colligimus nos posse increpare nobis iniurantes et arguere. ita tamen q̄ moderate et pacate. Respondendum est enim quandoque stulto iuxta stulticiam suam. ne sibi sapiens videatur. O verax et pie ieſu. que nam anima tibi deuota hec cernens et audiens: valeat se continere a lachrymis: et dolorem occultare interne passionis. Unde Crisostomus. Unus dedit alapam ieſu hec dicenti. Quid hoc fiet vtique stultius: Poteras celum excelsum mentis patiaris in terra: dominatoris longanimi-

tate. et seruorum indevotione. Unde et augustinus. Si cogitemus quis acceperit alapam nemine vellemus cum qui percussit. aut celesti igne consumi. aut terra dehiscente absorberi. aut conceptum demonio volutari. Aut aliqua huiusmodi qualibet pena vel etiam grauiore puniri. Quid enim horum per potentiam habere non potuisset. per quem factus est mundus. nisi patientia non maluisset docere: qua vincitur mundus. Nec Augustinus. Sed secundum eundem Augustinum. Dicet forte aliquis: quia ecpietatis facere et docere cur non fecit q̄ docuit prebendo alteram maxillam Dicendum q̄ dicta et precepta sacre scripture ex factis christi et sanctorum debent interpretari. sic ergo sacra scriptura interpretanda est. secundum q̄ Christus et sancti eam seruauerunt. Christus autem qui vtique precepta que docuit prius impleuit et in homine quem suscipere dignatus est: viuendi nobis exemplum tribuit: nō prebuit tibi aliam maxillam. nec paulus vt in actibus legitur. hoc fecit offendens percutienti maxillam non actu ipso prebendam esse alteram: sed animo paratam esse ad patiendum si opus sit. Fieri enim potest. vt alteram maxillam visibiliter homo prebeat et transeat. sed beatus est: qui in omnibus que iniuste pro iustitia patitur. post veraciter dicere. Paratum cor meum deus: paratum cor meum: Unde istud christi preceptum de prebendo maxillam aliam: et similiter de non resistendo mala. et plura alia non dantur et intelliguntur absolute. et ad litteram: sed magis secundum animi preparationem: vt homo habeat animum preparatum ad hec facienda,: vbi viderit expedire ad dei honorem et ecclesie vtilitatem. alias autem non: et hoc dominus seruauit qui paratus erat dare aliam maxillam. si opus fuisset percutienti. quia totum corpus suum penis acerbissimis prebuit: et occisioni. Immo aliquando expedit iniuriantibus respondere ad ipsorum et aliorum instructionem: sicut fecit hic christus: et vt in actibus legitur Paulus: et aliquando etiam facto resistere. ne detur occasio agendi male. sic ergo excusatio domini qua sic respondit vtilis ad instructionem fuit. et multis alijs communis ibidem forte cum ei

scoru[m] de quibus euangelista tacent. ex hoc articulo alapizationis habentur tria decumẽ da. Primum est quia christus pro nobis alapi voluit. vt nos ea nostra compescam[us] ne quid contra diuinum honorem loquamur & etiam vt ad bonum loquendum vel agendum excitemur. sicut aliquando aliquis percutitur. vt a torpore excitetur. secundum est: vt & nos dicamus in iniurijs & contumelijs nobis illatis patientiam habere: imitatione domini qui in hoc specialiter exemplum magne patientie dignatus est nobis prebere. Et sicut christus eadem nocte omnes illusiones & verecundias ad iniquis sibi factas patienter sustinuit: sic homo contumelias & obprobria ac cuncta mala in verbis seu factis ab impijs hominibus sibi illata. patienter ferat a nostro redemptore. similia & multo maiora propter ipsum patientie. Tertium est q[uo]d ꝯ silia euangelica non semper oportet seruare ad literam: sed aliquando secundum animi preparationem: & maxime vbi de hoc ex factis christi & sanctorum informationem habemus & auctoritatem. Ad conformandum se isti articulo: poterit homo sibi ipsi dare alapam moderatam. Ad repressendum alapã christi. pro omnibus verbis suis ociosis. vel etiam prauis & mendosis: & orare dicens. Je su qui ab anne ministro cedi alapa voluisti. Da mihi quesso gratiaz tuam. que me a tua laude nũquam cessare faciat: & ab ocioso sermone compescat. ((Et misit iesum annas ligatum)) quasi reum & morte dignum: & iam coram eo condemnatum ((ad cayphã pontificem)) quia christi examinatio principaliter ptinebat ad ipsum ((& conuenerunt omnes sacerdotes)) idest ((principes sacerdotum & scribe)). i. legisperiti ((& seniores)). iudices ordinarij ad examinandum christum & iudicandum & ad tractandum de ipsius condemnatione & morte. Cum autem presentatur concilio malignantium aduersus eum: illi quasi ꝯ leo capta preda exultant. Bene potes cogitare: quam malecum receperint: & quomodo sine honore sonte in terra viriliter coram ipsis sedere fecerint Petrus autem & hic vsq[ue] in atrium. i. vsq[ue] quo pervenit ad atrium principis sacerdotum ((sequebatur eum)) ex ꝯmotione & amore: Quia ((a longe)) propter timorem retrahebat. verum secundum Bedam. In hoc maxima nobis est admiratione venerandus. q[uo]d dominum non reliquit etiam cum timeret. ((Et ingressus intro)) scilicet in ipsum atrium deductus per ostiariam similiter vt supra ((sedebat cum ministris ad ignem & quia frigus erat ((sicut solet esse in marcio: post mediam noctem ((vt finem)) negotij. ((videret)) & quid pontifex de domino iudicaret. ((Principes autem sacerdotum & omne concilium)) quia verum ((testimonium)) inuenire non poterant ((falsum querebant)) procurando & subornando ((& non inuenerunt)) Unde cum tanquam morte dignum coram Pylato accusare possent) licet multi falsi retenti ad id procurandũ accessissent ((quorum testimonia non erat cõuenientia)) & sic defecerunt scrutantes scrutinia. Dentita est enim iniquitas sibi: vt regina aduersus Joseph. & sacerdotes aduersus Susannam: quia ignis sine materia deficit: vbi Orig. Falsa enim testimonia tunc locum habent: quando cum dolore aliqno proferuntur. Sec nec color inuenitebatur: qui posset cõtra iesum adiuuare mendatia: quod maximã laudem exhibet iesu: qm sic omnia irreprehẽsibiliter dixit & fecit: vt nullam verisimilitudinem inueniret in eo reprehensionis mali & multi astuti. Nec Origenes. Sed de omnium testimonijs solum duorum testimonium exprimitur. de quibus subiungitur. ((Nouissime autem)) scilicet post multorum falsa testimonia)) duo falsi testes dixerunt)). Nos audiuimus eum dicentem possum destruere templũ dei hoc manufactum & post triduum aliud non manufactum edificare)). Ex hoc autem conabantur probare q[uo]d ipse diuinam potentiam quasi deus sibi vsurparet. Sed falsi testes erant: q[uo]z & sensum & verba christi mutabant. Ad quod christus nihil respondit: quia mentiebantur aperte. Non enim dixerat de ꝟ templo salomonis. sed proprij corporis. vnde Piero. Falsus testis est: qui non eodem sensu dicta intelligit quo dicuntur. dominus. n. dixerat de templo corporis sui. sed in verbis calumniantur & paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniam faciunt. Saluator dixerat: soluite hoc templum: illi commutãt & aiunt: possum destruere templum dei. Nos inquit soluite. non ego: q[uo]z illicitum est: vt ipsi nobis manus inferamus. deinde illi cuertũt & post triduum edificabo illud: vt proprie de templo iudaico dixisse videatur: dominus autem vt ostenderet animale & spirituale templũ dixerat: & ego in triduo suscitabo illud. Aliud est suscitare aliud edificare. hec Piero. dicẽs autem dominus soluite. non dicit precipiẽdo sed predicendo eis quid essent facturi: predicens mortem suam: in qua corpus eius q[uo]d erat templum deitatis solutum est. Unde sensus est. soluite idest soluetis corpus meum p[er] mortem quam mihi inferetis: & in tribus diebus excitabo illud. Excitare est enim a somno rectum reuocare. q[uo]d proprie competit templo speciali. s. suo corpori sed reedificare proprie templo materiali. Non minus tamẽ miraculum erat templum manufactum in tribus diebus reedificare ꝯ seipsum post mortem die tertia resuscitare. Item possent dici falsi testes ex falsa intentione. q[uo]z intendebant mortem innocentis procurare. Ex hoc articulo. s. delatione falsi testimonij sumunt tria documenta. Primum est. q[uo]d nos falsum testimonium. immo omnes falsitatem & mendacium ꝯm: summe detestemur. q[uo]z mendatijs & falsitatibus xp̃s morte est addictus. Et nos quotiẽs cum ꝯ falsum testimonium & mendatiũ contra proximum proferimus: xp̃m quantum in nobis est morti addicimus. Unde ꝯ detestabile sit istud crimen. ostendit Isidorus dicẽs. Testis falsidicus tribus personis est obnoxius: primum deo. quem periurando contemnit: consequenter iudici. quem mentiendo fallit: postremum innocentij quem falso testimonio ledit. Secundum est. q[uo]d nos discamus in criminationes si nobis inferantur amore dei pacienter sustinere. sicut xp̃s pro nobis ad omnes falsas incriminationes simpliciter tacuit. quia secundum Augu. Aperta mendatia non sunt responsione digna. Tertium est. vt nos fallatias studeamus quantum cum deo possumus declinare. ad hoc. n. dominus falsos testes sustinuit. vt nos abeis eriperet. sicut etiam mortem sustinuit vt nos a morte liberaret. Ad conformandum se isti articulo: gratias homo referat christo. q[uo]d falsos testes contra se admisit. vt nos veritate fulciret: & sic orat. Jesu quia iudeis falsis testimonijs accusari voluisti. da mihi nemini falsas calumnias inferre. & illatas pro tuo honore pacienter sufferre. ((Videns autem cayphas princeps sacerdotum q[uo]d iesus tacebat)) & quod testimonia contra eum producta ad eius condemnationem non sufficiebant. perturbatus. quia non inuenitebat locum calumnie: & vnde posset iesum iuste condemnare: sicq[ue] ira commotus & vesania mentis agitatus. Surgens ex impacientia in medium de solio sacerdotali: ait illi. ((Nihil respondens ad ea. que isti aduersus te testificãtur.)) Ado tu corporis insaniam mentis demonstrat: cũ temperantia & grauitas in verbo: opere & gestu iudicem & prelatum deceat secundum Bedam ad responsum prouocat: vt ex occasione sermonis locum accusandi inueniat. ((Jesus autem tacebat & nihil respondit.)) Primo vt ostenderet suam iustitiam: quia & illi indigni erant & ea que contra ipsum dicebantur: erant falsa & responsione indigna. Secundo suam misericordiam: ne illi amplius peccarent: si in malitia perdurarent. Tertio suam sapientiam: quia sciebat vt deus q[uo]d quicquid respondisset: traxissent in calumniam & responsio excusationis nullo audiente fuisset inutilis. Quarto suam patientiam vt exemplum daret contemnere calumniantium voces: & potius fortiter silere quam sine vllo profectu defendere. Hinc colligimus porcis & canibus: & detractoribus: vel quibuslibet non esse respondendum: cum nulla secutura sit vtilitas sed potius incommoditas. Quanto autem magis iesus ad indignos responsionem eius tacebat tanto magis pontifex furens ad respondendum prouocabat: vt ex verbis eius occasionem calumniandi caperet. ((Tunc enim princeps sacerdotum rursus interrogans: dixit ei. Adiuro te per deum viuũ vt dicas nobis: si tu es christus filius)) scilicet naturalis ((dei benedicti. Qui ad eum capiendum quasi latronem miserat: nunc de furto & vsurpatione deitatis examinat. Non tamen veritatem dei desiderat: sed magis calumniam parat: ad hoc autem ((iesus respondit)) propter reuerentiam diuini nominis inuocati ((& dixit illi. Tu dixisti. quia ego sum)). veritatem eis respondit vt in excusabiles essent ne nomen dei spernere videretur. Et adiecit. ((veruntamen dico vobis: ammodo videbitis)) oculis corporeis ((filium hominis)). s. me quem modo contemnitis & ignominiose tractatis. in die iudicij ((sedẽtẽ)) vt iudicẽ ((a dextris virtutis)). i. maiestatis (dei patris). i. i equalitate & plenissima potestate patris. hoc est secundum Dieron. in vita regnantẽ sempiterna: & virtute diuina ((& venientẽ)) scilicet ad iudicium secundum formam humanam ((in nubibus celi)) sicut ascendit: vbi videbit eum omnis oculus: & qui eum pupugerunt. Quasi dicat. vos me vt parum hominez contemnitis & quasi impium condemnatis & sed tamen propter hoc me exaltatum super omnes celos & iudicem videbitis. (Tunc princeps sacerdotum) qui furorem erat in furore magis insaniens ((scidit vestimenta sua)) in rabie. quia secundum Bedam: quem de solio sacerdotali furor excusserat: eundem rabies ad scindendas vestes prouocat. Et in hoc facto cayphas prophetauit: Quia ipse nesciebat. Bis enim nesciens prophetauit: semel verbo quando dixit. expedit vt vnus homo moriatur pro populo altera vice facto: vt patet in hoc loco: quia secundum Dieron. per hoc ostendit iudeos sacerdotalem gratiam perdi

dusse. Dum enim vestem sibi discidit ipsum quo tegebatur velamentū legis abiecit. Unde ℭ Beda aliter autem misterio factum ē. vt in passione domini pontifex iudeorum vestimenta sua scinderet. hoc est ephot. cuius tunica domini nec ab ipsis qui eum crucifigere militibus scindi potuerit. Figurabatur. n. ℭ sacerdotium iudeorum pro sceleribus pōtificum esset scindēdum. ℭ a statu sue integritatis soluendum ℭ auferendum. cum solidi tas ecclesie seu fidei que vestis dei solet appellari) nunquam valeat scindi vel dirumpi. Hoc est tam oculis cernere. quia videmus iudeos sacerdotij gloriam perdidisse ℭ sedem a cerimonijs vacuam esse: ecclesiam vero ℭ fidem eius (quia supra petram fundata est) in sua soliditate permanere. Nec Beda. Hos quippe erat iudeis scindere vestimenta in signum doloris ℭ detestationis criminis. cum aliquid blasphemie. ℭ quasi contra deum audiebant. sicut Paulus ℭ Barnabas scinderunt vestes cum cultu diuino se honorari videbant. Hoc autem tam enorme peccatum princeps sacerdotum imponebat christo: dicens exclamando. (Blasphemauit) scilicet attribuendo sibi quod dei est. Blasphemia enim est attribuere creature: quod solius dei est. vel deo ℭ solius creature est. (Quid adhuc egemus testibus) Quasi diceret pro nihilo laborauimus. Querendo testes. (Ecce nunc). id est in aperto ℭ coram omnibus (audistis blasphemiam)). O miser ℭ princeps nequam: nō dixit christus blasphemiam sed veritatem tuipse blasphemas. qui quod dei est deo non attribuis: sed filium dei puram creaturam credis. Et ideo blasphemia tua tecum est in perditione. Sicut ergo christus in mortis discrimine ad caypham ductus: veritatem non deseruit. sed constanter se dei filium cum omni modestia confessus fuit sic verus ipsius seruus propter nullum temporale periculum debet veritate deserere sed vsq; in mortem constans perseuerare. Et hoc articulo impositionis blasphemie sumitur documentum ℭ nos debemus esse ab omni blasphemia puri ℭ immunes: tam quo ad nos quam quo ad alios. Quo ad nos quidem vt nihil committamus vel dicamus. quo nomen dei blasphematur. Quod fit multipliciter. vt siue quis expresse maledicat deo vel sanctis. Siue quis blasphemet baptismum. vel alia ecclesie sacramenta. Blasphemat etiam verbum dei qui contemnit ℭ spiritum sanctum blasphemat: qui sacris canonibus derogat. Christus igitur licet non solum a blasphemia. sed etiam ab omni peccato purissimus fuerit: blasphemiam tamen sibi imponi pertulit. vt nos puros a blasphemia custodiamus. Quo ad alios etiam. vt nos alijs blasphemiam non inferamus: ita ℭ nos per os nostrum nunquā verbum blasphemie vel maledicti exeat contra aliquem etiam maledicto dignum: sicut ipse cayphas eo ipse blasphemus fuit quo blasphemiam creatori imposuit: ℭ potuisset christus respondere non ego sed tu blasphemas. sed noluit dominus per os suum exire aliquod blasphemie verbum: nobis in exemplum. De quo etiam pulchram doctrinam habemus in epistola iude. vbi dicitur ℭ michael archangelus cum altercaretur cū diabolo de moysi corpore non est ausus iudicium blasphemie inferre diabolo sed dixit: imperet tibi dominus. Super quo verbo dicit. Hiero. Si michael non fuit ausus diabolo ((certe maledictionis dignissimo)) iudicium inferre blasphemie: quanto magis vos ab omni maledictio puri esse debemus. Verebatur diabolus maledictum: sed per os angeli blasphemie exire non debuit. Nec Hieron. Si igitur diabolus ((licet voluntate malus in substantia tamen bonus)) ab angelo non blasphematur. quia aliquid proferret aduersus bonam naturam que dei est creatura: quanto magis ab hominibus blasphemiscit cauenda in quamcunq; creaturam ℭ maxime in creatorem. Ad conformandus se isti articulo. per contrarium benedicat homo deo: dicens illud. sit nomen domini benedictum. ex hoc nunc ℭ vsq; in seculus: vel aliquid huiusmodi. Jesu qui blasphemie crimen falso tibi imponi voluisti: custodi ne vnquā per me nomen tuum verbo vel facto blasphemetur: nec per os meus blasphemia vel maledictum proferatur. Cum autem princeps sacerdotum dixisset. ecce non audistis blasphemiam: adiecit. Quid vobis nunc secundum legem de hoc videtur: ((Tunc illi omnes condemnauerunt eum: ℭ respondentes dixerunt reus est mortis)). Cum tamen veritatē dixisset eis. Ipsi erāt accusantes. ipsi discutiētes. ipsi sententiam pferētes secundū Beda. sua sua se cōdēnāt q eū morti addūdi cāt. quē ℭ eis ℭ opis suis testimonio deū ee cognoscere pūt ℭ qđ in hoc vere nō dissent supposita veritate facti. eis enim qui blasphemat nomen dei. secundum legem reus est mortis. quia debet lapidari. sed quia factum super quo fundebatur questio fuit falsum. ideo responsio fuit falsa ac prophana ℭ iniqua. Ex hoc articulo condemnationis. Christi ad mortem habemus duo documenta. Prima est vt caueamus ne vnquam illa vox iudeorum reus est mortis que christi auribus innocenter insonuit: nostris mentalibus auribus insonet: ℭ in nobis locum veraciter habeat: nam de quocunq; existente in mortali peccato: verum est dicere: reus est mortis. Secundum est vt si quando nos propter christum a persecutoribus cōdemnemur ad mortem non perturbemur: sed potius gaudeamus respicientes ad mercedem. Ad conformandum se isti articulo recogitet homo. qualiter ipse sepe propter demerita sua reum mortis se fecerit: sed dei misericordia sit actenus conseruatus pro sua emendatiōe. vel alias prout deus inspirauerit. Jesu qui prophanam implorum vocem. s. reum te esse mortis minime timuisti. custodi me. ne in oculis tuis eterne mortis reus inuentar. ((Tunc)) qui circunstabant omnes fere insimul irruerunt super dominum iesum ℭ ((illudebant ei. Alij spuebant)) in vultum eius benignissimum. tanquam in hominem vilem ℭ pestiferum ℭ morte dignum. s. confessum se esse deo equalem. vt compleretur ℭ dictum est: faciem meam non auerti a confusione sputorum. Proprium enim iudeorum erat: in contemptum, ac vituperium et despectum spuere in faciem eius quem abiiciebant. Et tam horribiliter ℭ incessanter in facies hominum spuebant. vt quandoq; eos suffocarent Quid turpius. quid despectius quid ignominiosius ℭ vituperiosius: quam in faciem' expuere. ℭ maxime in illam faciem speciosissimam in quam desiderant angeli prospicere O quam ceca emulatio infelicius iudeorum qui non exhorruerunt turpissimis sputis suis maculare ℭ deturpare facie tam amabilem ℭ non tantus simplicibus salive sputis: sed verisimiliter etiam ecerationibus suis fetidissimis: Unde Matth. non dicit spuerunt: sed expuerunt quasi execrando spuerunt. Marchus: autem dicit conspuerunt' quia non tantus vnus sed plures simul cōspuerūt Et sic illa facies benedicta facta est ita abhominabilis. quasi esset lepr̄osa exputis ℭ verberibus que ei vt subdit i facie cū palmis dederūt. Hoc est cōtra illos: qui adulterinis colorib⁹ ornare suas nitūt facies. Ex hoc articulo cōsputionis i facie sumūtur duo documēta. Primū est ℭ nos diligēter caueamus ne ℭ nos vnq; cuz iudeis xp̄i faciem conspuamus. quod fit modis pluribus. Primo nā conscientiam suam sedis cogitationibus ℭ actionibus polluut. Quia enim xp̄s conscie tiam sanctam inhabitat. in qua dei facies. i. imago relucet. hinc est ℭ qui conscientiam suam peccatis polluit quasi sputum in christi faciem proiecit. Et ideo dicit Hieronymus ℭ dominus noster in faciem suam conspui voluit. vt sputaminibus susceptis faciem anime nostre lauaret. secundo secundum Rabanus illi in faciem christi expuunt qui presentiam gratie eius execrandis verbis: ex interna cecementis infantia conceptis respuunt. ℭ eus in carne venisse negant. Tertio secundum Gregorium in faciem christi conspuunt qui iustos ℭ sanctos in presenti vita confutant: ℭ in eorum contumelias flura verba quasi fluentas saliuas mittunt. Quarto potest dici ℭ a litteram christū in faciem conspuunt: qui eucharistiam indigne sumunt. Quicunq; enim polluta conscientia corpus christi in os suum accipiūt: hi saliua sua pōifecta sacramentus contingunt: made faciunt ℭ deglutiunt. ac per hoc in faciem christi conspuunt. Quinto in faciem christi conspuunt: qui prelatos suos contemnunt. Item sexto in faciem christi despective conspuunt: qui gratias deo de quolibet sibi dato munere non agunt. secundo documentum est. vt nos ista sputa turpissima ℭ alta facta exprobabilia passionis christi. nobis ad magnam gloriam reputemus. Unde Cris. Attende q̄ euangelista cum summa diligentia ea que videntur esse exprobatissima exponit. nihil occultans vel obmittens. aut verecundans. sed gloriam existimans maximā dominatorem orbis terrarum pro nobis talia sustinere. Nec autem legamus continue hec nostre menti inscribamus ℭ in his gloriemur. hec Cris. Et siquidem istud documentū possit referri ad singula puncta dominice passionis. precipue tamen ad istud quod sic exprobatissimum fuit. Ad conformandum se huic articulo. formet homo in mente sua xp̄m tam horribiliter sputis in facie deturpatum ℭ regratietur sibi pro magna gloria nostra. recogitet etiam quotiens ipse faciem illam speciosissimam in conscientia sua pollute. itē quotiens indigne communicando sputi sui p̄tactu christū sordidauerit. Jesu q̄ immūdis iudeox sputis pulcherrimā faciē tuā maculari voluisti. da mihi tue imaginis faciē in me nūq̄ meis sordidis actib⁹ aut cogitatiōib⁹ ingnari. ((alij velabāt faciē eius)) q̄ velamē māet vsq; hodie sup corda eox q̄ ab eis faciem suā abscondit. O insana cecitas ℭ ceca insania infelicium iudeox. q̄ illam desiderabilem faciem q̄ aduenturam patres eorum ℭ prophete cū longo suspirio desideraverant. ipsi infelices

cum p̃sentem habuerunt tam ignominiose velauerunt. Velauerunt inq̃ ((vt ait Beda)) non vt ipse illorum scelera non videat: sed vt a scipsis faciem & gratiam cognitionis eius abscinderent. Offenderunt per hoc etiaz necienter: q̃ in faciem christi nullus infidelis & auersus a deo inuert poterit quia est ab eis velata. Et similis ratio est de falsis christianis Sed sicut dixit apostolus: cum quis conuersus fuerit ad dominum: tunc auferatur velamen. Ex hoc articulo velationis faciei habentur plura documenta. Primum q̃ nos summe caueamus: ne velamen ante christi faciem ponamus. Sed heu multi christiani velamē ante christi faciem ponunt: quales sunt qui i fornice peccant: quasi deus eos non videat: quales etiam sunt qui sub velamine cuiusdam libertatis libere peccant. Item velamen ante christi faciem ponunt: qui imaginem dei in se velamine culpe & ignorantie obtegunt & obscurant. Dicit enim Hieronymus: q̃ ideo x̃p̃s pro nobis velari voluit: vt velamie faciei siue velamen culpe & ignorantie a cordibus nostris auferet. In superfaciem christi velant: q̃ a scipsis gratiam cognitionis eius abscondūt Item oculos domini omnia videntis velant: qui malū pro bono dant vel vendunt. Item est hic documentum. q̃ & nos debemus interdum facies nostras velare: ne oculi nostri videant vanitatem: vel saltez oculos habere defixos in terram: & sic faciem quasi habere velatam ne capiatur in exteriorum aspectu & cōcupiscentia. Ad conformandum se huic articulo recogitet homo quomodo omnia nuda & aperta sunt oculis dei: vt ex hoc trahatur a peccando. Item memoretur quomodo ipse luminosam faciem imaginis dei in se obtexit & obscurauit peccatis Ieu qui faciem tuam gratissimam velari voluisti illustra quesso faciem tuam super me indignum seruum tuum & imaginem tuam in me non sinas obscurari: velamen quoq̃ culpe & ignorantie a corde meo dignetis auferre. ((Alij colaphis eum ceciderunt)). i. in collo percusserunt: solent in collo percuti fatui: & despectibiles persone. Vñ i hoc q̃ iudei christum colaphizabant: non tā attenditur lesio percussionis q̃ maxima ptumelia despectionis. Ex hoc articulo colaphizationis tale habetur documentū q̃ caueamus ne & nos aliquando christum colaphizemus: sm Bedam. Omnes falsi christiani christum colaphizant: qui ore confitentur x̃p̃m: factis autem negant. Colaphus datur a retro illi ergo colaphizant dñm christum: qz ei blandiūt ore cum ptentur: sed retro quo deberent eū sequi per bonam vitam colaphizant eum malis operibus x̃po contradicendo. Itē sm Aug. Colaphis x̃p̃m cedunt q̃ ei honores preferūt. Item a tergo christum colaphis verberat: q̃ proximum posit tergum suū infamat. Item est documentum q̃ sicut christus p̃ nobis est colaphizatus: sic & nos colaphizationes suas spirituales quas plerūq̃ nobis infligit: non solū patienter: sed & prudenter portemus: sicut fecit apostolus q̃ dicebat. Datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane: qui me colaphizet &c. Ad conformandum se huic articulo poterit homo sibipsi dare colaphū: in memoriam colaphoz̃ christi: & sic orare. Ieu q̃ a iudeis colaphizari voluisti: da mihi sic te ore confiteri: vt contrariis operibus nullatenus colaphizem. ((alij palmas in faciem ei dederunt)) & faciem eius percusserunt. Dicitur autem palma sm papiaz: magnus extensa vel applicata: sicut pugnus dicitur manus complosa. Manibus ergo extensis & palmis eum in faciem percusserunt: ex qua percussiōe plus affligitur homo q̃ de percussione in collo. In facie. n. sunt omnes sensus: & sunt ibi mēbra tenera facile lesibilia. Unde verisimile est q̃ ex tali passione fluxerit sanguis per nares & os: licet hoc ab euangelistis non exprimatur. O quam horrendum scelus impijssimoz̃ iudeoz̃: q̃ faciem tam formosam: tam crudeliter verberibus affecerunt. sm Piero. Voluit alapis expalmari: vt nos ei in laudem nostris manibus. s. operibus & labijs applaudarem⁹ Ex hoc articulo percussionis in facie habentur plura documenta. Primum est q̃ nos exēplo christi discamus patienter sustinere: si q̃s in faciem nos cedat sicut apostolus quosdaz hoc commendat. Quod non solum accipiendum est ad litteram sicut in proposito christi⁹ ad litteram cessus fuit in faciem: sed etiaz mistice: quia sicut dicit Glosa. ibidem in faciem ceditur in cuius os iniuria irrogatur: nam & isto modo christus in faciem cesus fuit: pro quanto multas iniurias & improperia ei in faciem obiecerunt: sicut christus dominus noster: ab omnibus taltbus increpationibus blasphemijs percussionibus & sputis faciem nunq̃ auertit quin immo voluntarie ad omnia illa faciem suam eis p̃o nobis obtulit sic & nos casu ingruēte sustinere similia p̃o x̃p̃o non recusemus. Secundum documentum est: vt caueamus ne & nos demus palmas in faciem christi. Quia secundum Augustinum. Illi palmas in faciem christi dant qui perfidia cecati eum in carnem non venisse affirmant tanquam p̃sentiam eius exterminantes & repellentes. Item in faciem christi illi sacerdotes palmas dant qui pollutis manibus corpus christi tangunt & contrectant. Item faciem christi alapis contundit: qui proximum in p̃sentia sua confundit. Ad conformandū huic articulo recogitet homo quotiens ipse imaginem dei in se offenderit: & paratus fit secundum p̃parationem animi p̃o christo libenter velle in faciem cedi: non solū voluntarie: sed etiam realiter casu oportuno. Itez recogitet sacerdos quotiens manus suas pollutas in faciem christi iniecerit: corpus suum indigne tractando. Ieu qui iudeorum manibus faciem tuam speciosissimam cedi voluisti da mihi imaginis tue faciem in me semp illibatam illesamq̃ conseruare ne quando iniquitatem mearum sceleratis manibus meis violetur. ((Et ministri alapis eum credebant)) hoc est in maxillas eum percutiebant: de quo poteris meditari sicut dictum est supra: de alapizatione coram anna pontifice facta. Percutientes autem eum in capite interrogabant eum dicentes. Prophetiza nobis christe: quis est qui te percussit. Sed in quanam parte capitis percusserunt eum tunc quando hoc dicebant: de hoc euangeliste diuersimode loquuntur. Unde potest dici quod eum velassent faciem eius: quilibet eorum percussit eum vbi voluit: quidam in collo: alij in faciem: alij in maxillas: & sic percutientes interrogauerunt eum: dicentes prophetiza nobis christe: quis est iste qui te percussit. & hoc derisorie dicebant: quasi contumeliam eius qui se prophetam a populo haberi volebat: & quem populus magnum prophetam reputabat: per hoc enim designabant q̃ falsus propheta esset & q̃ ignorarent quis eum percussisset. Unde Theophilus dicit q̃ dominus p̃phetarum: vt pseudo prophera deluditur: & quoniam ipsi cum illis verbis irridebant: & quasi ludibrium de eo faciebant: idcirco eis nihil respondebat. Ut enim dicit Hieron̄y. Stultum erat verberantibus respondere & prophetare cedentem: cum palam percutientis infamia videretur. Ex hoc articulo ludibriose expetitionis prophetandi habentur q̃tuor documenta. Primum est quod non illudamus christo: putantes mala nostra non videri ab eo. Nam secundum Bedam: quicūq̃ reprobis actibus eum exarcebant: dum suas cogitationes & opera tenebrarum ab eo videri non putant: quasi illudentes dicunt: quis est qui te percussit. Secundum est q̃ consideremus nos metipsos si vnquam manu praui operis christum percusserimus: q̃ si nescim⁹ expectamus pia fide a christo q̃ iudei irrisorie ab eo exegerunt: vt prophetice nobis dicendo nos cognoscere culpas nostras. Tertium est q̃ nos cauere debemus: ne a christo prophetiam vel miraculum temptatiue expectamus. vnde Augustinus. Quantis mecum suggestionum machinationibus agit intimicus: vt signum aliquod petam. Sed obsecro te domine: vt quemadmodum a me longe est ista consensio: ita fit semper longe atq̃ longius ipsa cogitatio. Quantum est q̃ indignis non est effundendum donum dei. vnde licet christus esset verus propheta⁹ noluit tamen prophetizare irrisoribus suis. Sic & doctores pro tempore & loco debent verbum dei subtrahere auditoribus indignis. Ad conformandum se huic articulo recogitet homo quantam irrisionem & insatuationem dominꝰ noster in hoc facto est passus: & quomodo iudei ludum quasi puerorum fecerunt de eo & ozet dicendo. Ieu qui ludibrijs iudeorum percussus in capite prophetizare exactus fuisti prophetiza tu mihi obsecro christe vt cognoscaz quis & qualis ego miser sum: qui totiens manu praui operis prohdolor te percussi. Insuper potes etiam meditari q̃ alij manu reuersa dulcissimum & mellifluum os eius percutiebant: alij pugnis eum cedebant. alij sanctissimam barbam eius euellebant. alij per suos venerabiles capillos ipsum trahebant: & vilit̄ inter pedes conculcabant: ac sine reuerentia & pietate aliqua dominum angelorum male tractabant. Et nihilominus alia multa blasphemantes dicebant in eum & faciebant: Cum enim crudelissimi & sine misericordia essent: omnia mala & vituperia que poterant ei faciebant alij ex sua mala voluntate ad hoc moti alij vt placerent maioribus que erant iniquissimi. Quid ergo tu faceres si hec videres. Nunquid non te proiceres super ipsum dominum dicens: Nolite iam nolite facere tantum malum domino meo: ecce me: facite mihi. ecce percutite me & domino meo tantas iniurias irrogare nolite. Et tunc amplexarer⁹ flectis genibus dominum & magistrum tuum: & si suscip. res libenter super te percussiones ad tuendum ipsum. Quod ita mente facere recogites. & totum sicut si presens esses tu faceturum estimes: Conspice igitur singula. q̃ modo illi maledicti dominum verant: falsos testes procurant: ipsum examinant: & veritatem. s. se filium dei esse confessum quasi blasphemum condemnant & quomodo obprobrijs veratus in omnibus patienter se habet & compatere sibi quis p̃o te omnia sustinet & cogitet & lachrymas fundens: speciosissimas iugiter & lachrymas fundens: speciosissimas faciem eius quam illi impudenter suis illinunt sputis: tu reuerenter tuis laua lachrymis. Quotiens audiens vel mente p̃tractans.

quomodo fuit factus obprobrium hominuꝫ
ipse dominus & gloria angelorum & abiectio
plebis filius dei patris poterit se continere a
lachrymis: Unde Anselmus. Concitho ma
lignantium aduersum te pontificum presen
tatus esse veritatem prout oportuit confessus
quasi de blasphemia adiudicatus es morti:
Amantissime domine iesu quam te illic indi
gna a propria gente pertulisti. Ultimum tuuꝫ
honorabilem in quem desiderant angeli pro
spicere: qui omnes celos adimplet leticia.
quem deprecantur omnes diuites plebis pel
latis labijs & sputis inquinauerunt: sacrilegis
manibus ceciderunt vel operuerunt in derisu
nem. & te dominum vniuerse creature tan
quam seruum contemptibilem colaphisaue
runt: sed vt ait Beda ipso dispensante qui pa
titur omnia pro nobis fiunt: vt sic Petrus
honoratur christo in carne passo nos eadeꝫ co
gitatione armemur: atque ad toleranda pro
nomine eius irrisionem obprobria prepare
mus: audeꝫ qui christum deseruerunt: olim in
philistees hostibus. Sansonis prefiguratꝫ fue
runt. Sampson enim quedam vice voluntа
rie se ligari fecit: quem philistei captum exce
cauerunt: & ei illudentes in derisionem ipsiuꝫ
habuerunt: sic christus sponte a iudeis ligari
velari. illudi voluit & deridi. Quadam au
tem vice dum sampsoni placuit tunc se & int
micis horribiliter vindicauit. Sic in fine se
culorum de inimicis christi erit: cum ipse in
maiestate & potestate ad iudicium venerit.
Conspice igitur iesum preciosum merito ho
norandum indigne & viliter tractari & eum i
mitando dilige humiliari gratiamꝫ honoris
spernere & laudem humani fauoris contem
nere. Cum ergo homo foris videns reputat
te vilem in oculis suis tu vilem te reputa in
oculis dei murmures vel indigneris: si coraꝫ
hominibus vilis reputaris sed magis in ocu
lis dei qui omnia nouit occulta confundaris.
Et caue ne malorum exemplo corruptus do
minum potius exhortare videaris q̄ imitari.
Qui enim tunc exhortatus est blasphemijs iu
deorum & infidelium etiam nunc exhortatur
vesanis obprobrijs falsorum christianorum
& nomine tenus fidelium: prout supra in arti
culis illusionem huiusmodi est tactum. Co
gita etiam qualiter dolebant Petrus & Jo
hannes hec percipientes vel forte videntes. Et
qualiter ((Petrus)) iam torpens frigore infi
delitatis ((sedet calefaciens se)) exterius: cui
calor caritatis & verus ignis extinguebatur
interius & negat ter dominum suum timore
perterritus. Nec mirum si accedit ad eum tem
ptatio: qui se elongat a christo. Primo qui
dem in atrio ab ancilla ostiaria compellitur
& negat. Unde Greg. vnius ancille voce per
cussus: dum mortem timuit vitam negauit:
sed cur ab ancilla primo predatur petrus quā
a viris vna ratio est ad confutationem preiu
dicij q: a muliere non a viro. ab ancilla
non a libera primo victus est. secunda ratio
est: vt ostendatur omnis fortis & constans in
domini peccasse necem & redimi per eius passi
onem. Deinde post negationem timens Pe
trus inter iudeos diu stare ((exiuit foras ante
atrium & gallus cantauit)) Exeundo autem
animaduertit enim alia ancilla ((& dum foris
esset: dixit ministris qui se calefaciebant)) ((&
hic cum iesu erat)) sed postq̄ redijit. q̄ dictuꝫ
fuerat: vnus de circumstantibus. sm Lucam:
sed plures de eis sm Johannem eidem di
xerunt & negat cum iuramento. Ecce argu
mentum q̄ ex vno peccato homo ruit in ali
ud grauius. Unde Rabanus. Mora in pecca
to dat incrementum sceleruꝫ. Et Greg. pec
catum q̄ penitentia non diluit, mox suis pon
dere ad aliud trahit. Et timens petrus iteruꝫ
foras exiuit. ((Et intervallo facto quasi ho
rarum vnius reuersus iterum)) sm Matheū & mar
cum a multis & sm alios ab vno qui cogna
tus malchi erat. compelliturl (& negat cum iu
ramento & detestatione: & statim gallus bis
cantauit)) potest esse q̄ multi tumultuantes
ibi stantes petro hoc dixerunt. vel vnus eoꝝ
pro omnibus: & quasi in persona omnium expressius &
acrius dixit ei & sic semel negat aū primū gal
li cātū. bis aū sm. Nō. n. solū negat xp̄m: qui
dicit eū nō esse xp̄m sed & q̄ cū sit negat se ei⁹
discipulū vel mēbꝝ. vel q̄ negat se esse xp̄ianū
Dns. n. nō ait. petro discipulū meū te negabis
sed me negabis. Negauit ergo petr⁹ xp̄m. q̄
se negauit eius discipulū. Est nō mō se & nega
uit xp̄ianū. vbi Aug. ecce medici cōpleta & cō
dicio egroti q̄tūcta est p̄sumptio. Nō. n. factū
q̄ iste dixerat. aiam meā p te ponā: sed factuꝫ
est q̄ ille p̄dixerat. ter me negabis. & grauat i
petro culpa. & exagerat crimē ex processu nega
tionū. q: primo simpliciter negauit. secūdo nega
tioni periurū addidit. sed tertio adiecit piuri
detestationē ((& cepit anathematizare ((i. ma
ledicere sibiipsi. & maledictiōi se obligare. si
cognouissetie iesū. anathematizatio. n. significat
turationē q̄ est p execrationē & cū imprecatione
maledictōis. s. q̄n aliqs iprecat sibiipsi maluꝫ
pene & obligat se maledicto. si ita sit sicut ipo
nitur ei: vel nisi illud q̄ dicit sit verū. Quidaꝫ
dicunt totā trinā negationē factā in atrio an
ne & q̄ dicta sūt inde post missum iesū ad cay
phā recapitulando dicta. alii ho dicūt i atrio
caypheꝫ totā factā. & sm hoc Johannes ait

cipuit primam. sed communior opinio est q̄
prima negatio incepit in atrio anne & comple
ta est in atrio caypheꝫ. Et hoc videt patere ex
textu Johānis qui cū nō faciat mentionē de
caypha sed solū de anna ponit primo vnā ne
gationē. deinde ea que anas interrogauit & ih
ū & tandē prosequit alias duas negatiōes
que facta fuerunt postea in atrio caypheꝫ. Et
potuit esse q̄ Johānes esset notus virisq̄ pōti
fici. & sim: ipse introduxit Petrū in domū viri
usq̄ prout supra potuit. vbi annas iesum ad
caypham misit. Cogita etiā quō dns benign⁹
magister ((conuersus)) a iustitia ad misericor
diā ((respexit)) diuinitus ((Petrū)) dilectū di
scipulū in tertia vice respectu misericordie & q̄
misericordia prouocat ad penitentiā: & ē
necessaria ad eā: Cōuersio quidem ista & spe
cies fuit interior & spiritualis. nō exterior & cor
poris. q: dns erat intus i auditorio & supe
rius cum principibus. Petrus aūt foris in
atrio & interius cū ministris et vnus aliū vi
dere nō poterat oculis corporalib⁹ Unde Leo
papa. Dns aūt iesus q̄ intra pontificale cōcilium
corpore tenebat trepidationē discipuli foris
positi solo diuino intuitu vidit: pauētisq̄ ani
mū mox vt respexit erexit. & in fletū plenitudi
nis cōcitauit. Unde sm Augu. diuina Petri
respectio nihil aliud fuit: nisi traditio in men
te eius quotiens iā dnm negasset. & hic q̄ do
minus ei predixisset. atque ita misericorditer
dño eū respiciente peniteret. & fleret sicut sole
mus dicere: dne respice me. & respexit eo dns
qui absq̄ periculo diuina misericordia libera
tus est. Nec aūt recordatio fuit initiū penite
tie eius. q: sm Crisō. nihil ita curat delictum
vt memoria dñi cōtinua. Unde & Beda. Res
piciente dño Petrus ad cor reuersus macu
lā negationis penitentie lachrymis tergit q:
nō solū cū agitur penitētia verū etiā vt agat
dei misericordia necessaria est. Unde ps. Usq̄
quo exaltabit inimicus meus super me respi
ce & exaudi me dne deus me⁹. i. miserere & ad
iuua. Nec Beda. ((Petrus aūt)) cognoscēs q̄
dns eū audierat & respexerat. & hoc respectu
cōmonitus & ad amaras lachrymas prouoca
tus statim ((exiuit foras)) de medio malor in
ter quos eū negauerat. & fugiens in caueā seu
soueā q̄ modo gallicantus appellatur ((fleuit
amare)). i. ex cordis amaritudine & fletu con
tritiōis q̄ amar⁹ ē. Flet⁹ aūt deuotiōis ē suauis
simus intātū vt p cibo reputet. sm illud. ps.
fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte.
In ipso aūt loco vbi post negationē fleuit & pe
nitētiā fecit. in memoriā amari fletus pie
ius ē edificata ecclesia sancti Petri. q̄ loc⁹ ē
inter mōtē syon & ciuitatē hierusalē. Ex ide

tāc Petrus traxit in cōsuetudinē. vt singulis
noctib⁹ surgēs a primo gallor cantu vsq̄ ad
horā matutinā staret in oratiōe fixis p ista ne
gatiōe rita q̄ faciebat ex illo vidēbat aduersa ex fa
cie lachrymaꝝ. & semper in sinu suo sudariuꝫ
portabat quo crebro fluētes lachrymas terge
bat. q: quādocūq̄ gallū cātāre audiebat & ofi
cūq̄ denegationē xp̄i recolebat amarissime
flebat. tam pro peccato negationis quaꝫ pro
dulcedine amoris dñi. Unde sm Crisō. Fle
bat nō propter penā. sed q: dilectū negauerat
q̄ et quolibet supplicio molestius erat. Atten
de nūc vbi Petrus negauit & fuge oēm locū
que occasionē peccandi inducit. Unde Ambro.
vbi tamē negauit Petrus. nō in monte non
in templo: nō in sua domo sed in pretorio iu
deoꝝ in domo principijs sacerdotum. Ibi ne
gat vbi iesus ligatus est. vbi veritas non est.
Unde & Piero. in atrio cū ministris calefacit
se ad ignē. Atriū sacerdotis circuitus est secu
laris: ministri demonia sunt: ignis desideriū
carnale: cuꝫ quibus qui manet fiere peccata
nō pōt. Nec Piero. Dinc nota q̄ malū est cō
uersari in curijs magnatuꝫ. Petrus. n. semel
curiā intrauit. & ibi animi vigorē perdidit &
xp̄m negauit. Quid si diu ibi mansisset. vnde
nō ibi sed foris perijt. sic stella a magis in
curia herodis disparuit: quibus inde egressis
reapparuit. Exiuit itaq̄ petrus de atrio prin
cipis vt liberū locū flendi haberet. q: iuer im
pios penitentiam agere non volebat. & cum
vellet fiere egressus est foras. q: palam fiere
non audebat ne. s. ab aliis videretur. & a la
chrymis deprehenderetur. In quo & nos in
struimur: vt volentes insistere lachrymis se
cretū locū queramus. Unde Beda. Quā no
civa sane alloquia perfidorum. Petrus inter
iudeos vel hominem se nosse negauit. quem
inter condiscipulos dei filium confessus erat:
sed nec in atrio Caypheꝫ retentus poterat age
re penitentiā egreditur foras: vt ab impiorum
conciliis secretus pauide negationis sordes li
beris fletibus abluat. Dec Beda. Sic hodie
multi in atrio magnorum introducti christi
malis operibus negant & vix aut nunq̄ dum
ibi sunt: penitent. q: in magnatoꝝ domibus
nō est congruus penitentie locus. Et ideo qui
vult peccata vitare. & mala que fecit emenda
re. debet egredi de mala societate. Unde Bern.
periculosum est valde si quis velit inter turbas
seculi penitentiā agere: vbi inimicū aliꝫ vene
natis persuasionibus alii vndiq̄ exemplis pe
stiferis ad peccandum allicitur: alii adulacio
nibus ad peccandum allicitur: alii derisionibus in vanam gloriam trahunt alii detra
ctionibus in impatientiā deiciunt Dec Ber
nardus. imitare ergo petrum. qui voluntat e

verbo vel facto procaciter negauit xpm pro re passum. Cognouit petrus reatum suum dolet & penitet: egreditur foras relinquit concilium malignantium: locum petit secretum: lachrymis & penitentie amicum fiet amare cer tissime intelligens q̃ sacrificium deo est spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatū deus non spernit. Tu quoq; rememorans passionem dilectissimi magistri & tuā reatus foras cum Petro egredere. vt ipsum defle as amarissime si quando te respiciat: qui Petrū lachrymantē respexit. Hic est penitentie modus peccauit. quiesce. dole & lachrymare. & dilce cū Petro flere amare. & si vis mereri veniā: dilue lachrymis culpam tuā. Gemine quoq; amarificationis. i. contritionis pro te. & compassionis ad xpm inebrieris absinthio vt expiatus cū Petro a reatu sceleris. repleaberis cum Petro spiritu sanctitatis. Quia vero dicit Ambro. de Petro non inuento quid dicerit inuenio q̃ flenit eius lachrymas lego satisfactionem non lego. Videtur ex hoc q̃ tanta sint eius cōtritio q̃ sufficiebat pro eius satisfactione. Unde Leo papa. Felices o apostole lachryme tue. que ad diluendam culpā negationis virtutes sacri habuere baptismatis. Inde est argumentum q̃ contrictio potest esse tanta. q̃ tollat omnem penam. Et nota ordinem penitentie Petri Primo gallus cantauit. deinde dominus Petrum respexit Tertio Petrus flere cepit & tunc egressus foras amare flenit. Sic hodie fit. Nam secūdū. Gregori. Tunc nobis gallus cantat. quando predicator quisq; corda nostra ad cōpunctiones excitat. Sed cantus galli non sufficit: nisi dominus oculo pietatis peccatorem respiciat. q̃ oportet vt miser in tenebris maneat quādiu cū lux mūdi nō illuminat. Tunc aūt tertio secundus Grego. Incipimus flere: quā do ignimur intus, per scintillam conscientie Et tunc foris eximus cū extra q̃ fuimus egredimur. Unde & Beda. Petr⁹ qui media nocte negauit. ad galli cantum penitet & q̃ in tenebris oblionis errauit sperare iā lucis rememoratione coepit. Nunc opinor gallū aliquem doctorē intelligendum. qui nos iacentes excitat & somnolentos increpat: dicēs euigilate iusti & nolite peccare. Nec Beda. Cogita nunc qualiter Petrus pro domino suo & pro peccato suo plāgebat & quomodo recogitabat bona que sibi dominus fecerat & qualiter ipse eū negauerat. Quis quidez intuitu suo spirituali prouocauit Petrus ad lachrymas nec miruz. Oculi enim dñi velut flamma ignis Petri vero vt glacies erat. Et ideo intuitu suo resoluerunt illos sicut iguis glaciez resoluere solet nec poterat in negationis tenebris permanere quem lux mūdi respexit. O beati oculi tui domine iesu qui ita calefaciunt cor frigidum. & accendunt in amorem tuum & illuminant vt videat homo creatorem & errorem suum. O quanto cito gelicidium pectoris liquefaciunt, & in aquas amaritudinis & deuotionis auertunt. Unde Anshel. Intuere quā pijs oculis quam, misericorditer & efficaciter tertio negantem respexit. Petrum quando ille conuersus & in se reuersus fleuit amare. Utinam bone iesu tuus meus dulcis respiciat oculus. qui totiens ad vocem ancille procacis carnis. i. mee prauis opibus affectibus negauit. Nec Anshel. Moraliter p primam ancillam ostiariam que Petruz negare cogit designatur cupiditas. per secundā carnalis voluptas per vnum ieu plures qui astabant intelliguntur demones. His enim ad christi negationem trahuntur homines. prima ancilla. i. anaritia: que hodie in domibus multorum principum est ostiaria Quasi omnes intrare facit. q̃ sicut ostiarius intromittit quos vult sic & anaritia id ez facit. Unde in Prouer. Bonum hominis dilatat viaz eius & ante principes spacium ei facit. timendum est ne expulsa caritate a domibus prelatorum tanq̃ domina incipiat principali ancilla. q̃ caritas expellitur dum cupiditas ingreditur nā venenuz caritatis est cupiditas. Huic carnalis dilectatio & demones adherent: que xpm negare suadent. Par Petruz aūt qui interpretatur agnoscens: intelligi potest clericus: qui a longe sequitur dñm. quia forte non propter se: sed propter sua que multotiens cupiditate deuictus negat christū. O quot sunt hodie miseri curias principum sequentes. vix aut nunq̃ penitent dū sunt ibi. Et hoc articulo negationis Petri plura habentur documenta. primū est. q̃ prelatus ecclesie debet esse talis. qui infirmitatibus subditor cōpati sciat. q̃ secundū Grego. Ideo dñs Petrū cadere permisit. vt & fortius post casum resurgeret. & vt is qui futurus pastor ecclesie erat. in sua culpa discepit. q̃liter alijs misereri debuisset. & ex sua infirmitate cognosceret quam misericorditer aliena infirmata tolleraret. Et secundum Crisō. Christus permisit Petrum labi. vt prelatis exemplū preberet. fragilitati subditorum meliꝰ compatiēti. Nam secundū eundem. Ideo angelio non est cōmissa sacerdotū potestas ne q̃ ipsi minime peccarent: de sua innocentia presumentes: alios sine misericordia iudicarēt sed potius est collata hoi fragili & peccāti. vt ex ca aliorum lapsum se mitem prebeat & benignū. Secundū est q̃ nullus debet se iactare & extollere aut de sua virtute & viribus presumere. Unde Leo. papa. Ob hoc Petrus herrare permissus est. vt in ipso ecclesie principe cōderetur remedium penitentie. & nemo auderet de sua virtute cōfidere: quādo mutabilitatis periculū nec ille tātus potuisset euadere. Unde Crisō. Quod euangeliste scripserūt nos erudire volentes: q̃tū malū sit nō deo tū cōcedere: sed in seipso cōfidere. Unde etiaz Ambro. Nec aūt ideo scripta sunt: vt sciam⁹ neminē se iactare debere. Nam si Petrus ipsius est q̃ dixit: & si alij scandalizati fuerint in te: ego nō scādalizabor quis alius iure de se presumat Beniq; & Bauid. q̃ dixerat: ego dixi in habūdantia mea nō mouebor in eternū eā sibi iactantiā obfuisse profitetur. dicēs. Auertisti faciē tuā a me & factus sum cōturbatus. Tertiū est q̃ in principio obstandū ē peccatis. q̃ vnū semp trahit ad se aliud grauius. Sicut in proposito. Primo fuit nuda negatio. Secūdo negationi accessit periurium. Tertio periurio accessit maledictio. Uel sicut dicit Piero. Prima ancilla titubatio. Secūda cōsensio. Tertius vir actus est hec est trina negatio. quā abluit per fletus verbi xpi recordatio. Quartum est q̃ si nos quād oq; ex fragilitate peccemus nullo modo in peccato perseueremus. q̃ pm Glosam perseuerare in peccato dat incrementa scelerū. & qui spernit minima cadit in maiora. Et pm Grego. Peccatū q̃ penitētia nō diluit mox ad aliud trahit. Ecce enī beatū Petrū ad primā negationē impulit vna tantū ancilla. ad secūdam duo. i. ancilla & vir. ad tertiū plures. Quintū est q̃ nullus peccator debet desperare quātūcūq; peccata sint grauia. sed debet pro peccatis suis flere exēplo beati Petri. qui culpam negationis abluit lachrymis penitentie. In hoc. n. remedium nobis penitētie ostenditur. & in maximis excessibus venīā sperare cōceditur. cū Petrus post tantū peccatuz factus sit sanitor celi ac oībus norma & regula penitendi. Sextū est q̃ nos caueamus ne vnq̃ xpm negemus: xpm nāq; negat q̃ in oī mortali peccato. q̃ cōsentiēdo diabolo, abnegam⁹ xpm. & recedimus ab eo. In cōsummādo se huic articulo: cogitet hō quā pie seipsum deus respiciet. & tūc instar beati Petri renouemur. peccata sua breuiter & summarie. & ea q̃tum potest lachrymis saltē cordis defleat. Iesu q̃ a Petro apostolorum tuorum principe ter negari te pertulisti quiq; eū misericorditer respiciens reatū suū amare flere fecisti: respice queso me oculo clementie tue. & concede me verbis vel factis te nūq̃ negare. & peccata mea digne deflere. Tandē fatigati principes iudeorum. & ministri iniquitatis & ceteri iudei: recesserūt euntes ad dormiendū. & mittentes dñm iesum in quendā carcerem ibi subtus solariū. cuius adhuc videri potest vestigiū ligauerunt eum ibi ad quandā columnā lapideā. cuius pars ibidem mutata fuit. & adhuc vt dicitur apparet. Dimiserunt nihilominus cū eo aliquos armatos ad tutiorē custodiaz. qui cū vexauerunt per totam noctē residuā quasi non sufficeret dies ad complendū malitiā suā: derisionibus q̃ & maledictionibus vacantes cōtinuabant et dicentes: putabas esse prudentior principibus & melior phariseis. Nūc tua stulticia apparet modo fias vt conuenit & morte crudelissima cito morieris. Intuere igitur qualiter isti audaces & pessimi conuiciantur eidez & insultant & modo vnus modo alius verbis & forte etiam factis contra eū insurgunt. Dicta enim dicunt & faciūt & irruenter huiusmodi marcenarij & villissimi quāta possunt. Unde Anshel. Nox i somnis tota ducebatur: nulla prorsus requies ieiu prestabatur ministrorum impia plebs iniuriatur alapis & colaphis innocens mactatur. Intuere nunc obprobrijs dominum verecundum. in tormentis vero patientem & vultum semper ad terram habentem & silentem ad omnia tanquam vere esset deprehensus in culpa. & mira cordis contritione compatere creatori. Nec Anshel. Et sic stat dominus rectus ad istam columnam ligatus. & saturatus obprobrijs vsq; mane: afflict⁹ nimis frigore & labore. qua hyemis erat & nocte longe. Tu ergo ibis ad eum. & vehementer sibi compatiens. dices ad ipsum. O domine ad quorum manus venisti. Quanta est patientia tua. Vere ista est hora tenebrarum. Et tunc deuotissime obsculaberis manus & pedes eius venerabiles. & vincula illa durissima & sedebis ibi ad pedes illius dolēs & lugens & dices. O domine iesu saltem regat caput tuum super humerum meum. ne quo te liberare non possum. Et tunc recomēdabis te ei & omnes amicos tuos: & tunc absq; dubio concedet tibi quicquid rogaueris & petieris ab eo. Et dices ei. O domine quid dicam in crastinum dignissime matri tui. Et sic ad pedes beatissimos aliquantulum dormitabis & quiesces si tamen dormire poteris in tali statu dominum tuum videns.

Oratio

O Omine iesu christe qui hora matutina coram anna a ministro alapam suscepisti & te ligatum ad cayphan duci permisisti & tota nocte multa obprobria & incommoda pertulisti. tribue queso mi-

peccatent: e similia pati gaudeampto glo-
ria tui nominis: eligaudio perfrui mereat e
eternia. Illis quoq; tue pietatis oculis quib⁹
tunc Petrum respexisti me miserum frequē
ter respicias. qui te veniam premia cogitationi
bus locutionibus operibus negligentijsq; que
negare vt valeam defectus meos cognoscere
unde penitere ac veniam e gratiam merear
apud te inuenire. Amen.

De prima. Cap. lxi.

Ora prima corde do-

lenoloc modo meditaberis: qualiter
(tunc) (quando dies est factus tem⁹ est hoc
(conuenerunt) apud cayphan ((principes
sacer dotum)) .i. pontifices que precellebant
reuerentia dignitatis (ac seniores populi) qui
precellebant reuerentia etatis (e scribe)) qui
precellebant reuerentia doctrine legalis: ad
concilium aduersus iesum vt traderent eum
morti e fecerunt dominum tuum dulcem ie
sum nimis afflictum tibi adduci. Dic esi con
sortia malignantiu: cuius prior sue abbas
erat cayphas: qui erat pontifex anni illius. cū
autem volunt eum de domo ducere: dicūt ei.
Ieia quid facis ibimus an non. Veni q; prin
cipes e sacerdotes mandant q; ducaris ad cō
cilium vbi te expectant cum populo. volentes
te tradere pylato vt morieris. Tu autem si
adhuc cogites te cum ipso esse. dices cui ma
gna compassione hec domine mi. heu magi
ster bone: quia isti volunt te perdere. iam vo
lunt te morti tradere. O domine quid ego mi
ser faciam: O q̄ crudeles e q̄ dolorosi rumo
res. O domine quam lugubrem visionē ha
bebit tua mater dulcissima q̄ amaros rumo
res audiet tam ipsa q̄ omnes qui te diligunt
cum ea. O domine quid ego miser faciā. Ibo
tecum dominere libo nunciare e dicere vbi
mee benigne matri tue vt veniat ad te. Po
stea videbis quomodo ducunt cum tanquā
agnum mansuetum qui portatur ad victimā
e quomodo intrat ligatus e afflictus: e oēs
in eum respicient e insultantes ei dicunt. O
iesu dices. Quo si propheta eras istud non p̄
uidebas. Talia e multa similia poterant ei di
cere illi maledicti. Considera mō quantus iu
dei sitiebant sanguinem iesu christi: qui sum
mo mane querebant sniam de morte eius
dari nō tamen erat eoz nequitia: vt nulla mo
ra interponeretur quin occidendus pylato
traderetur. Et sic bis fuit ꝓditum impiorum
aduersus iesum. Primo ante galli cantus: vt
risum est superius. Secundo mane quando
dies est factus. Quenim ex testimonijs pcha
bitis non habebant aliquid vnde coram Py
lato sicut reus mortis accusari posset. ideo vl
terius consulebant qualiter eius morte dignū
ccc. essent. Et tunc dixerunt ei ((si tu es christus)) .i. rex e victus ((die nobis)). Ubi Beda
Non veritatē desiderabant sed calūniam pre
parabant. Si ē. ipm xpm hominem tantum
modo de stirpe dauid venturū sperantes hoc
ab eo querebant vt si diceret ego sum xps ca-
pi iuberentur: q; sibi regiam potestatem arro
garet e ob hoc a rege puniendus esset. (Et ait
illis. Si vobis dixero). .i. q; sim xps (non cre
ditis mihi)) sicut e alias non credidistis nec
verbis meis: nec factis. ((Si aūt interrogave
ro vos non respondebitis mihi)) sicut nec ali
as respondistis: cum interrogarez quomodo
christus filius Dauid esset: neq; dimittetis .i.
me qui tamen sum innocens. ((Et hoc autē))
.i. post tempus passionis e accensionis
((erit filius hominis sedens a dextris virtutis
dei)) .i. in potioribus bonis patris secundum
humanitatem: sed in equalitate patris secun
dum diuinitatem. Unde benedicit filius ho
minis: q; inquantuz filius dei semper fuit eq̄
lis patri e sedens ad dexteram patris. Quasi
diceret. Ero in vita regnans sempiterna e ho
nore diuina: cum hic infirmus coram vobis
apparebam. Ubi Theophi. Quasi diceret. nō
est vobis de cetero tempus sermonum e do
ctrine sed deinceps iudicij tempus erit cuz vi
debitis me filium hominis sedentem a dex
tris virtutis dei. ((Tunc dixerunt omnes. Tu
ergo es filius dei)) .i. naturalis. (Qui ait. vos
dicitis quia ego sum) Quasi diceret. Ego nec
dico nec nego: sed vos dicitis q̄is non credā
tis. Sua ergo sententia ꝓdemnantur. vbi Be
da. Ita responsionem suam temperat vt e ve
rum dicat e sermo eius calumnie non pateat
Saluit.n. se christum filium dei probare q̄
deliberauerunt vt condemnandi causa tol eretur his
qui q; ebijciunt hoc ipsi fatentur. Quam ta
men responsionem ipsi blasphemiam repu
tantes dixerunt. ((Quid adhuc desideramus
testimonium)) .i. ad probandum: q; se christus
dicat e dei filium. Nec duo graviora ponderā
bant. i. q; se christum e dei filium dicebat. co
q; unum videbatur esse contra deum religio
contra imperium romanum. ((Ipsi.n. audivi
mus de ore eius)). O insensati erecenit vos
malitia vestra. audistis ex ore eius veritatem
tiam qua erat colendus. e non blasphemiaz
qua esset crucifigendus. Ergo vt ait Beda.
Sua se sententia condemnant: qui cum me
tradunt: quem e ore e operis testimonio

deum esse cognoscunt. Et post multa que con
tra cum fecerunt (vt estimo) sicut in nocte se
cerunt ((adduxerunt eum vinctum a domo
cayphe pontificis ad domum Pylati pfidis)
romane potestatis ad quem pertinebat iudi
cium in causa sanguinis. vt .i. Pylato totum
imponerent: e ipsi immunes reputarentur.
Duxerunt inquam eum vinctum manibus
post tergum ligatis: e cum multis conuitijs
ac contumelijs ((e vt dicitur)) catena in collo
eius posita que postea ostendebatur in hieru
salem peregrinis pro deuotione magna: qui
e ipsi submittebant in ea colla sua. Cogita
nunc. cum tanto obprobrio ducitur per medi
um ciuitatis hierusalem conuitiantibus prin
cipibus sacerdotum e phariseis atq; dicentī
bus. Ueni nobiscum latro e deceptor populi
nunctua maleficia finem habebunt in breui.
Horrenda prorsus impietas. que tantis iniu
rijs saciari non potuit quin potius ferali ra
bie fremens. impio iudici tanq̄ rabido cani
animam iusti deglutiendam exposuit. ((Tūc
videns iudas q; iesus damnatus esset)) consi
lio sacerdotum e seniorum .i. damnationi ((e
morti adiudicatus)) consuetudo enim erat iu
deorum: vt quem reum mortis iudicassent:
vinctum pfidi traderent. vtoum prius vin
cium teneret: morti addictum intelligeret ((
penitentia ductus)) infructuosa tamen: quia
sine spe venie erat ((rettulit pretium)) scilicet
triginta argenteos principibus sacerdotum
e senioribus populi. a quibus male acceperat
quasi in sua potestate esset persecutorum sen
tentiam mutare: e quasi eodem precio quo
christum dominum vendidit posset eum re
dimere. Multi enim possunt alicui mala per
suadere: que tamen penitentia ducti post non
poterunt dissuadere: vel in bonum conuerte
re. si ergo iudas restituit pecuniam male ac
quisitam: quomodo viurarius tenet viuram
e symoniacus prebendam: vel quicunq; rem
alienam. Credibile est q; lata sententia cōtra
christum illi qui principales fuerunt in morte
christi redierunt ad templum e tunc venit iu
das penitentia ductus. i. angustia quadam e
tristicia tactus: que tamen non valuit q; non
propter amorem dei: sed propter enormitatē
rei tristis fuit ((e rettulit argenteos dicens: pec
cauī tradens sanguinem iustum)) non valu
it inde ista consilio: quia decrat ipes venie e
salutis. Ubi Crisostomus. vide veritatem vn
dique fulgentem proditor de seipso dat testimo
nium: e eorum qui condemnauerunt oppi
lat ora. ((At illi)) deridentes eum ((dixerunt.
Quid ad nos)) scilicet de peccato tuo: qui nō
sumus rei in hoc facto. ((Tu videris)) e senti

cste peccasse. sed nihil ad nos pertinet e no-
bis de hoc non est cure. Proiecit hec audax
vesanus atq; ceca. emisse se initi sanguinem sed
unum: e tamen extra reatum se esse credens: e
in vendente scelus constituunt. Unde secun
dum Crisostomum. Accusatio sacerdotum
est: qui non egerunt penitentiam etiam inde
penitente e videns iudas q; eum damnabit:
lapsus in desperationem proiectis argenteis
in templo. Unde receptis erant: recessit ((e abi
ens laqueo se)) ex desperatione ((suspendit)) et
quo patet q; cupiditas sua nihil sibi valuit.
Maluit se quam denarios perdere: denarios
templo. seipsum diabolo tradidit e laqueo.
Dic habemus duo exempla. Primum est q;
auaritia non est aliud quam quidam laque
us diaboli. per quem suspendit auaros. secun
dum exemplum est q; crudelitas presidentis
est occasio desperationis peccatoris. Judas
enim rettulit pecuniam penitentia ductus e
peccatum suum est confessus: sed quia prin
cipes dure responderunt sibi: dicentes quid
ad nos tu videris: desperatus abiens laqueo
se suspendit sic frequenter circa peccatorem
accidit. iudas laqueo se suspendit in terre me
dicullio indignus hominum e angelorum con
sortio. Indignus colligi inter angelos qui in
celis sunt. Indignus etiam colligi inter homi
nes: qui in terra: socius factus demenuz: qui
bus deputatus est aer iste caliginosus in car
cerem vsq; ad iudicium. sunt autem tres ratī
ones quare tali morte decuit proditorem inte
rire. Primo vt elevatus in aere socium se oē
deret demonum. in hoc aere caliginoso habi
tantium. secundo quia pacisendo locutus fu
erat: in gutture punitur: vt arterie que vocem
proditionis emiserat punirentur: q; per que
peccauit quis. per hec e torquetur. Tertio vt
celo e terre: solus ostenderetur: quia non so
lum proditionis culpam emendare nequiuit
sed etiam homicidij propij scelus addidit.
Mirabilis auricia iudeorum: ques nec con
fessio peccati nec restitutio precij: nec opera
tio propij suspendij emollivit: quia nec peni
tenti nec patienti nec suspendenti inde credi
derunt. Cum iuda quip̄ seipsos suspendūt
qui veniam petere e satisfactioni intendere
nolunt: e crepuit medius effusus visceribus
rupto enim laqueo putatur cecidisse e crepa
isse: e in hoc quodammodo delatum est os:
quo oculatus dominum iuratur per eo dā
nata aia exiret. Non enim tam viliter inqui
nari debuit q; tam gloriosum. Los christi con
tigerat. Dignum enim erat vt viscera que p
ditionem conceperant rupta caderent e sur
tat quo vox proditionis exierat laqueo strid

bis in tribulatione positi verba sunt ista: verba quidem teneritudinis et meroris. verba amaritudinis et doloris. Nam qui deuote considerarent ex quam anxio gemitu. ex quam alto singultu. ex qui profundo luctu. ex quam amaro planctu. hec vox in cruce proruperit ad ore domini ictu nullus est si haberet pectus ferreum quin molliretur compunctione. si saxeum quin scinderetur passione. si lignea quin flecteretur condilectione si ereum quin liquaretur contemplatione. In hoc verbo duplex natura in vna psona christi clamauit ad duas personas in vna essentia dei. et ideo geminat persona sub eodem actu verbi. deus meus deus meus vt quid derelinquisti me. Clamabat enim in christo affectio rationalis nature. propter zelum ardentissime compassionis. clamabat affectio sensualis tacture propter telum acutissime passionis. Clamat affectio rationalis deus deus meus vt quid derelinquisti me. In tanto carceris suspirio et meroze. qui non derelinquis presumentes de te. Magnam. n. patiebatur exterius amaritudinem sed longe plus cruciabatur interius propter ingratitudinem. Unde Hugo. inducit eum in cruce sic loquentem. Cerne homo quid pro te patior: vide penas quibus afficior. vide clauos quibus confodior. et cum sit tantus dolor exterior: intus tamen planctus est grauior. tam ingratus dum te experior. Per hoc verbum quartum docemur ad deum in necessitatibus clamare et in periculis ad orationem recurrere. Unde Augu. Insuper addidisti deus meus vt quid derelinquisti me. vt ostenderes effectum orationis: que sicut scutum accipienda est contra tela temptationis in tempore tribulationis. Orauerat si quidem dominus iesus i oratorio et in patibulo. quia reuera oratio est subsidium in periculo. Accende igitur anima mea turris et castrum orationis. Ipsa etenim est vnguentum egrotorum. scutum infirmorum: odor fidelium ciuium supernorum. Nec Augu. ex hoc ergo articulo derelictionis christi ad deo hoc documentum quia in nris tribulationibus debemus ad deum recurrere et ei desolationem nram conqueri orando vt ipse tribulationem nostram dignetur respicere. Sicut christus qui in angustia tribulationis positus clamauit ad deum patrem dicens. deus meus. deus meus: vt quid derelinquisti me. Quod secundum glosam non solum fuit verbum conquestionis. sed et orationis. Que quidem oratio subintelligitur. sed in psalmo illo ex quo christus hoc assumpsit exprimitur. vbi dicitur deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. Ubi hoc quod dicitur respice in me est oratio. et non est in hebreo: sed additum a septuaginta interpretibus. magis sensum quam verba sequentibus quod vero sequitur quare me dereliquisti est conquestio. In hoc ergo verbo christi fuit oratio implicita. et conquestio explicita de qua oratione videtur loqui apostolus: dicens de xpo Qui in diebus carnis sue preces cum clamore valido et lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Igitur et nos conquerentes deo tribulationem nostram. semper subintendamus orationem. vt ipse in nos respiciat et adiuuet. Exprimit ergo quod dominus formam temptati et liberati. qui dum est in tribulatione putat se quasi derelictum a deo: cum tamen propior sit dominus homini in tribulatione posito iuxta illud psalmi. cum ipso sum in tribulatione. Derelinquit quippe dominus amicos suos dum tribulationibus eos exponit ad tps. vt misereat in eternum. derelinquens. i. ad modum derelinquentis se hz. q: protectionem suam subtrahit. Sicut enim deum penitere est ad modum penitentis se habere: ita hic deum aliquem derelinquere. est ad modum derelinquentis se habere. Ad conformandum se huic articulo meditetur homo. quam atrocibus penis expositus fuerat xps quando sic clamauit ad patrem: et recolligat omnes passiones et tribulationes suas: et conqueratur eas deo patri in vnione passionum christi clamans in toto corde simul cum christo verba hec. deus meus deus meus respice in me vt quid me dereliquisti. Nec miretur vel deficiat si tribulari permittitur. quia sic suo capiti conformat. Domine iesu qui pendens in cruce preces ad patrem cum clamore valido et lachrymis obtulisti: da mihi in omni tribulatione et angustia mea ad te clamare: Nec tu me patiaris velut derelictum a tua misericordia reprobari sed exaudias de celo vocem meam. et facias in tribulatione proficuum. vt sentiens me tuis misericordia saluatum. possim cetare gloriam et laudem tuam dicens. voce mea ad dominum clamaui. voce mea ad deum et intendit mihi. Quidam autem illic stantes et audientes hoc verbum domini dicebant. Heliam vocat iste. Ni. fm Hiero. romani milites ipsum custodientes fuisse videntur qui erant gentiles. non intelligentes hebreum et putantes propter sonum et quandam affinitatem vocabuli hely idem qd helyam: sonare et helyam vocari. Uel fuerunt iudei dominum imbecillitatis infamantes. qd helye deprecaretur auxilium repugnantes eum minorem fuisse helya. Uel

forte ipsi iudei potuerunt hoc dicere non bene intelligentes qd diceret propter tumultum obstrepentem circumquaq. Quintum verbum fuit cum ((ihesus sciens omnia consumata)) que lex et prophete predixerant de eo. et que erant scripta de xpo passuro: et que oportebat fieri antequam acciperet acetum et traderet spiritum vt hoc etiam consummaretur qd in scriptura predicta restabat et consummatum erat. s. infixi mes pedes tuerunt me aceto ((dixit sitio)) ac si diceret hoc solum ex scripturis implendum restat. perficiatur scriptura. ly vt non ponitur causatiue sed consecutiue non enim ideo xps hoc fecit. quia scriptura hoc predixerat nam tunc sequeretur qd nouum testamentum propter vetus et eius impletionem esset. cum tamen econuerso sit sed ideo predictum est. quia per christum consummandum erat. Et hoc enim facto impleta est scriptura prophetie. et sic in alijs suo modo intelligitur dixit ergo sitio. s. hominum salutem. quia hanc desiderio cordiali sitiuit. videlicet sitim sitiens. i. desiderans vt nos sitremus fontem viuum. hoc quintum verbum fuit maxime consolatorium omnium totius ecclesie fidelium quando dixit sitio. i. salutem humanam feruentissimo desiderio. In hoc enim ostenditur eius ardens desiderium de salute generis humani. que vult omnes hoies saluos fieri. nam vehemens desiderium exprimere consueuimus per sitim. Unde dicit ps sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Unde Ber. Sitio ait xps non doleo. O domine quid sitis. Fidem vestram salutem vestram. gaudium vestrum. plurimarum vestrarum quam corporis me cruciat me tenet a fi non mei salutem vestri misereamini. Et iterum. O bone iesu coronam spineam sustineo de tua cruce et vulneribus tuis taceo et pro sola siti clamas dicens. sitio. Quid ergo sitis. Certe solam redemptionem hois. et gaudium humane salutis. Per hoc verbum quintum docemur salutem nram desiderare. et vitam eternam appetere. Un Aug. adieciisti etiam dne iesu xpe sitio qd sitio dne iesu vinum vt vite aut aquam de flumine. Sitis tua salus mea cibus tuus redemptio mea. Siti igitur anima mea et desiderat sicut desiderat cerus ad fontes aquarum. illum videlicet qui sitiuit te. Nomie tedet te anima mea intemperies aeris. molestia carnis et cordis pugna cum vitijs. varietas forme mutatio et incertitudo temporis expectatio. et timor mortis. Cur igitur non cupis dissolui et esse cum christo. Cur te retardat vita mortalis. et non prouocat te vita virtualis. beatitudo fontalis. societas et letitia spiritualis. Desidera igitur et considera quam mea

gna multitudo dulcedinis tue. quam gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei vbi est lumen vite sone totius dulcedinis et beatitudo virtusq; hominis. Nec Augu. In hoc verbo dominus fuit magna compassio matris et sociatus ei. Johannis. et maxima exultatio illis pessimis Nam licet exponi possit qd sitiebat salutem tamen ad litteram estimare potes qd in veritate multum sitiebat. qd propter nimium laborem et sanguinis emanationem et totius deficatus intus et arefactus: et addutus erat: et propter hoc sitiebat supra modum. et talis sitis est maximum tormentum. Et cum illi maligni cogitare non possent in quo amplius eis nocerent acceperunt vexandi materia miserunt et dederunt ei in spongia ((quam propter porositatem de aceto multum imbiberet ((arundini imposita)) vt sursum ad os pertingeret ((ac Ysopo)) circumposita et circuniligata. vt per Ysopum herbam amaram de spongia sugeret ((acetum)) seu vinum acetosum ((cum felle mixtum)) seu murratum: quale etiam sibi priusq; crucem ascenderet propinauerant. Sic ergo bis potatus fuit. et ante crucifixionem et in crucifixione. Et est ratio potationis et ratio geminationis huius. Dicunt enim quidam crucifixos citius mori si aceto polentur. Et ideo potatus est iste et non non alij vt citius morerentur: et hoc vel instinctu iudeorum qui captabant maxime mortem christi vel ex tedio miliarum vt citius a custodia eius absoluerentur. quia tedebat eos ibi morari. Competit autem misterio gemina potatio propter geminam personam que peccauerat gustato ligno vetito ex qua damnata erat generis humani propagatio. In hoc etiam potu amaro amaritudinem sue pueriie voluntatis ostenderunt: quia quantum potuerant tantum ei nocuerunt. De quorum malicia sic dicit Crisosto. Tu autem mihi. te meritatem eorum qui assistebant cogita Et si decem milia habuerimus inimicorum et si insanabilia passi fuimus. videntes eos interfici flectimur. Ui vero neq; in his que videbant facti sunt manueti. sed seuiebant magis et insaniam intendebant. et spongiam ferentes aceto potabant. Nec Crisost. Unde secundum Remigium. Ipsi iudei erant acetum. de generantes vino patriarcharum et phetarum id est in acetez id est in malitiam et crudelitatem habentes fraudulenta corda quasi spongiam cauernosa ergo tormentis patibulis. Ob hoc autem signanter fel cum aceto sibi porrexerunt. vt in omnibus sensibus ipsum amaritudine replerent. Jam enim velatus fuerat oculi contra ligni vetiti procacem visionem iam maxillas eius pugnis atrinue

ret.contra pomi veteris mastigationem iam olim eius alapis ceciderant :contra cibi veteris trasiectionē.solū relabat eo ꝛ narco afflige re.Et ideo narco christi afligebant ras cadaueris fetore.q̄ acetodore eo vero afflige bant felle amaritudine. ut ipse acetū quidē accepit nō vt biberet sed gustaret. vt scriptu ram seu q̄ scriptū erat impleret.((Et q̄ hely hely clamauerat ceteri potus ei dant dicētes. Sine)(idest expecta)(videamus)per experimentum(an veniat helias liberans eum)).qa vero vocem domini male intellexerant. Non helye.sed deo loquebatur. Ideo frustra ꝛ inaniter aduentum helye expectabant. Ecce quā lucena debatur domino nostro. Nō aute tam cenandi sed pro labore ꝛ dolore non petijt aliud pro cena nisi potum ꝛ filij diaboli ꝰ derunt ei pro cibo fel.ꝛ pro potu acetū. O nos miseri quid facimus: qui aliter cenare ꝛ aliter potare volumus.ꝛ delitias diuerimus. Certe si mille annis homo viueret.ꝛ quotidie in pane ꝛ aqua ieiunaret.vnicā cenā illā sufficiēter compensare non posset. Uerūtamē quia potest capere capiat.q̄ durus est hic sermo p carnalibus. Et ideo non sapiunt.non sentiūt enim sapore que dei sunt.ꝛ consolationes eternas amittunt. Quia si acetum domino propinatum ad mentes reduceremt.in cibo ꝛ potu quātūcūq; vili saporem inuenirent. Unde Ber. Non est cibus a deo aridus qui non efficiatur sapidus.si illius aceti q̄ propinatum est condimento fuerit temperatus. Si ergo cibus ex defectu salis.vel alia ex causa fuerit tibi insipidus.non apponas ibi sal vel condimentum aliud.sed pter xpm felle ꝛ aceto potum sen sualitati resistas.cogitans q̄ p peccatis tuis.in pane ꝛ aqua abstinere debes.ꝛ q̄ multi pauperes sibi ista reputarent ad delicias.ꝛ tunc videbitur tibi magna gratia alicui quid adiecisse ad hoc ipsa. Et hoc articulo potationis aceti trahuntur plura documenta.

Primum accipiendo illa misticē in bono sensu.sicut iudei ꝛ milites multa fecerunt mala intentione.que tñ multorum boni no bis imputant.ꝛ sin hoc docemur h̄ q̄ ꝛ nos devotionis admixtiōē mirra mortificatiōis carnis ꝛ felle amare cōpunctionis xpo propinare debemus. Tale enim vinum mixtum ꝛ felitum xpus a nobis sitit.ꝛ oblatum libenter gustat. sed nonvult bibere.ꝛ in se trahicere.q̄ ipe bonoꝝ nostroꝝ non eget. Quid enim xpo ꝑ nostra deuotione mortificatione ꝛ cōpunctione accrescit. Sed talia ab eo gratanter gustata nobis relinquit.quibus omnia illa cooperantur in bonum.imo ꝛ amara fiūt nobis dulcia merito sue passionis. Aliud documentum est accipiēdo ista in malo sensu.q̄ nos caucemus ne vinum mirratus vel fellitū cū xpo bibendū offeramus.q̄ sicut tunc iudei ita etiaꝫ hodie mali xpiani dant deo bibendum amaꝫ potum ꝛ xpo sitienti in salutem animaruꝫ.et iterum amaritudinem peccatorū. Quicunq; enim recte credunt sed male viuūt.hi christo dant bibere vinum cum mirra ꝛ felle mixtū q̄ vinū christiane professionis vel deuotionis miscent cū mira ꝛ felle scādalose conuersatiōis.inquantum male viuēdo scandalizant ecclesiam :quales sunt precipue mali prelati: sacerdotes ꝛ monachi ꝛ alie persone religiōis spēm pretendentes.qui specialiter se ad cultū dei deuouerunt. Qui preterea christianis vinum deuotionis(q̄ deus ꝛ hoīes letificat)deo offerre deberent.sed per suā scādalosam conuersationem.vinū suū mirra ꝛ felle malorum exemplorū miscent.ꝛ hoc deo offerunt:quibus dñs exprobat:dicens. Uinea mea electa,ego te plantaui.quomodo cōuersa es in amaritudinem. Alij sunt qui acetum in spongia cum calamo dño offerunt.qui extraneas ꝛ a veritate alienas sententias ex scriptura applicant xpo quasi eas dicenti :quales sunt qui singulares sensus a cōmuni ecclesie doctrina extraneos ex scriptura trahere molūtur.ꝛ sic in erroreꝫ hoīes mittunt. Dicentes spongiam aceto implentes calamo scripturam imponunt.ꝛ ori eius offerunt ꝛ talis potus est xpo insipidus:nam cum gustasset noluit bibere. Ex quo etiam nobis dat documētū.q̄ sicut xpo nō dignatus fuit ꝑ nobis aceti gustare.sed non bibit sic ꝛ nos suo exemplo viscam⁹ predictos aridos hoīes tam scādalosos in vita.q̄ superstitiosos in doctrina.gustare quidem .i. pati ꝛ tolerare.sed nequaquam bibere.ꝛ eorū vitam ꝛ exempla nobis incorporare quemadmodum dominus noster acetum non bibit. quia talem in corpus suum trahi non possunt. Item est documentum pro religiosis ꝛ penitentibus.q̄ si quando eis apponitur cibus vel potus penitentialis ꝛ minus sapidus. recogitent christum felle ꝛ aceto pro nobis potatus Post concupiscentias ergo tuas non habeas. sed eas viriliter frangas ꝛ tunc felle amaritudinis cum dilecto tuo potaberis. Ad confortandū se huic articulo recogitet homo quāto desideret salutem noster salutem nostram fecit .pro qua etiam acetum cum murrha ꝛ felle accipere nō dedignatus fuit ad ostendendum q̄ nos salutem que est vita eterna consequi valeamus.nisi prius amaritudinem vite presentis gustemus. Jesu qui nostrā salutē sitiens .aceto ꝛ vino mirrato cum felle potus es voluisti salus mentis gratuita gratia in us

mero saluandop.ꝛ da mihi verbavice sitire te fontem vite a que viuc.corde diligendo ore laudando ꝛ predicando.ꝛ amore ad te habitum operibus ostendendo fac me vinum devotionis cum mirra mortificatiōis,carnis ac felle penitentialis compunctionis tibi digne offerre ꝛ da mihi acerbitatem calicis tui non horrere:sed cū gaudio amplecti ꝛ bibere ad salutem vt pro amore tuo anime mee sitienti amara dulcia videantur. Sextum verbū fuit cum dixit.((Consumatum est))idest totus cōpletus est in opere.etiam vsq; ad aceti potū quicquid de me lex ꝛ pphete predixerant . ꝛ quicquid de me scriptum erat ꝛ opus redemptionis humane ꝛ omne opus meum q̄ in mundo facere debui.consumatum est ꝛ perfectum:ac etiam omnis pena ꝛ omnis pugna pfecta ꝛ complecta est. Et hoc labor ꝛ dolor quē sustinere veneram est finitus ipso quoq; quo interhomines esse debui ad honorem dei patris ꝛ utilitatem fidelium est completū.ꝛ obedientiam q̄ dedit mihi pater perfecte completa.ꝛ quicquid oportebat fieri anteq̄ morer factum est ꝛ nihil remanet nec quicquam tam restat q̄ anteq̄ moriar adhuc fieri oporteat. Et hanc consummationem etiā ipse predixerat. consumabūtur inquit omnia que scripta sūt per prophetas de filio hominis aceto igitur ꝛ felleo poculo propinato.intulit cōsumatum est.tanq̄ si in gustu aceti ꝛ fellis totius amaritudinis passionis consumata plenitudo consisteret. Per hoc enim diluitur primꝰ ille male delectabilis gustus. Nam cū per gustum ligni suauis ꝛ veriti.totius nostre perditionis causa extiterit inobedientia adam oportunum fuit ꝛ congruum per viam contrariā inuenire salutē nostre remediū. Et cum i singulis membris ipsi acutissimarū passionum militantes sagitte crebrescerent.quaꝫ indignatio exhibebat spiritus eius.decebat vt cibi verbiq; vehiculum nequaquam maneret immune vt verificaretur illud pphetie replenit me amaritudine inebriauit me absinthio. Hoc verbum sextum magne efficacie fuit cū dixit consumatū est.per hoc insinuās quod omnia cōsummauerat que p salute humana ipsū christū pati vel agere oportebat. Et exēplariter.nō sicut homo medicꝰ.primo p infirmo dietam tarat .secundo fidozem procurat.tertio si predicta non sufficiunt inducit minutionem pro humorum correctione.quarto ministrat potionem pro male materie euacuatione sic xpo vt nos a morbo peccati saluaret p nobis primo quadraginta diebꝰ ieiunauit.secundo sudore sanguineū p nobis exalauit.Tertio p totum corpus suum minutionem celebrauit quando pro nobis totum sanguinem suum abundantissime sine numero ꝛ mensura fudit.sic q̄ corpus suum in cruce pendens tam quam pretium exauit quarto vltimo predicto antidoto nō contentus potionem amarissimam sumpsit quando propterea egritudine ingauda felle : ꝛ aceto se potari permisit. Et tō rōnabiliter dicit consumatum est in nueno per hoc q̄ ois compleuerat . que pro nra salute fienda erant.per hoc verbum lectū docēs penitentiā inchoatā cōsummare ꝛ vitam nram sine debito terminare.ac ois opera nra ad virtutum perfectionem:ꝛ debitum perducere consummationem.Ut Lingu. Dixit etiam dñs consumatum est . Consumata ꝛ.n.erant vaticinia prophetarū.figure hostiarum acerbitas:ꝛ diuersimodo penarū emendatio culparū. Felix qui potuit dicere cū iesu consumatū est.cū iesu nat est alpha ꝛ o ꝛ ieronem consumatio. Non est premium in inchoatione : sed in consummatione non dat denarius incipientibus : sed finientibus : ꝛ corona nō currentibus: sed perseuerantibus.in choa igit pēitentiā:ꝛ consuma : vt ad crucem sicut xpo sicut latro curras ad penitentiā nō descendas de cruce:vt salutē consequaris per seuerantia. Nec Angu. Sciendū aute q̄.consummare idē est q̄ simul sumare. Uñ tunc aliquid consumat . quando ois figillatis actis : vel passis simul sumāt.i.in summa recolligunt sic fuit in proposito. Uā postquā xpo oēs penas passionis sue figillatim pertulerit : ꝛ nihil amplius circa mortē patiendū restaret. tunc demū ois perpessa remēmorando recolligit ea simul in vna summa : ꝛ obtulit ea deo patri dicens.cōsumatū est. Quasi diceret consumatū est opus obedientie q̄ assumpsi. Cōsumatū est opus totius passionis mee q̄ tibi deo patri meo offero pro salute generis humani. Uñ apostolus. Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi cā salutis eterne. Et aduerte q̄ hec consumatio nō fuit sine notabili penā. sicut qui pertransiuit multa pericula vel grauia supplicia nō sine magno horrore potest cogitare ea licet . ex alia parte gaudeat ea in preteritū per transisse : taliꝫ horrōē dolorosius nō dubit quando xpo habuerit in consummando ois perpessa. Nec mirū.quia talis consumatio virtualiter vel etiā integraliter continebat in se oēs partes passionis: quas simul in summa significabat cū dicebat consumatum est . Quod verbū māgne efficacie esse in pericula perhibet ab exgne efficacie esse in periculis perhibet ab exgne efficacie esse in periculis perhibet ab ex pertio. Et specialiter valere dicit in immoderato fluxu sanguinis naribus. si cum eodē

sanguine scribatur idem verbū in fronte pa
cientis. Et nō mirū si magne efficacie sit ver
bum istud. in quo tota summa passionis xpi
continet. Ex hoc articulo consumationis to
tius passionis habet documentū: q nos in fi
ne cuiuslibet bōi opis partes habentes debe
mus facere summā vel epilogū & sic in sum
ma illud offerre deo verbi gratia si quis pro
deo vadat romā perueniens ad terminū oēs
passus & oia vestigia sua offerat deo & bea
to petro dicens consumatū est: similiter. si
quis legeat psalteriū in fine oēs psalmos ver
sus & verba totius psalterij in summa offerat
deo. Et sic de similibus ita etiā facimus in of
ficio ecclesiastico q semper in fine cū collecta
concludit: que & idcirco collecta dicit quia ī
la oratione tota vis illius officij quasi in sum
ma est collectio. Eodē modo hoc verbū con
sumatū est fuit collecta totius passionis xpi
circa mortē: ad conformandū se huic articu
lo recolligat homo breuiter in summa oēs ar
ticulos passionibus prelibatos: & agat pro
eis gratias xpo & deo patri dicens consuma
tū est. vel alias prout deuotio ministrabit.
Jesu saluator noster: & consumator glorioſi
operis q accepisti a patre consumandū: qui
incepisti opus tuū cū multis laboribus: & con
sumasti cū maximis doloribus: & tandē con
sumationē totius passionis tue in summa bo
patri obtulisti dicens consumatū est: bñdictū
sit dñe ex hoc nomē sanctū tuū: quia ad hoc
consumasti: vt nos simus in bono consuma
ti: & inimici nri oēs consumpti rogo te da mi
hi mandata tua perficere & in tuis militibus
perficere. ac oia per me te operante bñ acta
& passa ad tuā laudē consumare: consumata
tibi & per te deo patri offerre. vt in hora mor
tis possiz dicere ecce dñe consumaui: & perfe
ci opus q dediſti mihi vt facerē & nuncvenio
ad te magistrū meū & dñm iesuz xpm: & tunc
merear videre facie ad faciē: & oīs consuma
tionis finem.

Oratio

Omine iesu xpe qui hora diei sexta
fuisti ante crucem vino mirrato seu
fellito potatus: ac denudatus & tuis
vestibus spoliatus, in manibus quoq & pe
dibus, clauis acutissimis perforatus. & du
rissime cruci affixus in cruce autem positus
a multis blasphematus: & derisus. & iterum
aceto seu vino acetoso potatus. da mihi qui
peccatis meis crucem meruit: vt in te aspici
ens totus totaliter carne & spiritu transfigar
omniq; iniuria: & contumelia ac confusione
contempta tecum cruci affigar vt nec aliquid
sequiar nisi te iesum. te inq; crucifixū. Amen.

De nona. Capitulum. lxiij.

Ora nona cogitabiliter te lugubri & deuota. si piam habes aiaz qua liter siccatur ipse fons vite & dulcedo cordiū nostrorum. iesus dominus tuus amantissimus. & omni gratiositate acceptissimus venis iam ex sanguinis effusiōe exhaustis & viribus deficientibus appropinquans morti. incipit oculos languescentes deprimere & facie pallescere. Et quemodo incipit inclinare caput versus matrem suaz quasi dōa ei aue vltimum. aue inquam doloris omnis desolationis. quod non poterat ore & verbo exprimere pre nimia passione & inestimabili dolore. & quasi cōmendans ei corpus suū tam crudeliter fossum ac laceratum & dissipatum vndiq;. Et etiam verius patrem suum quasi ostendens ex modo moriendi. q moriebatur ex obedientia patris. & non inuoluntarie. & quasi gratias agens eidem q ipsum reuocabat ad se. docens nos similiter gratias in aduersis agere & significans se per varias tribulationes ad premia sequendum. & quasi tradens enim spiritum suum. Etiam quasi ō clinare a crucis titulo se ostendes & vanā gloriam vitare nos docens. Ac si diceret. Nolo ꝙ regnare. nolo scribat aut nominet me regem pylatus. Et etiam que si me patri reconciliato nuntians mihi pacem me salutet & osculum mihi prebet. & aures meis precibus que prius non profecerunt ad exaudiendum inclinat. Quo facto conclusit vltimum verbum. s. septimum cum clamore valido & lachrymis dicens ((pater in manus tuas)). i. in potestate tua ((commendo spiritum meum)). Per qō voluit nobis declarare. q sanctorum anime ex tunc in manus dei ascendunt nam priꝰ ab inferis omnium anime tenebantur. donec venit qui captiuis redemptionē predicauit. Unde Cyrillus. Nec autez vox edocet. q anime sanctorum non deincepe in inferno claudun tur vt prius. sed apud deum sunt. huiꝰ rei factō christo principio. Unde & Anastasiꝰ. Cōmendat enim patri per se vniuersos mortales in se, viuificatos. nam sumus membra eius. ſz illud apostoli. omnes vnum estis in christo. Prius ergo dominus clamauerat Hely hely & modo clamat pater in manus tuas. Unde quidam dicunt vt hieronymus. quod ab illo psalmo deus deus meus respice in me. vsq; ad istum versum. in manus tuas vbi sunt psalmi decem & versus centum quinquaginta. christus dixerit ipsos omnes primum videlicet & vltimum versum cum clamore sed iter medios sub silentio. De isto cum clamore christi ſz & de superiori videtur loqui apostolus

cum dicit. Qui in diebus carnis sue preces cū clamore valido & lachrymis offerens exaudit
dus est pro sua reuerentia. Et ex hoc videt
q christus tam in istis verbis hely hely. quā
in istis pater in manus tuas lachrymatꝰ fuerit
Alij vero dicunt q christus totum psalmum
Deus deus meus respice in me. & deinde psal
mum in te domine vsq; aduersum in manus
tuas conclusisse decantauit. Cōmendauit do
minus iesus patri spiritum nō q egeret. sed
vt nos instrueret. In hoc enim septimo ver
bo. q maxime deuotionis fuit exemplum mul
tiplicis informationis nobis reliquit. prout
infra in documentis articuli patebit. Hoc ſt
verbo vltimo dicto((inclinatio capite tradidit
seu emisit spiritū)) non coactus & inuite. sed
quādo voluit & voluntarie sine coactione ex
pirauit. i. spiritū extra corpus sponte & propria
potestate misit. nō alius extorsit. Unde Aug.
Quis ita dormit quando voluerit sicut iesus
mortuus est qui voluit. quis ita vestem ponit
quando voluerit. sicut se carne exuit qui vo
luit. Quis ita voluerit obit. quomodo cū vo
luit obijt. Quota sperauda vel timenda e po
testas iudicantis. si tanta apparuit morientis
Hec Aug. Dic ergo apparet. q christus tra
didit spiritum clamando orando. & lachry
mando. In primis duobus. s. in tradendo spi
ritum & clamendo diuinitas apparuit. & dei
tatis sue potentiam christus declarauit. Tra
dere enim vel emittere spiritum propria vir
tute. diuine potestatis iudicium est. & nemini
nisi deo conuenit. Et per hoc q moriens cla
mauit apertissime se deum verum ostendit.
nā homines alij morientes non clamare. sed
vix spirare vel tenuiter loqui possūt. In alijs
autem duobus. s. in oratione & lachrymatio
ne humanitas apparuit. & miserationis affe
ctus xpus manifestauit. quando igitur Da
theus dicit. Jesus autem iterum clamans vo
ce magna emisit spiritum. & Matthe⁹. iesus
autem emissa voce magna expirauit. qd hac
voce magna dixerit. Lucas aperte ꝰsignat, di
cens. & clamans voce magna iesus ait. pater
in manus tuas cōmendo spiritū meū. & hec in
quit dicēs expirauit. Johānes vero tacēs de
tum, dixit consumatū est. & inclinato capite tra
didit spiritū: emissa tū prius prius, voce predi
cta. Fuit aūt vt dicitur ita magnus & validus
clamor iste. q vsq; in infernū auditus fuit. &
celū terrāq; tremere fecit. Vox ergo illa non
fuit naturalis ſz miraculosa q homo magno
& longo cruciatu afflictus. & ex tali afflictiōe
morti sic proximus: non posset sic clamare ꝓ
tute nature: & cō sequit. q vox illa cēt forma

ta vel virtute. Dic nota q eadē hora qua pri
mus Adaz peccauit Secundꝰ expirauit. Pri
mus cuius post meridiem peccauit. q mortē
peccauit vocem domini ambulātis ad auraz
post meridiē audiuit: & tūc circa horā nonam
secundus Adā expirauit. Unde qua hora pri
mus Adam peccādo morē huic mūdo indu
xit eadē hora. Secundꝰ Adā morē morē de
struxit & qua hora illi paradisus est cōclu
sus. eadē hora ille paradisū aperuit. quia fm
Bedā. Ordo poscebat. vt eodē ipis articulo
quo Ade peccāti obclusserat ianuā paradisi.
pāderet cālatroni penitēti. Et fm Glosam.
Cū sol a feruore tepefactus est passionem cō
simat. ostendens se mori ꝓpter peccata gēs
a diuina luce & dilectiōe in hanc noctē ceciditue. Itē hac hora mortuꝰ est: q p eū nouem
ordines angelorū reperātur. Notādū ēt. q si
cut dicit in Glosa Theobte. Dño i cruce pas
so diabolus quo pcuratē crucifixus erat aduenit querens si qd peccati in ipo inueniret. Et
dicit magister in hystoriis q habat supra bra
chiū crucis. donec xpus expirauit & tunc videns
se cōfussum recessit & veniens ad tartara inuenit ibi aiam xpi portas & seras cōfringentem & iustorū aias inde educētez. Et tūc mox
remotū est diuine visionis impedimētū & figu
rauit gladius flāmeus & versatilis positꝰ an
te paradisum. Sciendum aūt q inter oēs pe
nas passionis xpi. ista pena mortis fuit acerbissima. q: inter oia terribilia terribilissimuz
est mors. & hoc est fm Damas. Propter na
turalē inclinationē anime corpus. Et fuit ispe
cialis ratio in christo de tali aīa & de tali
corpore cui vtriq; diuinitas vnita fuit in vni
tate suppositi. Unde oportuit q illa separatio esset maximo penalis. Ex isto articulo ex
pirationis seu mortis christi habentur plura
documenta. Primum est q nos debemus cō
mori christo moriendo. videlicet mūdo & pec
catis. si cuz xpo in eterna vita viuere volueri
mus. Unde apostolus. Si comortui sumꝰ cuz
christo & conuiuemus. Et de talibꝰ idez apostolus ait. Mortui enim estis. s., mundanis &
caducis & vita vestra abscondita est cum chri
sto in deo. Secundum est q christus in angustia mortis alta voce clamans ad patrez. & cō
mendans ei spiritum suum reliquit nobis exemplum intime deuotionis: docens nos i hoc
ipse bonus magister. quid nos in articulo tē
ptationis. & specialiter in agone mortis positi facere debeamus. semper enim debemꝰ auxilium nostrum in deum ponere & cuz suos
care. ac spiritus nostros ei commēdare. quorum corpora quotidie tendunt ad mortem &
penitus ignoramus diem & horam. Et ipe

cialiter in hora ℞ articulo mortis debemus
hec facere q̄ maxime tunc est necesse. ℞ pro
pter hostis importunitatem maiorem. ℞ pro
pter nostre virtutis debilitationem. reliquit
etiam nobis exemplus perfecte fiducie pater
ne defensionis. per hec enim q̄ i manus pa
tris celestis homo spiritum suum cōmēdat
securus esse debet q̄ diuina virtute ab incur
su malignorum spirituum defensatur. Terti
um documentum specialiter pro religiosis q̄
moriuntur mundo in religionis ingressu est
q̄ ipsi dūt spiritum. i. voluntatem ℞ sensum
suū tradere in manus spiritualis patris. s. pre
lati. sic q̄ amplius non remansit vsq̄ ad diē
resurrectionis exēplo xp̄i q̄ spiritum suum
quem moriens in manus patris cōmenda-
uerat. viuit⁹ nō nisi in resurrectiōe sua re-
sumpsit. Cōmendans enim spiritum dei pa
tri exemplum pfecte obedientie ℞ subiectiōis
reliquit qua quilibet subditus suo plato spi-
ritum suum gubernandū ℞ dirigendū cōmit
tit. Unde q̄libet subditus voto obedientie su
perioi astrictus humiliter ḥs dicere suo pre
lato. pater in manus tuas cōmendo spiritus
meū. illi ergo religiosi qui nunq̄ deposuerūt
spiritum suū vel ante resurrectionē resumūt
puta qui sin voluntatē suā facere ℞ sensum
suum sequi volunt. mendaces sunt. ℞ resur-
rectionem p̄uenirunt. ℞ ideo antichristi sūt.
Quartū documentū ē. q̄ valde vtile ℞ salu-
bre est legere illos decez psalmos. quos xp̄s
cruce in cruce q̄s nulli dubium quin deuo-
tionis effectum legenti eos conferant saluta
rē. Et dicitur q̄ specialiter valeant ad expia
tionem negligentiarum in horis canonicis ne
gligenter dictis. Quintum documentū ē. q̄
quamūcunq̄ aliqui sint iusti ℞ sancti. nūquā
tamen se putent securos de diabolo. cum ip
se nec xp̄m in cruce dimiserit quin eorum ob
seruaret. Quid ergo p̄sumere poterit ho-
mo miser ℞ fragilis. Certe de nullo nisi solū
de morte xp̄i. Unde Augu. Tota spes mea ē
in morte domini mei. Horseius est meri-
tum meum ℞ refugiū meum. salus. vita ℞ re
surrectio mea. Non possum terreri multitudi
ne peccatorum meorum. si mors domini in
mentem venerit q̄s peccata mea illam vince
re non possunt. Sextum documentū est. q̄
nos multū tenemur amare xp̄m. qui pro no
bis animam suam posuit. ℞ caput suū ad nos in
morte inclinauit. Unde Aug. Saluator no-
ster caput suum inclinauit in morte. vt oscu-
la daret dilectis suis. Et nos toriens dominū
osculamur. quotiens in eius amore compun
gimur. Septimū documentum est. q̄ quili
bet xp̄ianus moriens debet illa quinq̄ supra-

dicta seruare quantum poterit. que christus
moriens seruauit. Ipse enim orauit. clamā
uit plorauit. animam patri commendauit ℞
spiritum tradidit. sic ℞ nos in extremis posi-
ti debemus orare clamare saltem corde plora
re pro peccatis per veram penitentiam alas
deo cōmendare ℞ spiritum tradere voluntā-
rie. s. moriendo ℞ voluntatem nostram diui
ne voluntati tradendo. Ad conformandum
se huic articulo recogitet homo quāto amo
re saluator noster mortē pertulit. vt nos viui
ficaret. ℞ q̄ cōditionē mortis subiit qui vitas
vniuersis creaturis tribuit ℞ mortuus est qui
mortuos suscitauit. ℞ reuoluat in mente sua
documenta premissa. Jesu qui in cruce mori
ens animam tuam patri cōmendasti. da mihi i
hac vita tibi spiritualiter sic conmori quate
nus tu in hora mortis mee dignetis animā me
am miseram habere cōmendatā. Ego aūt do
mine in illas manus tuas extensas ℞ perfo-
ratas ℞ sacro sanguine respersas. cōmēdo spi
ritum ℞ corpus meū. ℞ supplico caritati tue
vt in nouissima hora passim cum memoria i
tegra fide pura. ℞ spe firma. animam meam in
manus tuas misericordissimas cōmendare
quas pro me saluando expandisti in cruce. ℞
audire merear verbū illud dulcissimū hodie
mecum eris in paradiso. Et tunc hac voce
((velut templi)) q̄ erat sortis ante faciem ℞ in
troitum templi. prohibens aspectum sancto
rum q̄ erant intra templum((scissum est in
duo. a sūmo vsq̄ deorsum)) non illud q̄ erat
intra tēplū inter sancta ℞ sanctor. Unū Orig.
Duo aūt vela fuisse intelliguntur. Unus q̄ ve
lat sancta sanctor. alter exterius siue taber-
naculi siue tēpli in passione ergo dñi salua-
toris velum q̄ erat a sorte concussum est a
sursum vsq̄ deorsum vt ab initio mundi vs-
q̄ ad finem cōcisso velamine misteria publi
centur. que vsq̄ ad christi aduentū rōnabili-
ter fuerāt occulta. Cū aūt venerit q̄ plectum
est tunc auferet et fm velū. vt videamus etiā
que intus sunt occulta. s. verā archā testamen
tis ℞ sicut ipsa se hs natura videamus cheru
bin ℞ alia. Nec Orige. Per hoc ergo signū
figurabatur reuelata esse misteria ℞ secreta
sacramentor legis que ante velata erant. vt
vniuersis proderent ℞ ad gētes transirent ℞
impletam esse veritatē que in figuris latebat
℞ celū apertū q̄ ante clausus erat. vnde ℞ nos
in passionē dñi ℞ crucis ℞ reliquias ℞. sacra
detegimus in ecclesia ℞ patefacimus. Et in
euāgelio nazareor legitur. iuper liminare
templi infinite magnitudinis fractum esse.
auditas que voces in aere ℞ virtutes angeli-
cas p̄fides quōdā tēpli tunc pariter clamas

se trāseamus ex his sedib⁹. Ut aūt dicit Crisc.
hoc velū scissus erat pciosissimū de purpura
℞ bisso ℞ coco ℞ auro serico ℞ iacinto contex
tū q̄ in diebus celeberrimis suspendebat
Hac quoq̄ voce((terra mota est)) quasi non
valens ferre dñm suum pendentē. ℞ non po
tens sustinere xp̄i mortē. capax. n. huius mor
tui esse non poterat. ℞ signus q̄ iudei de ea
obyciendi ℞ destruendi erant((℞ petre scisse
sunt)) in signum conuersionis gentilium ℞ i
signū quod corda quāūcunq̄ dura deberēt
cōpati xp̄o morienti. Dicitur aūt q̄ adhuc ap
parent ibi scissure ℞ deponunt ibi peregrini
cruces suas. ((Et monumenta aperta sunt
)) ad denotandū q̄ mortis claustra erant rese
rata. ℞ q̄ resurrectō xp̄i et aliorū cū ipo resurgē
tiū erat ꝓpinqua. ℞ in signū resurrectionis q̄
expectatur futura. ((Et multi sanctor surre
xerunt a mortuis)) non tunc q̄s monumenta
aperta sunt. s. hora mortis xp̄i sed q̄s resurre
xit. quia cum eo surrexerunt tanq̄s testes sue
resurrectionis. ℞ ideo non ante. sed cum eo
debebant resurgere. vt ipsum ostenderent re
surrexisse. Et hoc est q̄ subdit((℞ exeuntes ꝺ
monumentis post resurrectionem eius)). i.
christi((venerunt in sanctam ciuitatem)) scili
cet hierusalem((℞ apparuerunt multis)) ad
declarationem dominice resurrectionis. Un
de dicit Piero. q̄ cum monumenta aperta
sunt non ante resurrexerunt q̄s resurgeret.
dominus vt esset primo genitus resurrectio
nis ex mortuis. In apocalipsi xp̄s dicit̄ pri
mo genitus mortuorum. sed in epistola ad.
Corin. primitie dormientium: Nec aūt ma
gnitudo signor significat vt crucifixum dñs
suū celū ℞ terra ℞ oia que in eis sunt demon
strarent. Uoce quippe christi mouentur ele
menta ℞ simul cū eo vult dissolui atq̄ finiri
ois creatura. Unde Leo papa. Pendente si
q̄dē a patibulo creatore vniuersa creatura cō
gemuit. Bebebat hoc testimoniū suo mun
dus auctori. vt in eius occasū, vellēt vniuersa
finiri. Nec Leo. Ecce quanta nunc apparet
eius maiestas. cuius ante apparuit tanta infir
mitas. Unde Anshel. Et iā quidem infirma
eius anima mea vidisti ℞ miserta eo. nūc ℞ ma
iestatem. eius attende ℞ miraberis. Qualis
ē hic. q̄ celū ℞ terra cōpatiuntur ei. cuius ℞
mors mortuos viuificat. vñ ℞ Aug. Quanq̄s
autem tu iudicaris vt maleficus crucifigaris
vt flagitiosus ℞ ipius. q̄uis videaris a deo
dereliqtus. non desunt miracula. nō deest vir
tutum habundantia. Unde etiam Crisо. In
tende. quanta signa fecit hoc quidem e celo.
hoc autem in terra. hoc si in ipo tēplo simul
quidem angustias sua demonstrans. Etenis

re vel magne erant que fiebant: ℞ non sim-
pliciter signa: sed ℞ furoris signa vniuersa
erant tenebre. scisse petre. velum medium scis
sus terre concussio: ℞ multe angustie superha
bundantia erat. Nec Crisо. O quantum pia
mater eius tunc dolebat quando hec fieri vi
debat. Uñ Aug. Cogitare libet quantus do
lor tunc fuerit matri. cum sic dolebant que in
sensibilia erant. Non lingua loqui nec mens
cogitare valebit. quando dolore tenebatur
tunc aīa Marie. hec Augu. Adistice hec si-
gna predicta habent fieri in resuscitatione: ℞
conuersione peccatoris. Dei quippe templus
est fidelis aīa. cuius velum scinditur: quan
do velamen ypocrisis: ℞ cuiuslibet peccati
dissipatur. sicut n. velum impediebat ne vi-
deri possent sancta templi sic peccatum ipe
dit ne videantur sancta paradisi quando tñ
quantum ad sufficientiam fuit amotum per
mortem xp̄i. velum. n. templi scissus fuit. in si
gnum q̄ per mortem xp̄i ablatum est impe-
dimentum: q̄ nos secreta gaudij paradisi
prohibuit contemplari: sicut velum operie-
bat secreta templi. Tertia mouetur in pecca
re cogitatione: ℞ per timorem compunctio
nis interne: ℞ quando per compassionem
mortis xp̄i. terrenum desiderium in amo-
rem commutatur celestium. Terra. n. tremu
le pre horrore ignominiose mortis xp̄o infli
cte. ad designandum q̄ corda terrena xp̄o
compatienti debent compati: ℞ eius strictum
iudicium formidare. Quod autem tremuit
in resurrectione hoc designat quoddam spe
ciale tripudium quo omnis creatura debet
congaudere christo resurgenti: sicut etiam
compassa fuit christo morienti. Unde pri-
mus tremor designat metum: ℞ terrorem se
cundus autem gaudium ℞ exultationes. Pe
tre scinduntur in contritione: ℞ per dolorem
contritionis in corde: ℞ quando. duritia cor
dis per pietatem emollitur compassionis.
Petre enim scisse sunt ad designandum q̄
corda lapidea ℞ dura per dolorem contritio
nis ℞ intime compassionis scindi dñt. Mo-
numenta aperiuntur in confessione ℞ per pu
dorem confessionis in ore: ℞ quando fetor
qui intus latet foras per os prodit. Mortui
resurgunt in spirituali vinificatione: ℞ per la
borem satisfactionis in opere: ℞ quando ad
boni operis exercitium excitatur somnus pi
gricie. ℞ apparent in sancta ciuitate in ani-
me illuminatione. In hora mortis tue do
mine velum templi scissum est rogo te auser
vellamen ignorantie de corde meo: vt videas
voluntatem tuam ℞ opere perficiam. Terra
contremuit da mihi obsecro: qui sum terra

ɛ cinis eorum te tetigerit. cū casto timore ɛ reue
rentia filiali. ɛ mei salutē cū timore ɛ tremo
re operi. Petre iuste tuus da mihi vt lapide
um cor tuo fundatur timore ɛ inhians ardē
ter a te roxem superne benedictionis accipi
et ɛ tibi germinet fructum vite monumenta
aperta sunt ɛ multa resurrexerunt corpora
sanctorum. Da queso dñe aie mee a se pultu
ra relingere peccatorum. ((Visis aūt hijs que
fiebant)). f. tot ɛ tā mirificis signis passionē
christi iter que ēt fuit ɋ voce magna clamās
sic cito ɛ ipsorte expirauit ((centurio)) qui cru
cifixoribus p̄erat ((ɛ milites qui cū ipso cōsti
tuti erant)) ad custodiendū iesū in cruce quo
usq; expirasset ((timuerūt valde)) ɛ diuie virtu
tes tot ɛ tanta miracula ascribēdo. ((glorifi
cauerunt deum)) fidei confessione. ac potestā
tem ɛ veritatez diuinitatis in christo confes
si sunt ((dicētes. Vere hic homo iust⁹ erat))
((vere filius dei erat iste)) alī tēr enim tanta
gloria in eius morte nō appareret Mathe
us dicit ((vere filius dei erat iste.)) Marc⁹ ((ve
re hic homo filius dei erat.)) Lucas ((vere
hic homo iustus erat.)) Ibi relūcbat veritas
deitatis quia vere filius dei. ibi veritas hu
manitatis quia vere hic homo ibi veritas i
nocentie sue ɛ sanctitatis'. quia vere iustus
erat. Et tria necessaria erant ad redemptio
nem. Homo qui deberet deus qui valeret in
finus cui congrueret. ɛ ex istis aggrauatur scē
lus iudeorum quia occiditur deus a seruis
hō a bestijs caninis iustus ab iniustis. Mul
tum quidem istos ad fidem diuinitatis xp̄i
disposuit. ɋ cum clamore magno sic potēter
ɛ dominatiue spiritum dimisit. Videbant
enim ɋ clamor ille supernaturalis ɛ miracu
losus fuit. quia. propter defectum sanguinis
ɛ effusum spiritum. talis clamor fieri nō po
tuit ab homine sic propinquo morti. ɛ tō cō
cluserunt. ɋ esset factus virtute diuina super
naturali. ɛ per consequens ɋ ipse ēt filius
dei. Quod ēt ex hoc perpenderunt. quia quā
do voluit tunc spiritum dimisit. vt enim dicit
Dicro. nullus habet potestatem dimittendi
spiritum nisi ille qui a tarum conditor est. ɛ
(fm aug.) cum post illam vocem continuo
tradidit spiritum. hoc maxime qui aderant
sunt mirati longa enim morte cruciabantur
in ligno suspensi. De isto centurione sic dicit
Ber. erat ille centurio in circumcisus. sed non
aure qui ad vnam expirantis vocem sub tot
infirmitatuz iudicij ɔ domūs maiestis agno
uit. Idemq; non desipuit ɋ vidit quia cre
didit ɋ nondum vidit. non autem credidit
ex eo ɋ vidit sed ex eo ɋ audiuit. quia fides
est ex auditu. auditus autem per verbū chri

sti. Et fm Crisō. centurio vt quidam dicunt
non solum confessor fuit sed etiam corobo
ratus in fide martyrium suscepit. Per hoc
ɋ centurio gentilis confessio fuit xp̄m tam
clare significata fuit gloriosa confessio genti
lium in eorum conuersione. ɛ duritia iudeo
rum in infidelitate. Unde Dicro. Nouissimi
autem nunc primi efficiuntur. quia gentilis
populus cōfitetur. ɛ plebs iudaica cecata ne
gat. vt fiat eis error nouissimus peior priore.
Unde ɛ Beda. Quanta ergo cecitas iudeoꝝ
qui tot per dominum virtutibus factis tan
tis in morte eius apparentibus signis crede
re respuerunt ɛ insensibiliores gentibus de
um glorificare vel timere contempserūt. Un
de merito per centurionem fides ecclesie de
signatur. que velo misteriorum celestiuz per
mortem domini reserato. continuo iesuz ɛ ve
re iustum hoīem ɛ vere dei filium synagoga
tacente confirmat. Unde ēt Ambro. O du
riora saxis pectora iudeorum. Judex arguit
credit minister proditor scelus suum morte
condemnat. elementa fugiunt. terra concuti
tur monumenta reserantur. iudeorum tamē
imobilis duritia manet orbe concusso. hec
Ambro. considera ergo tu homo redempte.
quis ɛ quantus ɛ qualis est qui pro te pēdet
in cruce. cuius transitum ɛ celuz luget ɛ ter
ra ɛ lapides duri quasi compassione scindā
tur cuius mors mortuos viuificat. ɛ quē om
nis creatura dominum suum confitetur. O
cor humanum oium lapidum duritia duri
us. si ad tanti remomerationem piaculi nec
terrore concuteris. nec compassione afficeris
nec compunctione scinderis nec pietate mo
liris. Unde Dicro. Omnis creatura christo
morienti cōpatitur. sol obscuratur. terra mo
uetur petre scinduntur. velum templi diuidi
tur. sepulchra aperiuntur sed solus miser ho
mo non compatitur pro quo solo christus
patitur. Unde Ber. ascendit xp̄s in altum vt
ab omnibus auderetur alta voce clamauit vt
ab omnibus audiretur clamori fletum admi
scuit. vt homo compateretur. Qui ad hanc
vocem non concutitur terra grauior ē petra
duriorq; sepulchro fetidior. Nec Ber. ((Erant
autem ibi)) ad associandum ad considerā
dum. ad compatiendum cum matre domini
Johannes ad magdalena ɛ due sorores do
mine. scilicet maria cleophe ɛ maria salome
ɛ preter istas que principales erant etiā plu
res. ((alie mulieres a longe stantes ɛ viden
tes que fiebant. que secute eum a galilea fue
rant)) ex deuotione quam ad audiendū ver
bum eius habebant ((ministrantes eis)) ne
cessaria vite de substantia sua vt metterent co

rum corporalia cuius ille mētebant spiritua
lia. Consuetudinis enim iudaice fuit. vt mu
lieres de substantia sua victum ɛ vestitū p̄e
dicatoribus ɛ preceptoribus suis ministra
rent. ɛ in alijs vt in preparatione cibi ɛ i lo
tione vestium seruirēt ɋ ɛ dominus accepit
vt exemplum daret apostolis. eorum consu
lens infirmitati. ɛ vt euangelio magis vaca
rent. nec tunc hoc scandalum erat. Paulus
autem super erogauit. qui cum haberet po
testatem circunducendi mulieres. sicut alij
non tamen vsus est ea. propter pseudo apo
stolos. vt eos a predicatione reprimeret. ɛ p
pter suspitionem remouendam maxime iter
gentes vbi talis consuetudo non erat. ɛ ideo
scandalum facere poterat. Ministrabant au
tem domino carnalia pro spiritualibus. non
ɋ indigeret dominus creaturis: sed vt osten
deret typum magistrorum. ɋ victu atq; ve
stitu ex discipulis deberent esse contenti. Ubi
Crisō. Nec autem mulieres considerabant
que gerebantur. que maxime erant compas
sibiles. ɛ que sequebantur ministrantes vsq;
ad pericula afferunt. maximam fortitudinez
ostendentes. quia dum discipuli fugerūt ipse
affuerunt. Nec Crisō. O qualiter tunc ani
ma matris intimi doloris gladio penetrata
erat cum sic penosum filium deficere. lāgue
re lachrymari. clamare ɛ mori. ɛ in mundo
derelinqui in tanto dolore ɛ anxietate vide
bat ɛ qualiter clamauit si tamen loqui pote
rat ɛ dixit. O filij mi dulcissime. quid faciam
ɛ ego mestissima. Cui me miserā cōmēdatas
dimittis. Fili mi memento mei ɛ ois familie
tue quā ita desolatam relinquis. Memento
etiam hominum qui tibi seruierunt fili mi.
ego in manus tuas ɛ patris tui cōmēdo me
ipsam ɛ totam ecclesiam nostram. O pater
sancte deus omnipotens. in manus tuas cō
mendo filium meum. imo dominum meum
ɛ filium tuum. Jam enim deficio ɛ ante fili
um meū in eius cōspectu mori desidero. Ta
lia dicens estimo ɋ propter angustiarū mul
titudinem vel absorta erat ɛ quasi insensibi
lis vel semimortua facta. ɛ ɋ se sustinere non
valens: corruit in faciem suam super terram.
Nullus enim cogitare aut dicere posset quā
ta mestitia patientem ɛ morientem suspira
verit ɛ doluerit. Unde ipsa sustinebat intus
quod filius tulit foris. Quid tunc Johānes
specialiter ab eo dilectus. quid Magdalena
fidelis ɛ dilecta discipula quidue sorores do
mine faciebāt. Sed quid facere poterāt. Re
plete erant amaritudine complete doloribꝰ
inebriate absinthio. ɛ intollerabiliter flebāt.
O carissime cogita ɛ considera quāto dolore

ɛ elulatu oēs amici eius plorabant: quia etiā
hi qui sibi nihil attinebant. ɛ cum eo nihil
habere videbantur multum dolebant. sicut
centurio: ɛ alii milites qui iesum crucifixe
rant: ɛ eū quouscq; expirasset custodiebant
que ois turba eorum qui ad videndum spe
ctaculum conuenerant: ɛ simul aderant: ɛ vi
debant que fiebant: qui pectora sua in signuz
penitentie: ɛ luctus perficientes: cum silentio
reuertabuntur dolentes de xp̄i persecutione
secundum Bedam. ɋ percutiebant pectora:
quia penitentie est: ɛ luctus inditum. potest
duliciter intelligi siue. n. eum cuius vitam
dilexerant iniuste occisum dolebant siue cu
ius mortem se impetrasse meminerant hunc
in mortem amplius glorificatum tremebant
primum pertinet ad bonos: secundum ad
malos. Condolens ergo plora: ɛ tu cum mu
lieribus: ɛ alijs si piam aiam habes: ɛ visce
ra pietatis. Usi Anshelmus. stupet celum: ɛ
terra miratur. Quid tu non mirrum si sole
contristato: ɛ contristari si terra contremi
scente tu contremiscis. si scisso sacro cor tuuz
scinditur. si flentibus iuxta crucem mulieri
bus tu cum lachrimis. Nec Anshelmus. Ec
ce igitur pendet dñs in cruce mortuus. recef
dit multitudo tota remanet mestissima ma
ter cum Johanne: ɛ magdalena cum duā
bus suis sororibus. sed quid tunc mater facie
bat. leuabat manus pre cordis desiderio tan
gere capiens dilectum suum vt vel sic dolo
ri: ɛ amori melius consulere potuisset. Cuncq;
aliud solatium non haberet. sanguinem su
mantem ɛ ex vulneribus fili ad terram vsq;
stillantem nimia cum auiditate deosculaba
tur in tantum vt facies eius de cruore filii oc
cisi sanguinolenta redderetur. Uñ Anguſt.
inter cetera sic ait. Juxta crucem stabat Ma
ria. considerans vultu benigno xp̄m penden
tem in crucis stipite sceuo pedibusq; nitens
in altum manus leuabat amplectens crucem
ruens in oscula eius. Ex qua parte sanguinis
vnda crucem rigābat. illi se vertebat vt ea
complecti valeret ex quo sursum manus ex
tendere non valebat. volebat amplecti xp̄m
in altum pendentem: sed manus inde frustra
reuerse in se redibant. Complere se leuans a
terra sursum erigebat ad xp̄m ɛ: q; tangere
illum nequibat male collidebatur ad terraz
Mortis pallor eius perinderat vultum: tñ
genis ɛ ore xp̄i cruore rubea erat. Cadentes
guttas sanguinis ore sacro lingebat terram:
deosculans q̄ cruoris vnda rigabat. O q̄ ma
le tunc illi erat. Nec Augu. Tandeq; ponunt
se omnes ad sedendum iuxta crucem contem
plentur dilectum suum expectant a deo au

turitionis. nos sancte regenerationis. nox de
qua dicit. et nox sicut dies illuminabitur. et ab
ipsa est dies quā fecit dominus. dies domini
cus et recte dies dicitur lucis in quo fugerūt
tenebre cecitatis. exclamauerunt qui erant in
regione vmbre mortis. q; lux orta est illis le
tetur terra quia nouam lucem vidit letentur
et angeli q; peccatoribus dominus claritatez
dedit. Contremuerunt inferi sustinendo splē
dorem insolitum. et incuruatum est omne ge
nu xp̄o domino celestium terrestrium et in
fernorum. Omnia ergo nobilium hodie tri
umphant. et angeli et archangeli. ceteriq; bea
torum spirituū ordines nobilium festa cōce

lebrant. nos quoq; imitamur cantilenam cē
tātes cantica celestia.que adhuc humana cā
tare nō potest lingua. Exultemus ergo i dño
sed in timore non remissa securitate. Nā ⁊.b.
Joh. precursor exultauit in vtero matris. sed
vinū nō bibit precepto angeli gabrielis. nos
si qui infirmi sumus febre bibamus modū
non excedamus vt leticia nostra cū exultatio
ne nullā sentiat corporis tempestatē: sed p so
brietatis serenitatem portū intremus salutā
rem. Accepimus ietimq; palmam restituta
tis non amittamus victoriā. quā nobis tribu
at dñs xp̄s adiuuando. q; vicit in nobis pacī
endo. q; vicit in nobis paciēdo. vt digne car
mine triūphemus cantantes. absorta ē mors
in victoria alleluia. ignitam quippe rumphe
am illam ⁊ paradisi tanuā quam nullus ci
fingere potuit. hac die xp̄s cum latrone rese
rauit dicens ad angelos. aperite michi por
tas iustitie ⁊ ingressus in eas confitebor do
mino. Ex eo nimirum tempore quō passus
dominus porta hec. ⁊ clausa ⁊ reserata est.
Clausa quidem incredulis ⁊ pectoribus rese
rata vero iustis ⁊ credentibus. Quō mater
domini Maria inter omnes mulieres principa
tus tenet: ita ⁊ inter ceteros dies hec om
nium mater est. Nec dico vna de septem. ⁊
extra septem. Nec est dico que appellat octa
ua. vnde ⁊ in quibusdam sanctor̄ titulis in
scribitur pro octaua. Nec est dico in qua
synagoga finitur ⁊ ecclesia nascitur. hec ē in
cuius numero octo anime seruate sunt in ar
cha noe. Et quid mihi necesse est infinita re
plicare: dico mihi deficiet: si voluero omne
dici istius exponere sacramentum. hoc tan
tum dico: q; vniuersa sabbati gratia. ⁊ anti
qua illa festiuitas populi iudeorum. dici isti⁹
solemnitate mādata est. illi in sabbato nō fa
ciebant opus seruile. nos i die dominico hoc
est in die resurrectionis opus seruile non fa
cimus. illi de domibus suis non egrediebant
⁊ nos de domo xp̄i non egrediamur. illi nō
accendebant ignem in die sabbati nos cōtra
rio accendamus in nobis ignem spiritus san
cti. De quo dñs ait. ignem veni mittere i ter
ra m ⁊ quid volo nisi vt ardeat. Desiderat
dominus istum ignem ardere in nobis spirī
tussanctum seruere vt nō refrigescat caritas
dei. Illic agnus aut hircus nobis xp̄s occidit
pro quibus vniuersi fratres consona voce
pariter cantemus hec dico quā fecit dominꝰ
exultemus ⁊ letemur in ea. hinc ergo ⁊ a no
bis alleluia decantetur. quod latine laudate
dñm interpretatur. laudemus dñm fratres
vita. lingua. corde. ⁊ ore. vocibus ⁊ moribus
Dic ergo tibi dici vult deus alleluia. vt non
fit in laudante discordia. O felix alleluia sce
le. vbi templum dei sunt angeli ibi enim cō
cordia summa laudantium vbi nulla lex in
membris repugnat legi mentis vbi non est
rixa cupiditatis in qua periclitetur victoria
caritatis. hic ergo alleluia cantemus. adhuc
soliciti. vt illic possimus aliqñ cantare secu
ri. qñ. ſ. hec mortale corpus imortale ⁊ incor
ruptibile factum fuerit quando tota tempta
tio perierit. O felix illic alleluia. o vita secura
o fine aduersario: o vbi nemo erit inimicus.
nemo perit amicus. Ibi laudeo deo. ⁊ hic lau
deo deo: sed hic a solicitis. ibi a securis. hic a
morituris. ibi a sperituris. hec in spe. ibi in
re hec in via ibi in patria. Modo ergo fra
tres mei cantemus non ad delectationē quie
tis. sed ad solatium laboris. Quō solent via
tores cantare: canta ⁊ ambula. ⁊ cantando
laborem consolare. Pigritiam noli amare
sed ambula ⁊ in bono proficere. Canta ⁊ am
bula. noli errare: noli redire. noli remanere.
Hec Augusti. Unde ⁊ Beda. Et quoniam il
la vita tota in dei laude geritur cessantibꝰ cū
cunctis langoribus. merito ideſt diebus i me
moria huius nostre quietissime ac felicissime
actionis crebrius ac festiuius alleluia cane
re solemus alleluia: nāq; hebreus sermo est ⁊
interpretatur latine laudate dñm. Denicq; in
ps. vbi nos canimus laudate dñm. pro hoc
verbo apud hebreos semper canitur allelu
ia. Quod euangelista Johan. in apocalipsi
sua celestium agmina virtutum cātica se au
disse perhibet. Sed ⁊ venerabilis pater To
bias intelligens qualis supernorum ciuium
gloria: quanta ipsius hierusalem celestis sit
claritas: hec mistica voce dicebat. Et lapide
pretioso ⁊ auro mundo ꝛc̄s platee eius ster
nentur: ⁊ per vicos eius alleluia cantabitur.
hec Beda. Resurge nunc alia mea cū christo
de sordido peccati sepulchro. respira iam in
spem resurrectionis. ⁊ vite perhemnis pro
amore dei mortamur in presenti vita. vt post
resurrectionem viuamus in futura. Quia si
pro amore christi nūc mortuum corpus por
tamus. tunc in letabundo gaudio cū ipso cō
regnabimus. Sic ergo curemus interesse se
stis hoim: vt mereamur etiam interesse festis
angelorum. Unde Brego. Ecce paschalia so
lemnia agimus. sed ita viuendum est nobis
vt peruenire ad eterna festa mereamur. tran
seunt cuncta temporaliter festiue celebrātur.
curate qui his solemnitatibus interestis ne
ab eterna solemnitate separemini. Quid pro
dest interesse festis hominum si deesse cōtin
gat festis angelorum. Umbra venture solem
nitatis est solemnitas presentis. Ideirco han

annue agimus: vt illam que non est annua
perducamur. Cuz hec statuto tempore geri
ad illius desiderium memoria nostra refri
catur. frequentatione ergo gaudii tempora
lis ad eterna gaudia meno incalescat ⁊ ter
neat. vt ex veritate leticia perfruatur in pa
tria. quod de vmbra gaudii meditatur i via.
hec Brego. Christus resurrectionem suā per
Sansonem fortissimum omnium figurauit
qui ciuitatem inimicorum suorum introuit
⁊ ibidem nocte dormiuit. Et cuz inimici por
tas ciuitatis custodirent. vt ipsum mane cōpre
henderent ⁊ occiderent ipse media nocte
surrexit ⁊ portam ciuitatis secum detulit. sic
xp̄s vrbem hostium suorum hoc est inferni
potenter irruit. ⁊ destructo media nocte sur
rexit. xp̄s etiam per ionam resurrectionē suā
prefigurauit quem in ventre ceti per triduuz
vinum conseruauit. ⁊ post triduum cetus ip
sum de ore in terram viuum emisit. fuit etiā
resurrectio christi prefigurata per lapidem
quem reprobauerunt. edificantes templum
domini. Qui cum ab eis propter ineptitudi
nem abiectus esset tandem consumato tem
plo. cum lapis angularis poni deberet. qui
in se duos parietes complecteret. non est in
uentus lapis ad hoc aptus. nisi ille q̄ ab edi
ficantibus erant reprobatus christus erat.
lapis reprobatus in sua passione. ⁊ factus
est ecclesie lapis angularis in sua resur
rectione. tunc adimpleta est illa prophe
tia Dauid lapidem quem reprob. edifi. ꝛc. ⁊
ideo ipsa cantatur in festo resurrectionis. la
pis iste duos parietes in tempa dominī coad
dunauit quia christus de populo gentili. ⁊
iudaico vnam ecclesiam edificauit. In hoc
ē edificio pro cemento vsus est suo sanguine:
⁊ pro lapidibus suo sacratissimo corpore.

Oratio.

Omine iesu christe dulcor vni
ce q̄ ruptis vinculis mortis glo
rificasti corpus tuū ⁊ in tā ineffa
bili gloria surrexisti p̄cor ⁊ obse
cro te p tuā resurrectionē, fac nōs tibi vt
a vitiis ⁊ a morte aie resurgens in virtutib⁹
semp floreā. ⁊ in novitate vite ambulē. vt q̄
sursum sunt queram ⁊ sapiam. non que sū
per terram. Per tue claritatis virtutem
purga animam meā a tenebris peccatorum
⁊ per eandem virtutē. die vniuersalis resur
rectionis caro mea resurgat ad gloriā: vt te
cum eternaliter in vtroq; gaudeam. Amen.

Deo quomodo dominus iesus apparuit
matri sue. Capitu.lxx.

Capitulum.lxx.

Adem autem hora ſ. scilicet
summo mane (ſ Maria
magdalene ⁊ Maria Jacobi)
mater que etiam appellatur maria Joseph
scilicet mater qui fuit frater Jacobi ⁊ vnus
de septuaginta duobus discipulis ⁊ ab apo
stolis cum Mathia statutus: ⁊ quandoq;
Maria Cleophe scilicet filia appellatur (⁊
Maria salome)) scilicet filia que etiam ma
ter filiorum zebedei vocatur ⁊ certe que cuz
eis erant licentiam prius petita a domina ce
perunt de deuotione ⁊ fide quam ad domi
num habebant cum vnguentis ad monu
mentum ad inungendum corpus domini
cum domina autem remansit domi vacans
interim lachrimis: ⁊ orationi: ⁊ pulchre he
mulieres vno censentur nomine: vt quibus
vna erat voluntas pari; desiderium vnum
vocabulum. Ubi sciendum quod tres sunt sta
tus hominum saluandorum quorum quili
bet querit christum ⁊ extra hos nemo salua
tur scilicet incipientium proficientium ⁊ per
fectorum siue penitentium actiuorum ⁊ con
templatiuorum. Et hi tres status signantur
per tres marias que quereba[n]t dominum.
quantum ad triplicem nominis. Maria in
terpretationem status penitentium signatur
in Maria magdalena que famosa peccatrix
fuerat ⁊ penituit. Et licet alibi per ipsam acci
piatur vita contemplatiua vt tamen Mar
cus hic de ea loquitur dicens Maria autem
erat de qua ciecerat septem demonia sic in
ter penitentes reputatur immo ipsa in euan
gelio primiceria penitentium fuisse dignosci
tur. Et secundum hoc bene conuenit ei no
men Maria prout interpretatur mare amā
rum secundum ethimologiam latinam vel
secundum derivationem hebraicam a voca
bulo mara quod latine est amara. Unde Ru
th. Non vocetis me noemi ideſt pulchram.
sed vocate me mara ideſt amaraz quia ama
ritudine valde repleuit me dominus Quod
verificabatur in Maria magdalene quan
do ad pedes dñi lachrymis lauit maculas
criminis sic ⁊ Petrus penitens flenit ama
re. Uñ cuilibet aie vere penitenti dicē
re. Uñ cuilibet aie vere penitenti dicē
re. Tres magna est velut mare contritio tua fi
lia syon. status vero proficientium ⁊ actiuo
rum signatur in Maria Jacobi qui fuit
nomen signatur in Maria Jacobi qui fuit
mater Jacobi minoris. Ad proficientes. n.
pertinet supplantare vitia ⁊ luctari in exerci
tio spirituali virtutū. Cui pulcre alia interpre
tatio marie prout interpretat dña ysaiace.
Qui. n. placere volentes sunt in primo gra
tie ad multi ⁊ difficultate ad do
ctrinā pfectionis ad multi ⁊ difficultate ad do
ctrinā pfectionis ad necesse ē proficientes dñari passionib⁹ p̄ q̄ nō
ad necesse ē proficientes dñari passionib⁹ p̄ q̄ nō

ne tēptationibus cedāt ex qua lucta quādo videlicet rō predominatur sensualitati.generantur virtutes.nā virtus in infirmitate pficitur.tanto ēt perfectior ⁊ cōtemplatiua omnis signatur in maria salome. que fuit mater filiorum zebedei.i. Jacobi maioris. ⁊ Johannis. hec postulauit filiis suis regnāri perfecti ⁊ cō tēptationē nō occupantur nisi circa regnum. dei.ime ipsi in se ḥnt regnū dei. ⁊ hec pregustant quodāmodo regnū celoꝝ.vnde ēt salome interpretatur pacifica. naꝫ in hac vita nulla pax est ḥōnīi in actu cotemplatiōis. Et huic consonat tertia interptatio nois marie prout interpretatur illuminata. Unde alie cōtemplatiue dicitur illud Ysaie. Surge illuminare hierusalem venit lumē tuum. Queli bet illaruꝫ mariaꝝ hꝫ sua aromata ⁊ vnguēta. Penitentiā aromata sunt dolor contritionis.pudor confessionis.⁊ labor satisfactiōis Ex his conficitur vnguentū quo libenter vngitur ois cōficitur de hoc vnguentō.ex myrra.aloe.⁊ thure. Per myrrā que valde amara est significatur amaritudo contritionis. Per aloen q̄ ēt amaꝫ est ⁊ valet cōtra retentionē mentrnoꝝ.i.peccatoꝝ significatur verecundia confessionis. Per thus cuius odor ēt fumo ascendit. signant opa satisfactionis que p̄cipue intentionē in deū dirigunt. Sed ex his tribus nō conficit bene vnguentū nisi apponatur oleū misericordie diuine. sine q̄ eis penitentia est inefficax. admisto aūt hoc oleo optimū vnguentū efficitur. ⁊ tale fuit vnguentuꝫ marie magdalene q̄ oēs partes penitentie p̄fectissime implenit ⁊ assistente sibi misericordia saluatoris vt ꝑ in euangelio ipsa.n.lachrymas copiosse effudit: ex amaritudine contritionis cōtinuantes nō erubuit ex pia impudentia confessionis pedes dñi lachrymis lauit capillis terſit osculabatur vnxit ⁊ se totā xp̄i obsequio devouit ⁊ impēdit ⁊ hoc ex intenso affectu satisfactiōis Proficientiū aromata sūt patientia. humilitas perseverantia seu longanimitas ex quibus cōficitur vnguentuꝫ actuoꝝ. Ex hoc vnguentu ꝫ intrant myrra ⁊ gutta ⁊ cassia que fluunt a veste vite xp̄i. myrra bona est oī vnguento. ⁊ ſō licet posita sit in vnguento penitentium convenienter tamen ponitur etiā in vnguento proficientium ⁊ ponetur etiam in vnguēto perfectorum. myrra enim arcet vermes. sic patientia arcet vermes q̄ mordere solent eos patientia ne contra iniuriantem dolere mordeat. Et hec patientia maxima opus est ꝑficere volentibus exercitio spirituali.q; ſm Greg. Virtutes inter pressura passionū ⁊ pūs maxime tēptationes crescunt. per guttam autē que ⁊ aromatica.dicitur ⁊ significat humilitas.q; gutta pellit oēs influuias ⁊ humores sic humilitas curat cordis duritias. Nec etiā opus est proficientibus. q; sm Greg. Origo. virtutis ē.⁊ ſō illa in nobis virtus veraciter pullulat.que in radice ꝓpria.i. in humilitate ꝑdurat.a qua si abiicitur arescit q; vivificante se in infinitis humorē ꝑdit per cassiam que ⁊ fistula dicitur.significat pacientia seu longanimitas qua fistula in ymensum sic bonus proficiēs ago diuinarum gratiaꝝ secūdatus crescit in imensuꝫ de virtute in virtutē.⁊ nūq̄ cessat donec videat deū deoꝝ in syon. Sed ⁊ hec aromata non bene cōficiunt si nō apponat oleū leticie.vt vꝫ hō leticiā spirituale habeat in bonis operibus suis.⁊ illā ponat in corde atq; conscientia sua.nō in laudibus hoīum. Et istius ē vnguēti marie Jacobi q̄ habuit q̄tuor filios s. Jacobū q̄ interpretatur supplantās.s. passionem p̄ patientiā symonē q̄ interpretat obediens p̄ humilitatē Joseph q̄ interpretatur augmentū vel appositio p̄ longanimitatē ⁊ iudam qui interpretatur glorificās.s. deū p̄ spiritualem letitiā.perfectoꝝ vel contēplatiuoꝝ rum aromata sunt carnis oīmoda mortificatio ⁊ caritatis p̄fectio ex q̄ bus fit vnguentū suauissimi odoris q̄ intrāt nares dñi vnguentū myrre ⁊ balsami. per mirrā.n. accipitur totalis mortificatio carnis que conuenit p̄fectis. Nā penitentibus conueniebat mirra mortificans peccata per amaritudinē contritionis p̄ficientibus conueniebat mirra mortificans passiones.vermes.s. remordētes cōtra tollerantiā passionū: sed p̄fectis conuenit mirra mortificans carnē a petulantia rebellionis.ne vꝫ caro in aliquo rebellet spiritui. De hoc est mirra electa prima ⁊ probatissima de qua dicitur i cāticis. Manus mee distillauerūt mirrā.⁊ digiti mei plēi sūt mirra ꝓbatissima manus.n.idest opa penitētie ⁊ actuoꝝ.distillāt q̄dē mirrā vt dictū est.sed digiti.i.subtiles ⁊ spūales exercitationes cōtēplatiuoꝝ sunt pleni mirra ꝓbatissima ꝓbata q̄ppe ē mirra penitentū. ꝓbatior ꝑficientiū sed ꝓbatissima ē cōtēplatiuoꝝ ⁊ ꝑfectoꝝ per cynamomū accipit deifica cōuersatio cynamomi.n.conter cū frangitur spiramentuꝫ visibile reddit ad modū nebule vel pulueris ⁊ vꝫ ad bonū odorē orto.sic ꝑfectus si frangitur vituperatione vel iniuria corporali.morbis vel inedia labore frequentia.vel quecūq;

q̄ accidunt aduersa: semper spirat visibiliter odorem deifice conuersationis: ⁊ emittit odorē ⁊ dulcis responsionis.per balsamū caritas perfecta intelligitur que foras mittit timorē. ⁊ cū eō quo ipsa stare nō pōt Balsamum.n. purū ⁊ nō adulteratum corporat a corruptione cōseruat.sicubi caritas pura ⁊ perfecta. ibi nulla corruptio hoīs interioris: q; ꝫ habet habere sūa sacramenta ⁊ malus cē q̄ ꝑ gratiā habere sūa caritatē ⁊ malus esse non pōt ꝑ fectior aromatibus. nō fit vnguentum sine admixtione olei diuine dulcedinis que semper predicta tria committatur oleū degustauerat prophēta cū dicebat quaꝫ magna multitudo dulcedinis tue ꝛc. Et istō est vnguētū marie salome que fuit filia salome vxor zebedei.⁊ mater Jacobi maioris ⁊ Johannis. per Jacobū maiorem intelligit totalis supplantatio vel mortificatio hominis exterioris per salome intelligitur deifica cōuersatio que nō est nisi in hoīe bene intrā se pacificato per Johannem caritas intelligitur q; erat preceteris a xp̄o dilectus: sed ꝑ zebedeū qui interpretatur fluxus intelligi pt diuina dulcedo que talis aia fluit ⁊ affluit ō litis interuis.tiaq; quelibet aia ꝓ suo statu suo vꝫ istas mulier eo unitiri.⁊ cū istis vnguētis iesum querere ⁊ vngere.vt.s.instanter pniaꝫ faciat viriliter temptationes superuincat pacifice ad proximū se habeat ista enim tria faciunt apparere iesum ⁊ cuilibet fm statū tuum. secundum Ber.mozaliter per istas tres mulieres signantur in isto quelibet.mens lingua.manus que habēt valde p̄ciosa vnguenta.mentis vnguenta sunt tria contritio compassio ⁊ devotio. primū.s.contritionis cōficitur ⁊ vilissimis speciebus.s. ex peccatis que crescunt in nostro orto proprio fm.i.passionis conficitur ex amarissimis speciebus.s.ex proximoꝝ misseriis q̄ crescūt in horto alieno Tertiū.s.deuotionis.cōficitur ex preciosis speciebus.s. ex xp̄i beneficio q̄ crescunt in horto diuico lingua vnguenta sunt tria.oratio ō vota.confessio integra.predicatio vera. primum.i. orationis conficitur ex herbis q̄ sūt intentio recta.attentio firma.affectio pia. ꝫ .s.confessionis conficitur ex herbis que sunt pudor cōmissi:dolor amissi. timor suppliciī. Tertiū.s. predicationis constituitur ex herbis que sunt fides instructio morum informatio vitioꝝ increpatio. manna vnguenta sunt fletꝫ misericordie opera de quibus ē iste versus.Colligo poto cibo redimo tego visito tūdo. Qui ēt vult predicta aromata ⁊ vnguenta habere ⁊ oporteret ea emere. Ille enim qui emit dat de suo ⁊ accipit de alieno. sic in operibus virtuosis oportet aliquid ponere ō nostro.i.voluntatem ⁊ aliquid recipere a deo .i.operandi facultatem vel a deo recipimus gratiam p̄cuentem ō nostro apponimus voluntatem subsequentem. Quamuis ergo multe alie mulieres dñm sequerentur iste tñ p̄cipue venerunt: quia xp̄o plus obligate erant ex eo quod plura beneficia ab eo receperant Maria.n.Magdalena multum xp̄o tenebatur quia ab ea septem demonia ejecerat Maria autem Jacobi ⁊ similiter Maria salome xp̄o multum tenebantur tum q; nepos eaꝝ erat tuꝫ q; filios suos cardinales .i. apostolos fecerat sed mirum vt quōd .b. virgo cum istis mulieribus ad monumentuꝫ non fuit sed domi remansit super hoc autez pōt tres cause assignari. Una q; mr̄ sepulchꝝ filii sine magno dolore videre non potuisset: ⁊ maxime recente sepulti.i.n. sepulchrum filii vidisset quasi dolore gladius aiam eius pertransisset. Et satis probabile est q; si ire voluisset Johannes eius custos hoc non permisisset immo etiam ceteri apostoli dixissent Johanni nullo modo illuc eam ire permittas q; si ierit tantum tibi flebit ⁊ se mactabit q; fere se occidet secunda causa: q; in parasceue: ⁊ sabbata tñ fleuerat ⁊ tñ se mactauerat: q; etiam sustinere non posset. Ut.n.dicit Ber. oportuit q; inter manus discipulorum tanquam semiuiua de cruce ad domum propriam portaretur. Unde ⁊ singu. illa pia mater immani dolore etiam: ⁊ pectora delicata ꝓfundēo ita viscera olim fatigauerat ⁊ membra vt iam sensu deficiens vix potuisset ad tumulum xp̄i peruenire. Tertia causa est: q; predicte mulieres putabant corpus xp̄i adhuc monumento esse ⁊ volebant prout antiquitus consuetudo erat ipsum corpus inungere, vt eo seruaretur a fetore ⁊ a vermium corrosione ⁊ ab incineratione: sed erant deceptē: quia corpus xp̄i erat deitate imbalsamatum. Et ideo si per .x. milia annorum in terra latuisset non potuisset putrefieri nec incinerari nec a vermibus corrodi. Beata autem virgo scivit q; ibi non erat: sed quia tam immortalis ⁊ incorruptibilis surrexerat. Et ideo illud ire ⁊ in corruptibilis surrexerat. Et ideo illud ire nolebat sicut nec putaret. ipsa itaq; ex quo vnigenitum filium suum teneri flagellariz ⁊ crucifigi vidit: delicatis manibus delicata pectora tundens ⁊ se nimio dolore vigilisq; ⁊ ieiunio affligens. tam viribus pariter: ⁊ spiritu attenuata. alicubi sola in secreto domus sedebat ⁊ de his que sibi acciderant cum lamentabatur: ⁊ flebat. Dominā igitur orante: ⁊ lachrymas dulciter emittente. ecce subito venit dilectus in albis

mis vestibus glorie & resurrectionis nouitatis hac vultu sereno ⁊ speciosus. glorioſus & gaudens ac marri desolate & merenti totus letitiaꝰ apparens. ac illa adorans & surgens cum lachrymis prægaudio cum amplexatur. & tota acerbitas meroris in letitiam vertitur. posthec consedentibus eis pariter intuebatur eidem in vultu & circatricibus per totum dilligenter querens. si eis pena trāsisset & omnis dolor ab eo descessisset. O quāto gaudio mater impletur. cū ipsa nati impassibilē intuet. nō solū in eternū victurum. sed & celo & terre omniq; creature perhenni iure dominaturuꝫ Stant igitur & colloquūtur adinuicē gaudentes. ac pascha delectabiliter & amanter ducētes. Et narrat ei dominus iesus qualiter populum suum liberauit de inferno. & que fecit in illo triduo. ecce igitur nunc magnum pascha. De hac apperitione ozi ante ceteros virgini gloriose creditur nihil in euangelio habetur sed ideo ipsam posui & ante alias premisi. quia sic plus est credere prout in quadā legenda de resurrectione domini plenus continetur. Signum namq; erat vt matrem pre ceteris visitaret & de resurrectione sua prius letificaret. que pre ceteris plus dilexit. eiꝰ amoris desiderio plus afficiebatur. plus de eius morte doluit. plus dolore afflicta eius resurrectionem expectauit. Et licet hoc ab euangelistis subticeatur. pie tamē sic creditur. Unde & romana ecclesia hoc comprobare videtur: que statim ista die apud sanctam mariaꝫ maiorem rome celebrat stationem. per hoc innuens. b. marie primo factam appertionem. qd enim si euangeliste hoc non dicant. Non est (vt ait Johan.) omnia eius facta scripta sunt. Nam si hoc ideo non creditur quia nullꝰ euāgelistarum testatur: consequens est vt post resurrectionem nunq; sibi apparuerit. qz vbi vel quando nullus euangelista edisserit. Sed absit vt talem matrem talis filius tali & tanta negligentia dehonorauerit qui natreꝫ & matrem honorari precepit. Sed ideo forsitā hoc euangeliste subticuerunt. quia eorum fuit officium solummodo resurrectionis testes inducere. Matrem autem ad testificandum pro filio eos inducere non decuit. Si enim verba extrancarum mulierū delyramenta sunt visa: quomodo non magis matrem pro honore filij crederent delyrare. Hoc igitur euangeliste scribere noluerunt. sed pro constanti retinquerunt. Hoc etiam testatur Ambrosius dicens. vidit Maria surrectionem domini. prima vidit & credidit. vidit Maria magd. quamuis adhuc ista nutaret. Unde & Anselmus. Et si aliquis dubitauerit cur euangeliste non referant ipsum pijssimum dominum a morte resurgentem. huic dulcissime matri vt eius doloreꝫ mitigaret.

Primo ac precipue apparuisse dicimus a quodam sapiente de hoc ipso scisscitantes audiuimus. Ait ergo. Tanta scitur auctoritas narrationis euangelice. vt nihil in ea dependens vel inane vel superfluum reperiatur Itaq; si matri si domine mundi. ipse filius eius ab inferno resurgens. scriberetur sicut alijs apparuisse eamq; de sua resurrectione docuisset: quis non tale scriptum superfluum diceret. Reginam videlicet celi & terre omniq; creature. cocquaret illi vel illi quibus apparuit viro aut muliert. Spiritus eius plene atq; perfecte in illa quiescebat. qui sibi & esse illius & omnia facta eius & luce clarius reuelabat: & euangeliste scriberent iunc vel tunc. illi talē vel talem semel exhibuisse. Dec Anselmus.

Unde etiam sedulius semper virgo manens huius se visibus astans luce palam dominus prius obtulit. Dicit etiam Ignatius. q; primo dominus apparuit matri sue post resurrectionem & consolabatur eam ex quo tanto repleta fuit gaudio quod oblita fuit omnis doloris quem habuerat de sua passione: Quod ergo infra dicitur apparuisse primo Marie magdalene intelligitur inter eos quibus voluit suam resurrectionem probare. Patri enim virgini primo omnium apparuit. non vt resurrectionem suam probaret. sed vt eam de visu suo lattificaret.

Oratio.

Maria dei genitrix & virgo gloriosa omnium desolatorum ad te clamantium consolatrix vera & illud magnum gaudium consolata es quando cognouisti dominum iesum die tertia a mortuis impassibilem resurrexisse fie consolatris anime mee. & apud eundem tuum & dei natum vnigenitum. in die nouissimo quando cum anima & corpore ero resurrecturus & de singulis meis factis rationem rediturus me dignetis iuuare: q; perpetue damnationis sententiam per te pia mater & virgo valeam euadere. & cum electis dei omnibus ad eterna gaudia feliciter peruenire. Amen.

Quomodo Maria magdalene & alie Marie & Petrus & Johannes venerunt ad monumentum:

Capitulum.lxxi.

Espere igitur sabbati ((idest nocte sequente sabbatum'. Nomine enim vesperis quod principium noctis est significat noctem. scilicet a parte totum. Et ideo mutat genus referendo ad sensum non ad nomen & ait ((que scilicet nox ((lucescit)) idest lucescē incipit ((in prima sabbati)) idest in prima die post sabbatum seu prima die septimane que apud nos dominica dicitur ((valde diluculo & mane orto iam sole)) idest ortu suo iam celum illustrante quanuis nondum appareret terris raris ad huc tenebris exhistentibus hoc est iam rubescente aurora & celo ab orientis parte ob solis vicinitatem iam albescente aurora enim media est inter tenebras noctis & perfectam lucem dici. Et ideo tanquaꝫ medius ab vtroq; extremo potest nominari ((Maria magdalena & alie due marie venerunt & venerunt ad monumentum)) cum vnguentis ex deuocione. Ubi sciendum quod sicut gentiles denominabant dies totius septimane a nominibus deorum suorum scilicet planetarum'. vt a luna diem lune a marte diem martis & sic de aliis ita iudei quia dies sabbati apud eos solemnior habebatur sabbatum sic nominabant absolute propter reuerentiam illius dici & ab eo tāquam a dignioꝛi omnes alios dies nominabant ita quod dies immediate sequens sabbatum dicebatur prima sabbati idest prima post sabbatum alia secunda sabbati & sic consequenter. Et quia hebrei & greci nominibus numerabilibus pro ordinalibus numeribus vtuntur ideo vnum apud eos in ordine dierum significat primum. Unde in Geneſi dicitur factum est vespere & mane dies vnus: idest primus. Et ideo consequenter ibi subditur secundus & tertius & sic de alijs. Unde Lucas dicit vna sabbati idest prima die post sabbatum vel prima die septimane. Quia enim sabbatū apud ebreos non tantum diem principalem a quo septimana apud eos incepit: sed etiam septimanam ex prerogatiua sabbati denominat vt ibi ieiunabis in sabbato. idest in ebdomada. ideo etiam cum dicitur prima vel vna sabbati potest intelligi prima die septimane vel ebdomade que apud nos propter dominicam resurrectionem vocatur dominca a qua etiam apud nos incipit septimana. Nobis enim celebritas veteris sabbati conuersa & translata est in dominicam que ceteris diebus celebrioꝛ est propter dominice resurrectionis sanctitatem gaudium & reuerentiā. Latini vero seu romani & ecclesia modo dies vocant feriarum diem dominicam vocantes feriam primam diem lune secundam. & sic de aliis vsq; ad sabbatum. Et vocatur feria a feriare q; est cessare. vel ferēdis victimis. Quia omni die feriare idest a peccato cessare & victimas ferre & offerre debemus. Mulieres ergo ille venerūt ita mane ((quod adhuc tenebre erāt)) vt dicit Johannes. & secundum Lucam ((vere nerunt diluculo)) que est claritas media inter noctis tenebras & diei claritatē q; aurora appellari solet. Et sedm marcum ((venerunt orto iam sole)). Et potuit esse ad litteram q; valde mane cum adhuc tenebre essent venire ceperunt: diluculo autem venerunt sed orto iā sole ad monumentum peruenerunt. Et nota q; non sine misterio euāgeliste sic diuersimode loquuntur de isto mane. sed omnes cōcordant in hoc q; fuit mane. Nam vt patet exprimissis. istud euangelium mistice procedit secundum tres status electorum per tres maries significatos. Quod enim Johannes dicit ((cum adhuc tenebre essent)) respicit statum incipientium q; vero Luc. dicit ((diluculo)) respicit statum proficientium: sed q; dicit marcus ((orto iam sole)) respicit statum perfectoꝝ Debent ergo fideles querentes christum quilibet pro statu suo mane venire q; est contra pigros. Debent etiam venire vna sabbatoꝝ per quod quies & pax cordis significatur. sabbatum enim quies interpretatur. quod est contra vicioloꝝ & discordes. debent etiam venire ad monumentum: & ibi querere dominum. Monumentuꝫ est mens humana quidam adf quemlibet statum. Nam corpentium dicitur monumentum ratione luctus qui circa monumenta fieri solet: & penitentium est lugere & flere super peccatis. Proficientium autem coꝛ dicitur monumentum ratione operis misericordie. quod in sepelendo mortuos exercet: & actiuoꝝ & infistere operibus misericordie. Contemplatiuorum vero coꝛ monumentum dicitur ratione quietis dicuntur enim corpora quiescere in monumentis & quies maxime ad contemplatiuos noscitur pertinere. In tali ergo monumento pro quolibet statu recte queritur christus. Debet etiam obstacula impedientia remouere. que intelliguntur per lapidem magnum ad ostium monumenti aduolutum. & per angelum vt statim infra patebit reuolutum. Nam in quolibet statu est aliquis lapis obstans ne quis possit introire in intima mentis & exercere actus sue statui competentes lapis & exercere actus sue statui competentes lapis obstans penitentibus est ponitus ad bonum sed lapis obstans proficientiū est difficultas ad bonum

sed lapis obstans contemplatiuis ē materialiū
rum specierum. Sed ille lapis pro quolibz ha
bitu plerūq; remouetur ad solum desiderium
animē pie querentis per gratiam spiritussan
cti. Felix maria. Lanima que ad sepulchrum
christi venit videre per meditationem: plāge
re per compassionem vngere per deuotionē.
Imitemur ergo ⁊ nos easdem sanctas ⁊ de
uotissimas mulieres. vt sicut ille cum aroma
tibus dominum toto corde ac desiderio que
rebant in sepulchro. quod est propriū mor
tuorum locus ita ⁊ nos cum nostris aromati
bus scilicet operatione bonorum operum. ⁊
odore virtutum. suauitateq; orationum. toto
affectu mentis ad deum per sancta desideria
proficiscamur: ⁊ queramus eum nō in sepul
chro sed in celo. quo ipsum ascendisse credi
mus atq; nouimus. Unde Greg. Sancte mu
lieres que dūm fuerant secute cum aromati
bus ad monumentū venerunt. ⁊ ei quem vi
uentem dilexerant. etiam mortuo studio hu
manitatis obsequuntur. Et nos ergo in eum
qui est mortuus credentes. si corde virtutum
refecti cum operatione bonorum operū do
minum querimus ad monumentuz properē
mus cum aromatibus venimus. Dec Greg.
Mistice monumentum est corpus dominicū
ad quod accedere nemo debet. nisi vna sab
bati. i. in pace ⁊ quiete pectoris. ⁊ valde dilu
culo. i. cum feruore mane enim significat fer
uorem querendi vel diluculo. i. diluculo. i. ex
cussis vitiorum tenebris. per diligentē gra
tiam portans aromata operationis ⁊ fame
bone. Qui aliter accedit. caueat sibi ne iudici
um manducet ⁊ bibat. Unde Beda. Qui aūt
valde mane venerunt mulieres ad monumē
tum: iuxta hystoriam quidem magnum que
rendi ⁊ inueniendi dominum feruor charita
tis ostenditur. Juxta intellectum vero missi
cum datur nobis exemplum illuminata fa
cie. excussisq; vitiorum tenebris. ad sacrosan
ctum dominici corpus accedere. Nam ⁊ sepul
chrum illud venerabile figuram dominici al
taris. habet in quo carnis eius ⁊ sanguis so
lent mysteria celebrari. Aromata autem que
mulieres detulerunt. odorem virtutum ⁊ ora
tionum suauitatem quibus altari appropin
quare debemus significant. hic Beda. Mu
lier que prima fuit ad culpam: nunc primave
nit ad veniam. ⁊ que prima perfidiam sum
psit in paradiso. festinat nunc prima fidez su
mere de sepulchro. contendit de morte rape
re vitam. que de vita rapuit mortem. Quod
autem dominus diluculo surrexit huic con
senti auctoritas illa. que dicit dominum qua
draginta horis fuisse mortuum ⁊ totidē die
bus ante ascensionem post in terra moratum
qi quattuor horis parasceues ⁊ triginta sex
duarum noctium ⁊ vnius dici: quod eccle
sia consentire videtur que matutinas laudes
celebrat pro christi resurrectione. Unde Pe
trus cantor: Valde mane dicit diluculo. Dilu
culū enim ē inter tenebras noctis ⁊ diei claritā
tem. in qua salus humani generis felici vicini
tate preuenit in ecclesia declaranda. more so
lis qui proxima luce consurgens roseam pre
mittit auroram vt tantus splendor preparā
tis oculis possit intueri. quando tempus do
minice resurrectionis illuxit. vt tunc .s. dilu
culo laudes christi tota caneret exemplo san
ctarum seminarum ecclesia: quando gen⁹ hu
manum exemplo sue resurrectionis. animauit
quando fidem prestitit ⁊ lumen credulitatis
infudit ergo christus mane ⁊ vicino ortu solis
surrexit. Sm Aug. qui dicit dominum tantum
quadraginta horis qui cuisse in sepulchro.
sexta hora parasceues passum. ⁊ ita cum esset
equinoctium diluculo surrexit. Ecōtra Piero.
dicit dominus surrexisse media nocte. legitur
enim in libro iudicum. tunc samsonem aspor
tasse portas gaze vsq; in supercilium montis.
Solutio autez contrarietatis est quod in tem
pore medio inter diluculum ⁊ mediaz noctē
surrexit. hec Pe. Dum ergo mulieres ad mo
numentum euntes essent extra portam ciuita
tis. revocabāt ad memoriā afflictiōes ⁊ pēa
tis. reuocabāt ad memoriā afflictiōes ⁊ pēa
sui magistri ⁊ dñi. Et in oīb⁹ locis in gb⁹ petra
ipsū notabiliter aliqd ferū fuerat. aliquātulū sub
sistebāt genu flectētes ⁊ osculātes terrā gemi
tus ⁊ suspiria dātes atq; dicētes. ℔ obuiam⁹ el
cū cruce sup collū. qñ mf ei⁹ semimortua sed ē
⁊ ℔ sic ptūt ad mulieres hic crucē deposuit fa
tigatus. ⁊ sup isto lapide se parūp appodia
uit hic fuit vbi sic crudeliter ⁊ fortiter eū ipsi
lerunt. vt velociꝰ ābularet. ⁊ eūq; currere coe
gerūt. hic spoliauerūt eū ⁊ nudauerūt ⁊ ℔ eū
crucis patibulo affixerūt. Et tūc cum magno
clamore ⁊ inūdatiōe lachrymarū ꝓcidētes in
facies suas adorauerūt ⁊ osculate sunt crucem
adhuc pretioso sanguine rubricatā. Deinde
surgētes ⁊ versus sepulchrum euntes. Cum se
suo sui fragilitatem considerarent ⁊ magni
tudinē lapidis recolerent. qui tam magnꝰ iu
sse fertur: vt vix a viginti hoibꝰ moueri possit
(Dicebant adinuicem)) ⁊ colloquentes se
mutuo interrogabant (. Quis reuoluet no
bis lapidem de ostio monumenti)) vt. i. possu
mus in illud ingredi. Quasi dicerent. Non
possumꝰ p nosipsos reuoluere: qz erat magnꝰ
valde. Sed quamuis talia dicerēt nō tamen
ab accepto itinere cessabant credentes domi
no esse possibile. quod humane fragilitati vi

debatur impossibile. ((Et respicientes vide
runt reuolutum lapidem)) per angelum qui
prebens domino suo obsequium venerat ad
manifestandum xp̄i resurrectionem tum ia
cens ⁊ ipsum angelum domini sedentem su
per lapidem extra monumentum. Monu
mentum potest dici scriptura in qua domi
nus olim tacuit multis figuris occultatus ꝛ
post resurrectionem angelus magni consilii
scripture difficultatem aperuit. Unde secun
dum Bedam reuoluto lapidis mistice reuo
lutionem sacramentorum xp̄i que velamine
litere legalis tegebatur infirmat lex enim in
lapide scripta fuit. Et ideo per lapides ꝰsigna
tur. Et secundum eandem angelus sedebat su
per lapidem quo hostium monumenti clau
debat vt claustra viterorum sua ipsum domi
nū virtute deiecisse doceret. Aliter hic sa
pis designat penitentie pondus ad quod a
spicientes incipientes ad deum conuerti ti
mere incipiunt ne possint inchoantem peni
tentiam consummare. Ideo dicunt ingemisce
tes. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio
monumenti. idest a corde in quo xp̄o affectat
sepelri sed non debent diffidere ⁊ retro ce
dere sed cum hiis mulieribus ceminus proce
dere ⁊ videbunt quam totius lapidem revo
lutum descendet enim angelus de celo. idest
gratia spiritussancti que lapidem amouebit
quia totum pondus penitentie subleuabit. ip
se enim ait iugum meum suaue est: ⁊ onus
meum leue scilicet gratia dei. ((Et introeun
tes)) ab oriente in monumentum. idest intra
clausuram: ⁊ domunculam rotundam que
erat circa sepulchrum ((viderunt alium an
gelum sedentem a dextris sepulchri ieiu sto
la candida coopertum: ⁊ obstupuerunt)) ⁊
pre gaudio ⁊ admiratione tante visionis. Vi
derunt. n. inuenem ipso habitu corporis inue
nisse precedentē immortalitatē resurrectio
nis in qua renouat vt aquile inuentꝰ ⁊ ne p
mo senescit ((sedentē a dextris)) idest ad meri
dianam partem loci illius vbi corpus positū
fuerat hoc quippe in dextris ieiu erat. Cor
pus. n. dñi q; supinum iacens habebat caput
ad occidentē ⁊ pedes ad orientē dextera ma
num necessario habebat ad meridiē: ⁊ sinis
tra ad aquilonē. Ex quo tēpore consuetudo
excrenit christianorum ad hanc similitudi
nem corpora sepelri defunctorum. Vide
runt inquam sedentem in dextris cooperti
stola candida. i. alba candente propter gau
dium resurrectionis ⁊ obstupuerunt pre ad
miratione tante visionis. in dextris ⁊ in al
bis angelus apparuit: quia dextra perpetuam
vitam designat: ⁊ candor vestis splendorem
solennitatis demonstrat. Unde Greg. dicit
ra sedebat qui stola candida apparuit. quia
⁊ finē ⁊ nostre festiuitatis gaudia nunciauit.
Ille. n. dñi resurrectio ⁊ nos ad immortalitatē
reduxit. ⁊ angelorum numerum restituēs ce
lestis patrie damna reparauit. Dec Greg.
in stola etiam candida angelus apparuit ad
designandum puritatem vite qua post bap
tismum quisq; debet obseruare. Unde ⁊ ve
stis alba in baptismo traditur in signū glo
riose resurrectionis ad quam per babtismum
peruenitur sic ergo duo erant angeli propter
testimonii sufficientiam. quia in ore duorum
vel trium stat omne verbum: Jam quidem
terre motus factus erat duo resurgēte. ⁊ mo
numento clauso egressus erat iesus ante re
uolutionem lapidis. sicut intrauit ad discipu
los ianuis clausis: sed post egressum accedēs
angelus reuoluens lapidem vt sepulchrum
vacuū ostenderet. ac resurrexisse dñs ⁊ egres
sum eius iam factum indicaret. Non. n. indi
guit in resurrectione auxilio angelorum. qui
propria virtute claustra dissipauit inferorum
Unde Crisost. Cuius gratia igitur venit an
gelus ⁊ leuauit lapidem post resurrectionē.
Propter Mulieres ipse enim viderunt eum
in sepulchro. Utrigitur credant. q̄m surrexit
vident sepulchrum corpore vacuum propter
hoc vtiq; ablatum lapidem. Unde ⁊ Beda.
angelus reuolut lapidem: non vt egressuro
domino tanquam panderet. sed vt egressus iā
factis hominibus indicium prestaret. Qui. n.
mortalis adhuc clauso virginis vtero potuit
nascendo mundum ingredi: ipse iam factus
immortalis clauso licet sepulchro potuit resur
gendo exire de mundo. Dec Beda. Dec tamē
aliter ⁊ aliter fuit. qz in resurrectione habuit
exitus de vtero miraculosus fuit. Ubi nota
quidam monachos sancti Laurētii rome
extra muros admiranti quomodo christus
clauso sepulchro exire potuerit cingulo quo
cinctus erat resoluto dilapsus est: ⁊ vox in
aere facta est: sic potuit christus clauso proce
re sepulchro. Igitur vt dicit Greg. nulli
angelos vident que cum aromatibus ve
nerunt qz illi mentes supernos ciues aspicere
desideria proficiunt. Et describitur angelus aspe
ctu fulgureo ⁊ vestimento candido. vt aspectu ma
gis fulgureo ⁊ vestimento candido. vt aspectu ma
gis terreat. ⁊ vestimento bonos mulceat. ad cre
dendum christi resurrectionē. Timor enim
dendum christi resurrectionē. Timor enim
⁊ amor debent. inclinare ad credendum.
((Erat. n. aspectus eius sicut fulgur)) qz faci
em eius videbatur ignea ad incutiendum ter
rorem' custodibus ((vestimenta sicut nix))

ad dandum consolationem mulieribus Ful
gor enim terrorem timoris denotat. candor
verbi verbis gaudium officie resurrectionis de
nunciat. Unde visus ecclesie hȝ vt eo tpe in
ecclesia in albis psallant. ⁊ consuetudo ⁊ pa
schalis dies festos celebrantibus. vt alba ve
stimenta induant ꝓꝓ ⁊ subditur. ((pre timo
re autem)) ⁊ fulgore vultus ((eius exterriti sūt
custodes)) ⁊ stupefacti instar mortuorum ia
centes. Ecce quō malos terruit ⁊ eis durus
fuit. Ubi Raba. Timoris anxietate sunt exte
riti qui amoris fiduciam non habebant ⁊ fa
cti sunt velut mortui. qui resurrectionis verī
tatem credere noluerunt. Et seuerianus. cuȝ
diebat enim crudelitatis studio non pie
tatis obsequio stare autem non potest quez
conscientia debitum. impellit reatus. hic no
ta ꝙ hoc cognoscitur bonus angelus a ma
lo a principio. nam bonus angelus in princi
pio terret ex sua fulgore in medio confortat
ex sua allocutione. in fine letificat ex immissa
consolatione. Malus autem angelus econtra
so in principio terret ex sua horribili voce in
medio decipit ex fallaci promissione. ⁊ in fi
ne contristat ex subsecuta deceptione. ((Et re
spondens angelus)) mulierum trepidationi
⁊ affectibus dixit eis. ((Nolite timere vos)).
Ac si(cm Grego). aperte dicat. Pauent illi
qui non amant adiutorium supernorum ciui
um. pertimescant qui carnalibus desideriis
pressi. ad eorum societatem pertingere despe
rant. Vos autem cui pertimescitis. qui suos
eius quem queritis ⁊ vestros conciues vide
tis. Ecce quomodo bonos mulcet. ⁊ eiȝ blā
dus extitit. In quo ēt ostendit quia dominus
celestis ciuitas qui est angelus magni consilii
dictus. in vltima ⁊ generali resurrectiōe ap
parebit. ⁊ terribilis reprobis quibus dicet ite
maledicti in ignem eternum ⁊ blandus iu
stis quibus dicet venite benedicti patres mei
percipite regnū. Sic moraliter prelatus bo
nus qui angelus domini exercituū est. obsti
natos terret ⁊ penitentes demulcet. Vic eni
notantur due conditiones. que debent esse i
angelo sacerdote ac prelato ⁊ predicatore qz
debet primo venenum peccati per terrorem
extinguere ⁊ secundo per honeste conuersa
tionis amorem bonos allicere. ⁊ subiungit.
((Scio enim ꝙ iesum)) saluatorem ((qui cru
cifixus est queritis)) i sepulchro sicut mortuū
qui crucifixus est. additum ad differentiam
aliorum qui etiam nomine iesu vocabantur.
Item additur ad beneficii passionis comme
morationem. Unde apostolus recogitate eū
qui talem ⁊c. Item additur ad cōmendatio
nem mulierum. que ⁊ iesum ⁊ crucifixū que
rebant. Multi enim iesum querunt. i. salua
torem. Sed non crucifixum. quia non ꝙ cru
cem cum tamen illa non nisi in ista inuenia
tur. Unde Crisosto. multi libenter querunt
purpuratum. sed pauci querunt eum crucifi
xum vel flagellatum: sed antecȝ inueniatur
purpuratus primo queri ꝺꝫ flagellat⁹ Bar
chus addit ((nazarenum)) ⁊ sic tangit nomē
ac patriam ⁊ conditionē. Et subdit angelus
((Non est hic)). i. per presentiaz carnis ⁊ cor
poris qui nuscȝ deest per presentiam diuini
tatis ⁊ maiestatis ((surrexit eum per humani
tatem. qui nullum casum patitur in diuinita
te. Et addit ((sicut dixit)) vt reduceret ad me
moriam verba christi dicta ante passionem
suam. vt sic magis crederet resurrectionem
eius iam factam. Impossibile enim est non
fieri quod ipse dixit. Quasi diceret. Et si mi
hi non creditis mementote verborum illius
Deinde ostendit eis locum dicens. Uenite ⁊
videte locum)) scilicet vacuum ((vbi positus
erat dominus ((hoc est corpus dominicum.
Unde Crisost. Corpus domini dominus di
citur. Deitas enim nuncȝ separata fuit a cor
pore etiam mortuo. ac si dicat angelus. Vul
tis certificari de eius resurrectione. ecce locus
vbi posuerunt eum. Si verbis meis non cre
ditis. visui ⁊ vacuo sepulchro credatis. Pro
pter hoc enim ⁊ lapidem reuoluerat vt lo
cum ostenderet. Unde cum per vniuersum
mundum fidelibus dicatur. surrexit dominꝰ
de sepulchro. qui pro nobis pependit i ligno
soli canonici ecclesie resurrectionis domini
ce speciali gaudent prerogatiua dicentes ⁊
ad oculum demonstrationem facientes. sur
rexit dominus de sepulchro. Similiter i eua
gelio paschali cum dicitur surrexit non est.
hic diaconus qui legit euangelium digito de
monstrat dominicam sepulturam. Et subiū
git. ((Sed ite)) festinanter ((dicite discipulis
eius)) communiter ((⁊ Petro)) spāliter ((quia
surrexit. ⁊ precedet vos in galileam ibi eum
videbitis sicut dixit vobis)) ante passionem.
Et ideo sequimini eum ibidem quasi dicat
si concessū est vobis hoc gaudium occulto
cordi tenere. sed similiter amantibus pande
re. Non dicit amatoribus mundi. sed discipu
lis xpi. Secundum Grego. vero non sunt di
scipuli. qui cum eo pascha non: faciunt non
sunt discipuli. qui retro aspiciunt. quos cu
riositas vite detinet. illecebra capit. ⁊ spine
trahunt scandalorum. ((Ibi eum videbitis
)) in propinqua regione ⁊ propinquo tempo
re. In galileam precessit. vt vbi fuit initium

splendoris gratie. ibi esset initium splendo
ris glorie. Uoluit etiam dominus specialiȝ
ter in galilea apparere. vt veritas resurrectio
nis probaretur. quia ibi plura miracula est
operatus ⁊ amplius conuersatus. Et ideo
melius cognitus. Mulieribus ergo dicitur
ab angelo vt nunciēt apostolis vitam resur
gentem. quia suadente diabolo mors nun
ciata fuit ade per mulierem. Unde sicut pro
gressus in prima temptatione mortis a dia
bolo in mulierem: ⁊ a muliere in virum sic
in pria annunciatione vite fieret processus
ab angelo in mulierem. ⁊ a muliere in vi
ros. Dicitur autem specialiter ⁊ petro. tum
propter principalitatem inter discipulos. tuz
ne desperaret de reconciliatione propter ma
gnitudinem peccati apostasie. tum ne ad pre
sentiam domini quem negauerat. ⁊ ad di
scipulos venire trepidaret. Quia: vt Hiero
nymus. se indignum iudicabat discipulatu
dum ter negauit magistrum. Unde ⁊ Bre
gorius. Si hunc angelus nominatim nō ex
primeret. qui magistrum negauerat: venire
inter discipulos non audiret vocatur ex no
mine. Ne desperaret ex negatione. Unde
Secundum Augustinum ⁊ Hieronymum
Peccata preterita non nocent quando non
placent. Uideamus autem secundum Au
gustinum. Cur ab angelo ⁊ a domino di
ctum est. quod precedet eos in galileam:
cum hoc sit post multa completum. ⁊ ta
men sic mandatum vt aut hoc solum: aut
hoc primum expectaretur fieri debuisse. Et
soluitur. secundum eundem Augustinum:
quod hoc prophetice ⁊ significatiue est ac
cipiendum. Galilea namcȝ interpretatur
vel trasmigratio vel reuelatio. In galilea
vero secundum trasmigrationis significa
tionem intelligendum occurrit quia de po
pulo Israel transmigraturi erant ad gen
tes. que apostolis predicantibus non crede
rent. nisi ipse dominus eis viam in cordi
bus hominum preueniens prepararet. Et
hoc intelligitur. precederet vos in galileam.
Ibi eum videbitis. idest ibi membra corpo
ris eius quod est ecclesia. i his qui vos su
sceperint inuenietis. secundum illud autez
quod galilea interpretatum reuelatio. non tā
in forma serui intelligendum est. sed in filia
in qua equalis est patri. quam promisit obe
dientibus suis. ⁊ illud nos precessit. vnde ad
nos veniens non recessit. ⁊ quo nos prece
dens non deseruit. Illa erit reuelatio tuncȝ
vera galilea cum similes ei erimus. ibi eum
videbimus sicuti est. Ipsa etiam erit bea

tio transmigratio ex isto seculo in illam eter
nitatem si eius precepta sic amplectamur vt
ad eius dexteram segregari mereamur. Et se
cundum Gregorium. Quia galilea transmi
gratio sancta interpretatur. Recte in galilea
dominus videndus nunciatur siue quia ipse
de corruptione in corruptionem de mortalita
te ad immortalitatem transiit siue: quia illi
ad speciem eius contemplandam peruenire
merebuntur qui modo transmigrant de vi
tijs ad virtutes de morte mundi ad amorem
dei declinantes a malo ⁊ facientes bonum
querentes ⁊ sapientes non terrena sed celes
tia. Cum dicitur ibi eum videbitis. secun
dum Hieronimum. Breuis est sententia in
syllabis sed ingens in quantitate promissio.
Ibi est gaudij nostri fons: ⁊ salutis nostre
eterne origo preparata. Ibi congregantur di
spersiones ⁊ sanantur contriti corde. Ibi in
quit eum videbitis sed non sicut vidistis. hec
Hieronimus. Mulieres vero fraudate ipe
sua quia corpus domini inuenire sperabant
non attendentes ad verba angeli que audie
rant contricte ex insolita apparitione angelo
rum ⁊ gementes quia non inuenerunt domi
num redeunt ad discipulos dicentes corpus
domini esse sublatum. Nunciat discipulis vt
aut secum quererent aut secum deplorent. De
angelo quidem ⁊ eius verbis quibus domi
nuz resurrexisse audierant nihil eis dixerunt
hoc solum nunciantes eisdem scilicet domi
num in monumento non esse. ((Et visa sunt
eis verba ista sicut deliramenta)) idest quasi
fantastica ⁊ non vera scilicet quod dominus
surrexisset a mortuis ⁊ ideo non credebant
illis quia res nouaerat ⁊ contra consuetudi
nem quod mortui resurgerent. Ut enim ait
Theophilus est naturaliter incredibile mor
talibus resurrectionis miraculum ((Petrus
autem ⁊ Johannes)) hec audientes tollunt
moras ⁊ cucurrerunt ad monumentum ex
desiderio videndi factum quia ignis materie
ingestus nō nouit moras. Isti duo prece
teris ((currebant)) quia pre ceteris christum
amabant ⁊ sicut familiares inuicem se tene
bant propter quod in pluribus locis legun
tur simul combinati. ((sed Johannes citius
precurrit Petro)) quia erat iunior ⁊ agilior
illo. ((Non tamen introiuit)) propter Petri
reuerentiam quam expectauit quia ipso seni
or ⁊ inter apostolos principalior erat. Ubi
ce nunc aū ipos. Currunt ipsi currunt Mag
dalena ⁊ socie eius post eos oēs currunt ad
querendum dīm suum cor suum ⁊ aiam su
am. Currunt multū fideliter multūq; feruē-

ter multō anxie ⁊ multū studiose. Curre ⁊ in
posū eos huc potius cum eis vt cum eis con
solari mereatis. Cū autē perueniunt ad mo
numentum respicientes in ipso per exterius
ostium. intrauerunt primo Petrus deinde
Johannes. Et quidem ſm litteram Johan
nes qui primo peruenit non intrauit ppter
reuerentiam Petri cui primum ingressum
seruabat sed mistice. ſm Grego. per Johānē
synagoga per Petrum ecclesia designatur
synagoga prior ad monumentum: sed
minime intrauit. qz ⁊ si primo scripture sa
cramenta cognouit nō ad fidē passiōis domi
nice intrare distulit. secuta posterior ecclesia
gentium introiit in monumentum. qz christum
uentem credidit deū. Sed posū Petrū intra
uit ⁊ Johannes. qz in fine mundi ad redem
ptoris fidem ēt iudea colligetur. Et introeun
tes non inuenerunt corpus sed ((viderūt)) so
la. s. sine corpore ((lintheamina)) quibus cor
pus erat inuolutum ((posita)) idest bene dispo
sita ⁊ plicata ((⁊ sudarium)) capitis non cum
lintheaminibus positum)). s. indistincte ⁊ cō
fuse ((sed separatim inuolutum)) idest bene
plicatum ((in vnum locum)) ac si ex industria
esset factum quod totum factum est ad osten
dendum christi resurrectionem iā factam ⁊
quod corpus non fuerat sublatum ⁊ crediderunt verum esse quod mulieres dixerant. scilicet corpus christi de monumento sublatum
esse. Non ād surrexisse. ((Nondum enim sciebant scripturas)) de christi resurrectione loquentes: quia nondum erat eis apertus sensus. vt intelligerent illas. Et recesserunt stupefacti: ⁊ apud se mirantes euentū rei. Quia
liter sola lintheamina derelicta fuere sine corpore peruncto vel quantūcunq; opportunitatez furabuisset vt hec seriatim inuoluta dimittēs
presentibus militibus corpus auferret. non
cogitantes de christi resurrectione. nec intelligentes non esse sublatum ⁊ simul fuissent ⁊
lintheamina asportata. ⁊ maxime quia propter unctionem erant fortiter corpori adhērentia ideo per hoc ⁊ sic pānī relicti ⁊ dispositi fuerant manifeste apparebat ⁊ resurrexerat. Separatio. n. lintheaminum a corpore
dñi ⁊ diuersitio corpis sepulchro signum fuit dominice resurrectionis non transpositionis.
Unde Crisō. considerant lintheamina posita. ⁊ sudarium separatim inuolutum i vnum
locum. ⁊ erat resurrectionis signum. Neqz. n.
si transposuissent quidā hoc fecissent corpus
denudantes: neqz si furati essent huius rei so
l'citi fuissent: vt leuarent sudarium ⁊ inuolue
rent ⁊ ponerent in vnum locum seorsum a li
theaminibus. sed simpliciter vt se habebant
suscepissent vnigz corpus pp hoc enim ⁊ Johanneo ait qñ cum mirra iepultus est multa
gz conglutinat corpori lintheamina. vt non
decipiatis ab hijs q dicunt eum furto sublatū
esse. Quid autem est seorsum lintheamina facere ⁊ sudarium seorsum inuolutū. vt discas
quantā nō erat festinātium hec reo. s. seorsum
quidem illa seorsum vero hec ⁊ inuoluta esse. Non enim ita insensatus esset qui furaret
vt circa rem superfluā tūc studium consumeret. Dec Crisō. Moraliter monumentum in
quo sunt lintheamina sola. pōt dici claustrum in quo est vestris religiosa exterius tantū
fine habitu interiori. Unde legitur in libro
Regum cum venissent qui querebant Baznid inuentum esse simulachrum superlectuz
eius. Nec est tunica Josephi inuenta sine ſpō
hec est vestis 'ouina sub qua latet mens lupina. Mic ſm Grego. diuine dispensationis
magnitudo pensanda est. q discipulorum corda ⁊ accenduntur vt querāt ⁊ differtur ne
inuenīt quatenus infirmitas animi ipso suo
memore cruciata. purgatior ad inueniendum fiat: ⁊ tanto validus teneat quanto tardius inuenit q̄ querebat. Compatere igitur
discipulis ipsis ⁊ mulieribus: quia i afflictione magna sunt querunt dñm suum ⁊ non inueniunt. ⁊ nesciunt vbi eum amplius quere
re debeant. Igitur dolentes ⁊ flentes discipuli ⁊ non audētes diu manere iuxta sepulchrum pp metum iudeorum (abierunt ad semetipsos)). i. ad hospitia sua ⁊ illuc vbi habitabant ⁊ prius latitabant. ⁊ vnde ad monumentum currebant nihil certi scientes ō domini resurrectione. Marie autē ibidē remanserunt. ((Et dum meme consternate)). i. stupefacte ((essent de hoc)) q̄ viderant. qz ⁊ lapidem tā immense magnitudinis reuolutum stupebant: ⁊ corpus tam eximie veneratiōis
non inuentum dolebant respicientes in monumentum ((viderunt duos viros)). i. duos
angelos in spē virorū ((stantes circa illam)) vestibus ((albis)) ad designandū gaudium dñice
resurrectionis. Angeli non soluēt verbo sed
etiam fulgenti habitu gloriaz annunciāt trā
phantis apparitiones. n. angelorum faciunt
ad instructionem hoīum: ⁊ solent pēr illum
modum apparere, qui competit rei de qua
debent instruere: candor āt vestis splendorem
denunciat solēnitatis. ⁊ ideo in albis apparuerunt vestibus. ad denotandum gaudium
dñice resurrectionis. Apparuerunt autē duo
ad solēnius denunciandum xp̄i resurrectionē
qz solēnius denunciatur per duos q̄ p vnū
Ubi Beda. Quō āt posito in sepulchro cor

pori salutorio angeli astitisse leguntur. dra ēt
celebrandis eiusdem sanctissimi corporis misse
rijs tempore consecrationis assistere sunt cre
dēdi mēcte apostolo mulieres habere velamen propter angelos in ecclesia ((Lūcz)) ⁊ mulieres ((ministrārēt)) ex visione angelorum insoli
tā ((⁊ declinarent vultus in terra)) ex verecundia ((dixerunt)) angeli ((ad illas consolando
eas benigne. ⁊ instruendo de christi resurrectione ((Quid queritis viuentem)) ⁊ tam resuscitatum ((cū mortuis)). Quasi diceret. Nolite cū mortuis. hoc est in monumēto qui locus
proprie est mortuorū querere cū qui ad vitaz
tam resurrexit a mortuis. Uerumtamen multi querunt viuentem cū mortuis: vt illi qui ls
sint boni. tamen libenter conuersantur cum
malis. quibus posū dici illud. sine vt mortui
seueliant mortuos suos. ⁊ subiungit. ((Non ē
hic)) scilicet in sepulchro penitentia corporis
qui tamen nullis deest presentia deitatis ((sed
surrexit)) inde. s. propria virtute. ⁊ addunt discipuli sui confirmationem: dicens ((. Recordamini qualiter locutus est vobis)) qz verax est ⁊
nō fallit ((cū adhuc in galilea esset: dicens: qz
oportet filium hoīs tradi in manus peccatorum ⁊ crucifigi. ⁊ tertia die resurgere)). q. diceret
diu ante predixit. hec omnia. ⁊ iō nō miremini si modo auditis esse facta. Jubenter verbo
rū recordari. vt predicatiōe euentus futuri. cō
firmentur in fide iam facti. Qz ho. vt dictum
est mulieres visis angelis timentes declinauerunt vultus in terrā. mystice cum celestibus mysterijs appropinquamus. exemplo mulierum
harum vultū in terra declinare debemus, nos
terram ⁊ puluerem esse recolentes. Unde
Beda. Et nos ergo exēplo deuotarum deo feminarum. quotiens ecclesiam intramus. ⁊ misterijs
celestibus appropinquamus. siue propter angelice presentiam virtutis siue propter reuerētiam sacre oblatiōis. cū oi humilitate ⁊ timore. ingredi debemus. Ad cōspectū quippe angelorum vultū declinamus in terrā. cū super
norū ciuiū que sint gaudia eterna cōtemplātes nos cinerem esse terrāq; recolimus: sicut
beatus Abraham. loquar: inquit ad dominū
meū. cū sim pulvis ⁊ cinis. Et notandum q̄
sancte mulieres astantibus sibi angelis non
in terram cecidisse. sed vultum dicuntur in
terrā declinasse. Unde mos obtinuit ecclesiasticus vt in memoriam dominice vel in nostre spem resurrectionis. ⁊ omnibus diebus
dominicis ⁊ toto quinquagesime tempore
nō flectis genibus, sed declinatis in terrā vultibus orem. Hec Beda. Ille aūt mulieres nec
tunc attenderunt ad verba angelorū. nec ali
quā cōsolationē receperunt de visiōe eorum

qz non querebant angelos sed dñm angelorū
imo ille due marie. s. Jacobi ⁊ salome. cum
territe ⁊ quasi absorpte exēūtes fugerunt de
monumento. ⁊ elongauerunt se inde aliquantulum: ⁊ sedebant dolentes. qz tremor ⁊ pauor eas inuaserat ppter visionē angelorum ⁊ custodum: ⁊ neminī. s. de custodibus quicquam dixerunt: nec etiam angelis interrogantibus quicquam responderūt. Unde Aug. Intelligamus ipsis angelis neminī aliquas fuisse aliquā
dicere. s. respondere ad ea que ab illis audierant: aut certe custodibus quos iacentes viderunt.

Oratio

O Omine iesu xp̄e. vnica ples summi dei qui dilectis tuis desiderium te querendi indidisti. fac ut magis accēderēt affectum inuestigandi dilatisti. eosq; in galilea te visuros per angelum certificare voluisti: da mihi miserō ardenter te querere. ⁊ gaudenter te inuenire vt de vitijs ad virtutes. ⁊ de amore mūdi ad amorem tuū trāsmigrans merear posū hanc vitam ex tuo seculo. in illam eternitatē transmigrare: teq; deū deorum in syon. ⁊ in galilea vera cum electis tuis gratia tua largiente tūc videre Amen.

Quomodo dominus apparuit Marie magdalene. Capitulum lxxij.

Magdalena vero amaritudine plena estuans amore ⁊ nescies qd
M aliud deberet facere. qz sine magistro non poterat viuere nec ibi eum inuenīebat. ⁊ vbicūq; quereret ignorabat ((stabat)) ex feruore ⁊ constantia quia vis amoris nec
sedere nec iacere sinebat ((ad monumentū foris)) ⁊ ab extra. s. in horto. ⁊ ante domunculam in qua erant sepulchrum ((plorans)) ⁊ lamentans dominū suū. Tanto enim cōdiscipulis
rebatur incendio: tanta pietatis afficiebatur
dulcedine: tam validis trahebatur vinculis
caritatis: vt femine infirmitatis oblita nec
tenebrarū caligine nec persecutorum inimicitate retraheretur a sepulchri visitatiōe. qui
potius sorte stans ⁊ lachrymis monumentū
irrigans. recedentibus discipulis non recedebat: pro eo q̄ diuine dilectionis igne succenbat: pro eo q̄ diuine dilectionis igne succendebatur ⁊ tam inualescente vrebatur desiderio. ⁊
sa ⁊ tam inualescente vrebatur amore: vt nihil ei
impatiente vulnerabatur amore: vt nihil ei
impatiente vulnerabatur amore: vt nihil ei
impatiente vulnerab

do obtinuit veniam peccatorum. Flendo ob
tinuit fratri reuiscitationem de faucibus in
ferni. Flendo obtinuit consolationez de
resurrectione. Lachrymas ergo fudit com
punctionis. compassionis ⁊ deuotionis. Un
de Greg. qua in re pensandum est. cuius mu
lieris mentem quanta vis amoris accenderat.
que a monumento domini etiam discipulis
recedentibus non recedebat. Unde contigit
vt eum sola tunc videret. que remansit vt que
reret. quia virtus boni operis perseverantia
est. Ubi ⁊ Augu. viris enim redeuntibus in
firmiorem sexum in eodem loco fortior fige
bat affectus ⁊ oculi qui dominum quesierat
⁊ non inuenerant. lachrymis iaz vocabat am
plius dolentes quod fuerat ablatus de monu
mento quē q̄ fuerat occisus in ligno: quoniā
magistri tanti cuius ei vita subtracta fuerat:
memoria remanebat. Tenebat itaq; ad mo
numentū tam dolor iste mulierum. Unde ⁊
exigente. adiuimus fratres mariam ad mo
numentum foris stantem: adiuimus mariam
plorantē. Amor faciebat stare dolor cogebat
eam plorare. Stabat ⁊ circūspiciebat si forte
videret quē querebat. Dolor renouatus erat
ei. q̄ quē prius doluerat defunctum. nūc do
lebat ablatum, ⁊ iste dolor maior erat: quia
nullam cōsolationem amplius habebat. Pri
ma ergo fuit causa doloris. q̄ vnum perdi
derat. Sed de hoc dolore aliquantula conso
lationem habebat: q̄ mortuū remanere vide
bat. Nunc autem de isto dolore consolari non
poterat. quia nec corpus defuncti inueniebat
Metuebat autem ne amor magistri sui i suo
pectore frigesceret. quo viso recalesceret. Plo
rabat itaq; maria vehementer qm̄ dolor addi
tus erat super dolorez. Duos itaq; dolores exi
mios vno gestabat corde. quos mitigare la
chrymis volebat: sed non volebat: ac ideo to
ta posita in dolore. mēte ⁊ corpore deficiebat
⁊ quid ageret nesciebat. Petrus quidem ⁊
Johānes timuerūt. Et ideo nō steterunt. ma
ria non timebat: q̄ nihil suspicabatur sibi su
peresse pro quo timere deberet. Perdiderat
enim magistrum suū: quē ita singulariter di
ligebat. vt preter ipsum nihil potest diligere
vel sperare. Perdiderat vitam anime sue: ⁊
iam melius arbitrabatur sore sibi mori quam
viuere. quia forsitan mortuum inueniret: quez
viuens inuenire non poterat. Fortis namq;
vt mors dilectis: quid nam amplius in maria
faceret. facta erat examinis. facta erat insensi
bilis. Sentiens non sentiebat videns non vi
debat. audiens non audiebat sed neq; ibi erat
vbi erat. quia tota ibi erat vbi magister suus
erat. de quo tamen vbi esset: nesciebat. Que

rebat autem eum ⁊ non intuebatur: ⁊ ideo
stabat ad monumentum ⁊ plorabat tota la
chrimabilis ⁊ miserabilis. Certe iam nil sa
piebat Maria nisi diligere ⁊ pro dilecto do
lere. Oblita erat timorem oblita erat semet
ipsam oblita erat denicq; omnia preter illum
quem diligebat super omnia sensus nullus
in eo remanserat omne consilium ab ea pe
rierat spes omnis defecerat. Dec Orige. ((
Dum ergo fieret)) propter corporis christi ab
sentiam ((inclinauit se)) corporaliter ((⁊ pro
spexit in monumentum)) quia semper spera
bat ibi eum inuenire vbi eum sepelierat: ⁊
amor inquisitionem multiplicat sicut enim
nos cum aliquam rem perdimus quamuis
huc illuc currendo discurramus: tamen ad
eum locum sepe respicimus vbi eum habuis
se meminimus ita ⁊ hec mulier quamuis huc
illucque corpus domini quereret anxia ta
men de eius absentia frequentius monumen
tum aspiciebat vbi eum positum nouerat.
Unde Gregorius. Amanti semel aduertisse
non sufficit: quia vis amoris intentionem
multiplicat inquisitionis. Quesiuit ergo pri
us ⁊ minime inuenit persenerauit vt quere
ret. Unde contigit vt inueniret. Actumq; est
vel desideria dilata crescerent: ⁊ crescendo
caperent q̄ inuenissent sancta enim deside
rio dilatione crescunt. Non autem dilatione
deficiunt desideria non fuerunt. hoc amore
arsit quisquis ad virtutem pertingere potuit
Dec Gregorius. ergo Maria vidisset cor
pus christi abesse volebat tamen adhuc vide
re si aliquod vestigium posset percipere: ⁊
ideo non sufficiebat sibi semel respexisse. In
hoc quod inclinauit se: ⁊ respexit in monu
mentum datur intelligi quod cum humilita
te cordis debemus prospicere mortem chri
sti ⁊ in hoc quod iterum prospexit datur ex
emplum continue oculo mentis mortem chri
sti prospicere. ((Et vidit Maria oculis corpo
reis ipsos duos angelos)) prefatos ((in albis
sedentes)) supra sepulchrum ⁊ loculum cor
poris ((vnum ad caput alium ad pedes)) pro
pter reuerentiam loci consecrati ex tactu cor
poris dominici ex feruore enim deuocionis
quam habebat illam visionez meruerat An
gelus ad caput est reuelans diuinitatis ar
chana: quia caput christi deus est Angelus
autem ad pedes: est docens humanitatis
eius obsequia: in redemptione nobis im
pensa. ((Qui dicunt illi. mulier quid plo
ras)) Angeli lachrymas prohibebant. ⁊ fu
turum quodammodo gaudium nunciabant
ac si dicerent plorare noli non habes cau
sam flendi: sed magis gaudendi ex resur

rectione christi. Non est plorandum: sed
plaudendum. hic dies leticie est. non mero
rio: leta venimus nunciare tibi. Noli ergo
plorare. Sed potius ad illum respice quem
tanto amore desideras videre. At illa putans
interrogare quasi nescientes: ⁊ non angelos
esse. sed homines prodit lachrymarum
causas. Quia tulerunt inquit dominum me
um de monumento ((⁊ nescio vbi posuerunt
eum)) arbitrans custodes vel iudeos eum eē
furatos. Magnus ergo dolor me flere com
pellit. magna tristicia viscera mea coartat.
Timebat enim ne iudei corpus christi in ali
quem locum inhonestum proiecissent. inui
dentes honori sepulture eius vel ne forte a
sportassent. vt ei ignominiam facerent. Age
bat in ea vis amoris. vt non inuentum non
crederet nisi sublatum. Et hec angustie cau
sa erat. quia nesciebat vbi inueniret. ⁊ offici
um funeris impendere. Non dicit corpus do
mini mei. sed dominum a toto designans
partem. sicut omnes confitemur iesum chri
stum filium dei sepultum. cum sola eius se
pulta sit caro. Unde hic mirabilem operatio
nem amoris. Paulo ante audierat ab vno
angelo. quod resurrexit. ⁊ postea a duobus
quod viuebat ⁊ non recordatur. ⁊ dicit ne
scio. Amore hoc faciebat quia anima sua non
erat vbi ipsa erat. Sed ibi erat vbi magister
suus erat. Nam secundum Orig. spiritus ma
rie magis erat in corpore magistri quam in
suo. Nesciebat cogitare loqui vel audire nisi
de ipso. Et nescio: inquit. Ubi posuerunt eū.
Dec erat, et maior causa doloris ⁊ desolatio
nis. quia nesciebat quo ad consolandum do
lorem. ⁊ vbi eum inueniret. Maria quia vi
dit lapidem sublatum. credidit christum su
ratum ⁊ deportatum lapide enim sublato cor
pus facilius a mouetur de monumento: qđ
fieri non potest quamdiu lapis superpositus
Sic quamdiu lapis timoris dei in corde est
christus ab eo auferri non potest. si autem a
mouetur cito ipsum credidit. Cum antē ma
ria sic plorauet. ne angelis aliquid curaret a
mor suus magister suus amplius se tenere nō
potuit. Dominus igitur iesus refert hoc ma
tri sue ⁊ dicit. quot vult ire ad consolandum
eam. vade dicens eq; matri venit in monumen
to in hortum. Ubi erat magdalena. Stat mu
lier ⁊ plorat adest iesus merentium consola
tor. ⁊ plagas mulieris lachrymas intuetur. eiq;
ab angelis se vertenti ⁊ retrorsum conuerse
apparere dignatur. Per hoc ostēditur. quod
si quis christum videre desiderat oportet vt
ad deum conuertatur. quia illi ad verum vidē
dum perueniunt qui se totaliter per amorem

in eum conuertunt. Ubi Crisostomus. Cur
non expectauit eorum responsum. sed conuer
sa est retrorsum)) eius ad minus hominem mul
te reuerentie apparerent. Dic cū maria q̄ filia
dicerent christus a duentr. cui angeli reuerentiā
exhibentes assurrexerunt quod magdalena
admirans conuersa est retrorsum. vt vide
ret ad quid assurrexerunt. Et non cognouit
quod iesus esset quia videbat eum in spem
non gloriosum quem angeli gloriosum vide
tes honorabant. Ipsam enim nondum ha
bebat fidem de christi resurrectione. ⁊ ideo
talis apparuit in corpore. qualis apud eam
erat in mente. Non quod iurta hereticos for
mam dominus vultumq; mutasse. vt pro vo
luntate diuersis ac varijs videretur: sed quo
maria obstupefacta erat miraculo. Unde
Bernar. O delectabile pietatis spectaculum
qui queritur ⁊ desideratur occultat se ⁊ ma
nifestatur. occultat se vt ardentius requiratur
⁊ requisitus cum gaudio inueniatur ⁊ inuen
tus cum solicitudine teneatur tentus non di
mittatur. Secundum Grego. maria que ad
huc de domini resurrectione dubitabat. con
uersa est retrorsum vt videret iesum. quia vi
delicet per eandem dubitationem suam quā
si tergum in faciem domini miserat. quem re
surrexisse minime credebat. sed quia ama
bat ⁊ dubitat. Videbat. ⁊ non cognoscebat:
eumq; illi ⁊ amor ostenderat ⁊ dubietas ab
scondebat. ((Et dixit illi iesus. Mulier quid
plorans. Quem queris)). Nō petit quasi igno
rans. sed vt eius responsione conuenientē eā
instruat. secundum Gregorium interrogatur
doloris causa. vt augeatur desiderium. quare
nus cum nominaret quem quereret: in amo
rem eius ardentius estuaret. ((At illa eius ad
huc non cognoscens. putauit eum esse ortula
num)) cui incumbebat cura horti illius i quo
monumentum erat. eo q̄ mane primo eum
in horto videbat: estimabat enim nullum cir
ca loca illa occupari nisi eum qui illorum
cultor erat. Bene autem spiritualiter ortula
nus ei erat: quia sentes perfide ⁊ vitia: eam
iam eradicauerat. ac virentia semina fidei ⁊
virtutum. per amoris sui vim in eius pecto
re ⁊ horto anime seminare ⁊ plantare cura
bat. sicut enim ad ortulani officium pertinet
nocias herbas eradicare. Ut bene possint
proficere. ita dominus de horto suo ideo de
ecclesia quotidie vitia eradicat. vt virtutes
proficere valeant. Unde Origenes. O Ma
ria. si queris iesum. Quare non cognoscis.
Ecce iesus venit ad te quem tu queris. ⁊ tu e
stimas ortulanum esse. Verum quidem es
timas sed tamen in hoc erras: quia

enim sic ornlanum existimas. vt iesum esse nō cognoscas. Est enim iesus. est & ornlan⁹. qui ipse seminat omne bonū semen in horto aie tue. & in cordib⁹ fidelium suoꝝ: ipse omne bonū plantat & rigat in animabus sanctorū. & ipse est iesus qui te cuꝫ loquitur hec Orige. maria etiam in specie ornlani apparuit. tale enim officium. talis actus. tale exercitium. talisꝫ nominis interpetatio meipientib⁹ congruit. Oportet enim vt pennes gerat medū ornlani. i. vt omnia nocua eradicet. & bona inserat. Si ergo vis vt appareat tibi vet⁹ ornlanus. oportet te herbas nocuas ejicere & salutiferas inserere. Illa vero vt dyna respondit ei sicut ornlano: dicens. ((Domine si tu sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eum.)) qui mihi est singularis thesaurus etiam mortuus ((& ego eum tollam)) cum omni desiderio & accipiam. Dominum vocat. vt benuolentiam eius capiat. Non dicit si sustulisti iesum crucifixum loquendo determinate & nominā do eum. vel alias designando: sed dicit eum in generali nihil addendo: quia vis amoris & affectus cum desiderio querentis vel seruēter amantis hoc agere in animo solet. Vt quem ipse querit vel cogitat. omnes cogitare estimet. & nullum alium ignorare credat. Unde quasi de cognito loquitur. & quem ipsa diligebat omnes scire cogitabat: nec putauit alteri incognitum. quem sic ipsa continue plangit desideratum. Si ergo tu propter timorem iudeorum leuasti eum hinc. dicito mihi: vt ego eum accipiam. Timebat enim ne iudei etiam corpori insenirent exanimi. & ideo volebat in alium locum incognitum illud transpone. Mirabilis mulieris audacia quam mortui non terret aspectus. & cuinoya ludo ad graue mortui munus ellendum. Plus intemptat quam possit. Ex virtute enim amoris credebat se posse tantum corpus etiā mortuum portare: quia seruenter amanti nihil videtur difficile. Cum enim sexus femineus fragilis ad onera deferenda. & paud⁹ ad mortuorum corpori baiulanda: quicquid alijs impossibile est. Nec propter magnitudinem amoris leue & possibile arbitratur. Unde Orig. Joseph timuit & aulis non fuit tollere corpus de cruce nisi in nocte. & nisi hoc expetisset a Pylato. Maria autem noctem non prestolatur. non postulat nec veretur: sed audacter promittit dicens. Ego eum tollam. O mirabilis mulieris audacia. O mulier iam non mulier. Nullum locum excipit. nihil anteponit sine timore dicit. absolue promittit. Dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eū tollam. O maria magna est cōstātie tua magna est fides tua hic Orig. hic ergo ostenditur magna Marie deuono: & dilectionis feruor: & iō meruit quem mortuum querebat viuum videre & audire. Respice bn eam quomodo lachrymabili vultu simpliciter & deuote ipm exorat vt sibi illum quem querit ostendat semper. n. sperabat audire aliqua noua de suo vilecto super ola. Postquam autem (vt ait Grego. eam communi vocabulo appellauit ex sexu: & agnitus non est vocat ex nomine proprio vt eam magis intentam faciat & talem se exhibet vt cognoscat dicens ((Maria)) desiderium eius vlterius affigi non lineno per vocationem nōmis apertam sui declarat cognitionem. Et si aperte dicat recognosce eum a quo recognoscerio. Cum. n. apud deum certus sit numerus electorum magna gratia aliquibus datur quando propriis nominibus deo noti esse monstrantur propio ergo nomine vocat Mariam vt designet specialem quam ad sanctos habet noticiam. ((Illa vero conuersa)) corde & oculis mentis sicut ante erat cōuersa corpore & oculis carnis mox vt se suo nomine vocari audiuit eum in voce sicut ouis bona pastorem recognouit. Primus. n. conuersa corpore iesu esse q̄ non erat putauit nunc conuersa corde q̄ erat agnouit ac quasi reuiuiscens: & adorans eum indicibili gaudio ((dicit Rabboni)). i. magister sic. n. ante passionem eum vocare consueuerat quia doctores apud iudeos vocantur magistri. Tu es quem querebam quare tam diu te mihi celasti quia ergo perseuerauit vt quereret contingit vt inuentret. Uñ Grego: Maria quia vocatur ex nomine recognoscit amorem atq; cum protinus Rabboni. i. magistrum vocat. Quia & ipse erat qui querebatur exterius & ipse qui interius vt quereret docebat. Uñ Orig. O mutatio dextre excelsi. Conuersus est dolor magnus in gaudium magnum. Mutate sunt lachryme doloris in lachrimas amoris exultationis. Ut ergo audiuit hoc verbum Marie sic. n. consueuerat illam vocare magister suus persensit in ipso nomine quandā singularem vocationis dulcedinem & per eam cognouit ipsum a quo vocabatur esse magistrum suum Uñ etiam Anshel. Noli magdalene deserere comitatum sed peractis aromatibus cum ea dominicum sepulchrum visitare memento. O sicut illa oculis tu in spiritu cernere mereris nunc super lapidem reuolutum abpposito monumento angelum residentem: nunc intra monumentum vnum ad caput alium ad pedes resurrectionis gloriam predicantes: nunc ipsum christum mariam flentem

tristem. tam dulci oculo respicientem. tam suaui voce dicentem Maria. Rumpuntur ad hanc vocem omnes capitis caracte ab ipso medullo eliciuntur lachryme. singultus atq; suspiria ab imis trahuntur viscerib⁹ maria o beata quid tibi mentis fuit. quid animi cum ad hanc vocem te prosterneno. & reddēs vicem salutanti clamares rabboni. Quo rogo affectu: quo mētis desiderio clamasti rabboni. Nunc plura dicere lachryme prohibent cum vocem excludantur affectus. omneiq; & anime & corporis senitus nimius amor abiorbeat. & iterum nominat dominus consuetum ancile nomen & cognoscit ancilla consuetam domini vocem. Puto vel certe affirmo. quia sensit solliam suauitatem qua vocari consueuerat maria. o vox delectabilis. o quantum blandimenti. quantum saput amoris nec celerius hoc exprimi potuit. scio que scio & que vellis. Illico mutate sunt lachryme⁹. non enī credo mox esse restrictas. Sed quas contritum cor se torquendo prius exprimebat. eas postmodum cor gaudens effundebat. o quaꝫ dissimilia sunt rabboni. & si tu sustulisti eum dicito mihi. o quam disona sunt' tulerunt euꝫ & illud quia vidi dominum & hec dixit mihi hec Anshel & currens ac procidens maria ad pedes iesu. vestigia eius adorando. statim voluit ex deuotione amplecti vestigia eius quez recognouit ac pedes tangere & osculari vt cō sueuerat. o amor fortis & impatiens. non enīz sufficiebat ei videre iesum & cum iesu loqui nisi etiam tangeret iesum. Sciebat enim ga virtus de illo exibat: & sanabat omnes. Ipse se vero volens fidem in corde illius. vt ornī lanus seminare: & animam eius ad celestia eleuare ((Dixit noli me tangere)). i. manibus corporis. quem nundum tetigisti fide cordis quasi dicat. Potius volo vt tangas me tactu mentis. credens me patri equalem: quam tactu corporis credens me hominem purum & patre minorem. Adhuc enim carnaliter in eum credebat quem sicut hominem flebat. Prohibita est ergo. quia propter defectus fidei indigna erat. & ideo subdit (. Nondū enim ascendi)). i. eleuatus sum. s. in corde tuo ((ad patrem meum)). i. ad equalitatem patris. ga non credis me peruenisse ad equalitatem pris ac me filium equalem & coeternum patri qui me suscitasset a mortuis. sed est sublatum tanquam cadauer purum. Ac si diceret. Quia me tanquā mortuū in sepulchro queris. & resurrexisse non credis: ideo viuentem tāgere nō mereris. tibi. n. nōdū ad patrem ascendi quem viuentem cum mortuis queris. Cum tū ascendero ad patrem tunc mereberis me tangere patri qualem. Uñ Anshel. Sed o dulcis iesu cur a sacratis ac desideratissimis pedibus tuis sic arcto amantem noli inquiēgam tua desiderata vestigia mea pio me per nec deosculabor. An inimicitie ea causa quia a te non parcam lachrimis pectus singultibus suspirijs rumperur nisi tangam. Et illa inquit non timere non auferetur tibi hoc bonum sed differtur. hec Anshel. Sic ergo maria dubijs plena luctu inquieta preparatione indigut antequam ad tangendum tantam sanctitatem accederet si autem illa que dñm resurgentem prima post matrem eius videre meruit que tñ dilecta est a dño & tota eius mancipata obliquato ab omni peccato ab eo liberata a tactu pedum eius est prohibita quanto magis pollutus vitijs nec eum tutum tangat conniendo vel famendo. ((sed valde)) tam letifica ((dic & nuncia fratribus meis)). s. apostolis quia surrexi ((& ascendo)) i. ascendā ((ad patrē meum)) per generationem & naturam ((& patrem vrm)) per adoptionem & gratiam ((deum meum)) quia hominem creauit & sub quo ego hō num fm humanitatem ((& deum vrm.)) qui vos creauit & ab errore liberauit inter quos & ipsum ego mediator sum. Quasi dicat. In proximo est vt videant ascendentē loquitur in proposito inquantum homo quia ascendere non cōpetit ei secundum diuinam naturam que est altissima quod eis patet ex hoc quod vocat apostolos fratres propter similitudinem: & conformitatem nature humane: & propter spiritualem amicitie: & etiam propter adoptionem gratie quia eius patris sunt filii ad optiui cuius ipse est filius naturalis. Unde Seuerianus. Uocat fratres quos. corporis sui sicut germanos vocat fratres quos patri suo adoptauit in filios vocat fratres quos benignus iesus sibi prestitit coheredes. Uocant fratres propter specialitatem amicitie quam habuit ad ipsos. Unde & Ambrosius Descendisti quidem filius hominis nec patri cum descenderes abstisti sed descendisti nobis: vt te oculis ac membris videremus vt in in te crederemus. Ergo & ascende nobis: vt te sequamur mentibus quem oculis videre non possumus. hec Ambrosius. stant ergo dilecti cum iocunditate: & gaudio magno loquentes adinuicem sicut amicus cum amico. Ecce igitur & hic similiter magnum pascha sic itaq; dominus a matre rediens. apparuit primo marie magdalene' q̄ ipse

apostolis vel aliquibus alijs. Unde ꝓ ieronymus. Marie magdalene primo ostenditur de qua eiecerat septem demonia: quia meretrices & publicani precedent synagogam in regno dei. vt latro precessit apostolos. Locus autem vbi dominus apparuit magdalene. dicit quindecim passibus a sepulchro. Nunc igitur mulierem que mane surrexit: amare fecit. ardentissime dilexit. diligentissime que fecit. & ideo ꝑ ceteris inuenit. & nos imitemur eius q̄ exercitium gerentes. cum lachrymis & perseverantia dominum queramus. vt simul cum ipsa dominum inuenire. & ab eo consolari meremur. Unde origē. sequamur ergo fratres carissimi huius sancte mulieris affectum. vt perueniamus ad effectum. Plorat vnusquisq; ad iesum & queret fideliter iesum. q̄ non deest animę querenti illum Dilige ergo o homo peccator a muliere peccatrice. cui tamen dimissa sunt omnia peccata sua. Dilige peccator homo plorare dei absentiam. ac intime desiderare eius penitentiam Dilige a maria iesum amare & iesum sperare. indefinenter querere & querendo inuestigare. nulla aduersa formidare nullam consolationem extra iesum recipere. omnia preter ipsum contemnere. Dilige a Maria querere iesum in monumento cordis tui. reuolue lapidem ab ostio monumenti dei. Amoue omnem duritiam & repelle omne obstinaculum a fide tua. Tolle ergo omnem concupiscentiam & omnem immunditiam a corde tuo & diligenter perscrutare si sit iesus in eo. Si autem non inueneris in te iesum sta foris & plora & permane in fide: & respice foris ad alios si forte alicubi inuenias & videas in aliquo eius & plorando ora iesum vt dignetur intrare ad te & habitare in te & ne forte erecta cervice repellas eum a te humiliando inclina te. Et iterum prospice in monumento dei quod debet esse in te. Et si tibi videris duos angelos. vnum ad caput & vnum ad pedes. s. si cognoueris in corde tuo. quasi celestia desideria. tam ad cōtemplatiuam vitam q̄ ad actiuam. pertinentia per que adhuc non potuis ipsum videre nec iesum habere: noli his contentus esse. noli ad huc deficiendo quiescere sed plora & quere eum in te donec inuenias & si forte aliquo modo tibi apparuerit & ex desiderio tuo se reflectaverit: noli presumere de te tanquam ex tuo desiderio vel merito tibi apparuerit. & tanquam eum agnoscas: sed bonitati pietatiq; eius attribue te interroga illum & ora vt indicet tibi seipsum. Audeo enim tibi confidenter promittere. si in fide ad monumentum cordis tui steteris. si plorando iesum quesieris. & querēdo perseveraueris. si cum humilitate te inclinaueris. si exemplo marie nullam aliam consolationem de iesu. nisi ipsum recipere volueris ipso reuelante ipsum sine dubio inuenies & ipsum agnosces ita vt nō sit tibi necesse querere ad alijs vbi est iesus sed tu magis indicabis eum. nunciando quod vidi dominum & hec dixit mihi. Dec Orige. Post aliquantulum vero mozulam dominus discessit. dicens. quia & alios. visitare eum oportet. Tunc magdalena benedictione ab eo recepta. & domino descendente recessit. & tam credēs ad socias suas venit & hec eis nunciauit. Illę vero de resurrectione domini gaudentes. Sed quod cum non viderant dolentes ((recedant cum eō monumento)) ideſi de loco ante monumentum. scilicet de septis horti in quo erat monumentum. ((cum timore & gaudio magno. currentes nunciare hec discipulis)) domini de ipso. secundum glosam duplex erat in eis affectus. scilicet timoris & gaudij. alter de magnitudine miraculi. alter ex desiderio resurrectionis: & vterq; gressum concitabat femineum.

Oratio.

Pijssime domine o dulcissime magister quam bonus es tu his qui recto sunt corde. quam suauis his qui diligunt te. O quam felices sunt qui querunnitte. & quam beati qui sperant in te. Verum certe est quod tu diligis omnes diligentes te. & nunquam derelinquo sperantes in te. Ecce enim hec delectrix tua simpliciter querebat te. & veraciter inuenit te Sperabat in te & non est confusa a te. & ꝑ hoc est consecuta per te quam expectaret a te. ob secreto ergo te domine. Da & mihi diligere & querere te. ac sperare in te: vt & ego a te diligi & te inuenire merear. & a te nunquam derelinquar Amen.

Quomodo dominus apparuit tribus Marijs.

Capitulum.lxxiij.

Um ergo iste tres Marie simul pergerent ꝺ monumento reuertendo. antequam ꝑuenirent ad ciuitatem & ad apostolos ((occurrit)) & apparuit ((eis)) dominus ((ihesus)) Ubi Piero. Pergebant ad apostolos. vt per illos fidei seminarium spargeretur. Que autem sic querebant que ita currebant. videbantur obuiam habere dominum resurgentem. Et (vt ait Raba.) per hoc ostendit se omnibus fieri virtutum inspectantibus. vt ad illa

tem perpetuam perducere queant adiuuando occurrere. Blande quoq; salutatione dominꝰ deuotas erigens. & verbo consolatorio tristes consolans ((ait auete)) ex cuia forma q̄e. vbi Dicerent. Primo mulieres merentur audire auete. & maledictum cui mulieres in mulieribus soluerentur ((Ille vero)) vltra quam dici posset exhilarate ((accesserunt)) vt tam credentes & per fidē illuminate. q; vt ait apostolus. accedente oportet accedere ((& tenuerunt ac deosculate sunt pedes eius)) ex deuotione: humanitatem in qua surrexit probātes aperte & de resurrectione eius certificare: deum ac dominum ((adorauerunt)) adoratione latrie tanquam fidem trinitatis astruentes. Unde Crisо. Tenuerunt pedes eius. & cum superbabundanti ad eum letitia currentes acceperūt & per tactum coniecturam & certitudinem resurrectionis: & adorauerunt eum forsitan aliquis vestrum vellet. & secundū illas effici mulieres. & pedes detinere iesu. Potestis & nunc quicūq; vultis nō pedes & manus solū: sed & caput detinere sacrū illud. terribilibus potentes misterijs pura cōscientia. Non hic aūt solum: sed & in illa die videbit eum cū in effabili gloria illa. & plebe angelorum venientē si voluerit is eē misericordes & audictis ꝺba illa venite benedicti patris mei. hereditate ꝑcipite regnū paratū vobis ante cōstitutionē mūdi. Dec Crisо. Iste est modꝰ veniēdi ad veniam. s. accedendo ad pedes xp̄i. Unde debemꝰ ire ad osculum pedis christi per deuotā orationē eius. s. considerando humanitatem. Si vis capere celsitudinem dei cape prius humanitatem christi. Aliter acceditur ad xp̄m per fidē illuminantem: vñ in psal. accedite ad eū & illuminamini: tenetur per caritatē cōiungētem. vnde in Cant. tenui eum. s. dilectum nec dimittam: adoratur per debitū cultus exhibitionem. vnde supra in euangelio dñm deū tuū adorabis: & illi soli seruies. & tūc magdalene est datum scilicet vt tangeret eum. quod fuit ante dilatum quando querebat viuentem cū mortuis. s. in sepulchro & loco mortuorum. Cū magna igitur iocunditate loquunt adinuicē & factum similiter pascha magnū. hic vt ait Anshel. quamdiu potes morare. non deficiat tua semina interpellet. nullus exterior tumultus impediat ((. Tunc ait illis iesus. Nolite timere)) hoc dicit ad earum perfectā consolationem q; timor qui eas inuaserat adhuc totaliter ab eis non recesserat. Sicut occurrit currenti. & ante dixit gaudentibus ita timorem excludit a timentibus. Et subiungit. ((Ite nūciate fratribus meis. vt eāt i galileā. ibi me videbunt.)) Ubi Piero. Non in iudea sed in multitudine gentium gratia. n. translatura de iudea ad gentes precedet viam in cordibus preparando de galilea & hac Maria latius est dictum ante precedens capitulum. Videt hic & supra q; magister humilitatis vocat discipulos suos fratres cos amicabilius solito nominans vt securius ad eum accedant. Et non timeant accedere propter hoc q; eum in sua captione reliquerant & vt veram resurrectionem doceant vt ad honorem & ad amorem accendat. Unī Raba. Vera fraternitas est que fratrem veneratur deuotum corripit dissolutum: que presenti obsequitur absenti non rodit sano applaudit infirmam non delevit placatum non provocat fratrem meruit vt maiorem. Dec Ra. Angelus apostolos vocat discipulos ratione humilitatis debite dño vnus honorem iesus autem quamuis dñs vocat eos fratres & caritatis & humilitatis ratione in quo datur pietatis forma caritatis: & humilitatis iuxta illud. Eccle: Recte eum te posuerunt esto illis quasi vnus ex illis. Nunquaz iesus olim dñs humilitatem dimisit sed vsq; ad mortem fidem ei seruauit. & etiam post mortem necnon post ascensionem. Nonne in fine pedes discipulis lauit. Nonne humiliauit se vltra q̄ dici possit crucis patibulum sustinendo. Nonne post resurrectionem vocauit discipulos fratres. Nonne plus ascensionem locutus est paulo humiliter quasi ad comparem suum saule: saule quid me persequeris. Dec nominauit se deum sed iesum nazarenum nomine etiam in sede maiestatis consistens dictorus est in die iudicii quandiu fecisti vni de his fratribus meis minimis mihi fecistis: Non sine ci virtutem hanc tñ amauit & suo nobis exemplo commendauit sine hoc. n. fundamento frustra fit aliarum virtutum edificium vel constructio. Uñ nec de castitate nec de paupertate nec de aliqua virtute ꝑfecte confidas sine humilitate ((Venit ergo Mariamagdalena)) cum aliis duabus ad nunciandum bonos rumores xp̄i discipulis tribus de monte dñi hec. n. dies bona nunciata fuit ((nuncians eis: q; vidi dñm & hec)) que dicta sunt ((dixit mihi)). Nunciare volebat Mulieres opus facium euangelice facte que apostole apostolorum sectantes ad denunciandum manē misericordiam dñi eis qui recte intelligit alios nunciare debet iuxta illud Apocalipsis qui audit dicat veni: vnde per istam que per oibus fuit solicita videre xp̄i sepulchrum ꝓpter q̄ dño ei primo apparuit significat quilibet persona de cognitione veritatis diuine valde solicita & per hoc meritis

ssequi cognitionē. ꝛ talio debet veritatem agnitā nunciare alio sicut maria nunciauit discipulo. ne de abscondito talento debeat merito reprehendi. vnde Beda. In eo autē q̄ hec mulier discipulo xp̄m resurrexisse nūciauit omnes monemur. maxime quibus est cōmissum predicandi officium. vt ñ quid eo celatus revelatum fuerit studiose proximo p̄ponant. hec Beda. misericordissima dei pietas in hoc loco erga sexum femineum declarat mulier resurrectionis accepit primum mysterium ꝛ mandata custodit: vt veterem prevaricationis errorem aboleret inde ꝑm Greg. humani ge nerio culpa abscidim. vnde p̄ cessit: mulier in paradiso viro p̄pinauit mortē a sepulchro mulier viris anunciauit vitaz ꝛ dicta subtilificatoris narrat que mortifer serpētis verba narrauerat. mulier que fuerat ianua mortis. prima predicat resurrectionem ꝛ ostendit ianuam vite. Ac si ꝙz Greg. humano generi non verbo dominus ꝙz rebus dicat. de qua manu vobis illatus ē potus mortis: de ipsa suscipite poculū vite. Unde Aug. Resurgentem deum primores femine apostolis nunciauerunt. Nūciauit viro suo mortem femina in paradiso: nunciauerunt ꝛ femine salutem viris in ecclesia. Resurrectio de christi apostoli erant gentibus nunciaturi: apostolis femine nunciauerūt. Unde ꝛ Ambro. Sicut in principio mulier auctor culpe viro fuit. vir executor erroris ita nunc ꝙ mortem primo gustauerat resurrectionē prior vidit culpe ordine remedio prior: ꝛ ne perpetui reatus apud viros obprobrium sustineret que culpam viro transfuderat. trāsfundit ꝛ gratiam veteriꝙz lapsus compensat crumnam resurrectionem indicio. Per os mulieris ante processerat: per os mulieris vita reparatur. Unde ēt Beda. O ꝙ felices femine que triumphum resurrectionis mundo meruerunt annunciare: ac mortis quā eva serpētino affatu seducta contraxit imperiuz divinum predicare. Quanto feliciores anime virorum pariter ꝛ feminarum: quotquot ī die iudicii percussis panore ac digna vltione reprobis ipse celesti gratia ad vite triumphare demum ꝛ gaudiū beate resurrectiōis meruerint intrare. hec Beda. Et q̄ constantiā predicandi non habet sexus inferior. ꝛ ad exēplum infirmior. ꝛ mulieribus docere in ecclesia non permittitur. mādatur viris officium evangelizandi. hec ut nunciat mulier ipz nō vt mulier: sed vt ecclesiā gestans. Recte quo ꝙ hec mulier que leticiam dominice resurrectionis prima nūciauit. s. sancta Maria magdalena septem demoniis. i. vniuersis vitiis ꝛ criminibus curata esse memoratur. vt vbi abundauit peccatum superhabundare gratia mōstraretur: ꝛ ne quisquaz digne penitens de venia cōmissorum desperaret. videns eā que tot erat subdita vitiis in tantum culminis subito esse promotam. vt ipsio cuāgelistis atqz apostolis prima miraculum resurrectionis evangelizaret. Tum etiā vt nullus de sua innocentia presumat aut peccatē desperet. tum vt pateat ꝙ ex dei habundātia gratia peccator alicui resurgit melior: quam ante casum fuerat. Sancti cū peccant lapsi est mi⁹ non cunctis. cadat iustus. labatur iustus. resurgat iustus melior erit. Sanctis cūctis cooperantur in bonum.

Oratio.

Jesu nostre redemptio amor ꝛ desiderium qui devotis mulieribus te querentibus. te desiderantibus ꝛ a tuo sepulchro redeuntibus refulgens a mortuis propitius occurrēs apparere voluisti quero ego te quem diligit anima mea Jesu dulcissime. quero ꝛ noli iuvenio. Occurre igitur anime mee querenti te. o vnice fili dei patris. ꝛ si differo in presenti tuam desiderabilem p̄sentiam non auferas ī futuro. vt in vltima resurrectione fidelium mihi cum electis tuis merear iocundari. Amen.

De mendatio custodum.

Capitulum. lxxiiij.

Deinde cum mulieres abissent)) a monumento ad explendam iussionē vtiqꝫ((quidem de militibus)) illud custodientibus. qui viderunt factum ꝛ audierunt verbum angelicū((venerunt)) ipsa die resurrectionis((in ciuitatem)). s. hierusalem((ꝛ principibus sacerdotum)) a quibus positi erant ad custodiendum sepulchrum christi((nunciauerūt cōa que fuerāt facta)). s. xp̄i resurrectionē ꝛ angeli terribilē apparitionē. ac terremotū ex his que viderant ꝛ audierāt. facti sunt vellēt nolent testes ꝛ predicatores veritatis ꝛ resurrectionis dñi triūphatoris mortis. et hoc quippe est validū testimoniū q̄ ab inimicis ꝛ crucifixoribus xp̄i iudei audiāt surrexisse ipsum Ubi fm Crisō. mira angeli apparitio ꝛ terremotus pp milites fcā sunt vt stupefierēt ꝛ abeis fieret testimoniū veritatis. Veritas. n. a cōtrarijs divulgata magis effulget. Quod ꝛ cōtingit. qñ predicti custodes nūciauerūt principibus omnia qui facta fuerant. Ubi vero

dum ꝙ volentes impedire divinaz providē tiam: cōtra suā intentionē p̄movent illam: sicut fratres Joseph vendiderunt ipsū ne adorarent eū: ꝛ p̄ hoc cōpulsi sunt euz adorare. fm̄ prudentie divine ordinē. Sic principes iudeoꝝ volentes ipenire celebritatē nois xp̄i fuerunt valde diligētes de custodia sepulchri ꝛ per hoc celebrata est fama de veritate resurrectionis. ꝛ per consequens fuit notis. ita docta igitur simplicitas fatetur veritatē astuta vero duplicitas principū modum querit quo affirmat falsitatez. Unde Rab. Simplex animi equitas indocta hoīum rusticitas semper veritatem reit: vt est sine fraude manifestat ac contra versuta malignitas: falsitatem verisimilibus verbis p̄ vero cōmendare decertat hec Rab. Unde nequitia iudeoꝝ per hoc non quievit. qz ((congregati cū senioribus)) ad confingendū falsitatē ((consilio acceptō dederunt militibus pecuniā copiosā)) ad puertendū veritatē ((tintingentes eis vt)) ad vemgrandā resurrectionis famā((dicerēt ꝙ ipso dormientibus discipuli eius nocte furati eū essent.)) Ecce apertū mendacium. Unde Remig. o stulta infantia dormitēs testes adhibes. si dormierunt quō futuruz viderūt si non viderunt quō testes sunt. Quod si ēt fures viderunt. cur nō eos detinuerunt. Unde ꝛ Crisō. vere formam mendatij habebat ꝙ dicebant qualiter. n. furarentur discipuli hoies pauperes ꝛ ideo te. ꝛ neqz apparere audentes. si. n. adhuc xp̄m vivū videntes fugerunt qualiter mortuo eo non timuissēt tot militū multitudinē. Nūquid ostiū sepulchri poterant evertere. lapis eminebat magnus. multis indigens manibus. Nunquid erā nō erat sigillum superimpositū. quare non perfossibilia sunt que de furto dicta sunt. Unde per que resurrectionem obumbrare conātur per hec et. am faciunt clare. Dicentes enim ꝙ discipuli furati sunt confitentur corpus nō esse in sepulchro furtum autem ostendit esse mendax custodia militum ꝛ discipulorum pauor hec Crisō. Per hoc etiam moliebant discipulorum perditionem. imponendo eis furti crimen. ipsi tualiter autez discipuli xp̄i fures erant. quia ab ingratis iudeis scripta noui ꝙ veteris testamenti ablata in vsum ecclesie conferebant: ꝛ salvatorē qui eis p̄mium fuerat. illis nocte dormientibus hoc est infidelitate torpentibus abstulerunt. gentibus credendum tradentes. Et vt dicit. severianus. Ammonuerunt milites. perdiderunt iudei. sed discipuli magistrum suum non furto. ꝛ fide virtute non fraude. sanctitate non crimine. vivum non mortuū sustulerunt. De cēpti vero erarii: ꝛ oblatione pauperum non de bursio proprio acceperunt premium ꝛ copiosam vt ea famam xp̄i extingerent cuius sanguinem ꝛ vitam prius humilitatis gratia emerant. De communi prodigi summa adeo vtde proprio nil erogemus hec propter tas diligitur: ꝛ communio contemnitur. Unde Piero. Lusiones miracula confitentur Illi qui post tale testimonium debuerunt converti ad penitentiam ꝛ iesum quere resurgentem perseverat in malicia. Et pecuniam que ad vsus templi data fuerat venerunt in redemptionem mendacii sicut ꝛ ante triginta argenteos iude dederant predicten. Dēo igitur qui stipe templi ꝛ his que conferuntur ad vius ecclesie abuuntur ꝛ aliis rebus in quibus suam exp̄lant voluntatem si miles sunt scribarum ꝛ sacerdotum redēmentium mendacium. ꝛ sanguinem salvatoris. Unde ꝛ Hylarius. Emitur ergo resurrectionis silentium. ꝛ furti mendacium argento: quia honore seculi (qui in pecunia est ꝛ cupiditate) xp̄i gloria denegatur. hec Hilarius. Illio etiam iudeis similes sunt: qui cum magnis sumptibus ꝛ laboribus conantur ad subuersionem veritatis cuiusmodi sunt aduocati dolosi ꝛ doctores vanegloriosi ꝛ illi qui eos ad hoc inducunt quibuscunqz modis. Ubi Crisō. Non mireris si pecunie milites superauerunt apud discipulum tantum ostenderunt virtutem vt facerent cum magistri predictorem nihil enim clausum vel occultum quod non pecunia indagante fit contrium. Propter quod dicitur nihil iniquius quam amare pecuniam. Unde ꝛ Raba. O pestis magna auctoritate super bonis annis deteriorāda quid illesum qui d inconcussum dimittis. Tu genus hominem confudisti in discipulum comitem christi ab apostolatu precipitasti tu milites custodientes christi sepulchrum captivasti. Nunqnid aene dictum est pecunie obediunt omnia hec Raba. O quot iudei ꝛ milites in hoc scelere. ꝛ heredes iudei ꝛ milites in hoc scelere. etiam apud magnos ꝛ potentes reliquerunt qui pecunia corrumpuntur ꝛ corrumpunt. ac pro temporalibus: ꝛ transitoriis agentes iniquitatem credunt nihilominus sed vane ꝙ sic anime eorum requiescant in pace ꝛ partem habeant cum christo ꝛ resurrectione. ((Custodes vero accepta pecunia)) corrupti((fecerunt sicut erant docti)) ꝛ dixerunt nobis dormientibus furati sunt discipuli iesu corpus eius. sed mentia est iniquitas sibi ꝛ avaricia sicut christi discipulos fuisse deceptos. hec autem irrisio hodie congruit pigris illis hominibus. Ubi dominice resurrectionis torpentibus.

Pe. Damianus quidem est autez ne iom
n equis vel adrotamentum quidem incem
petendus bene alienat. & maxime tuita
dicendus vt quid videlicet tempore grauius
incumbu accidam. canonicis non inuenit
occupatus officia. Abbi enim nostrum ſ
pote vel ignime ederet qua videlicet hora
constit redempcre nostrum de ductu mor
tis imperio surrexit. Ne si hunc dominamus
quando ecisse sole corpore. etiam mercies
noster homo lucem debeat in occidua ex
pecture. quod absit vt istrilo nobis videatur
illa congruere discipuli eius nocte venerit &
nobis dormientibus furati sunt eū. Dec Pe
tro. Illud autem mendacium nullā iudei
emerunt cure. quod adhuc eo tenet in error
re. Unde (dimigatū est) & manet (hoc ver
bum) (scilicet q christus furatus fuisset. non
surrexisset tangnam verum (quod ñ erat ial
ſ) apud iudeos ((vſq;) modo & (in hodier
num dem) & vſq; hodie sinz non videt vel
intelligunt errorem. Unde Rab. Error em
pti mendacii. per q resurrectionis denegant
veritatem pericuret in iudeis. ne in christū
credent & recta eos constringit ppetuo. Ad
tempus autez mendacium preualuit ſ non
semper. Nam contra ficium mendacium iu
deorum. refulget efficax & irretragabile testi
monium resurgentium mortuorum qui (mul
ta corpora sanctorum qui dormierunt) (somno
morte) (surrexerunt post resurrectionem
eius) tanquam testes sue resurrectionis ((& &
exeuntes de monumentis venerūt in sanctā
ciuitatem) (hierusalem que dicit sancta pro e
suum q̄ ait nō mea sed tua voluntas fiat. Sz
si fieri posset. vitam eternā preter mortis mo
lestiā concupisceret. Est .n. in nomine duplex
appetitus. ℓ. sensitiuus ℭ intellectiuus. ℭ vter
q̄ aliquā ℭ large loquendo voluntas nomi
natur: quia sc̄us appetitus intellectiuus ꝓprie
voluntas dicitur. licet ergo appetitus intelle
ctiuus in petro esset promptus ad martyriuz
tñ appetitus sensitiuus refugiebat. q̄ mors ē
vltimum terribilium. Et eodem modo i chri
sto fuit: vt visum est supra vbi ad patrez ora
uit. Nam inter animam ℭ corpus est a deo
naturalis amor: q̄ nunq̄ vellet anima a cor
pore separi nec eonuerio. Et ideo dicit. quo
tu non vis. scilicet scm nature instinctum. qui
sic est naturalis. vt nec ipsa senectus eum pe
tro auferre potuerit. sed desideriū gratie hoc
imittit. Unde dicit apostolus. Cupio dissolui
ℭ esse cuz christo. Unde Crisi. dicit ergo quo
non vis propter naturalem compassionem
anime: que inuita separatur a corpore deo
hoc vtiliter dispensante. vt non multi sibi
mortem inferant voluntatem. Nec Crisosto.
sed secundus Augustī. Quantacūq̄ sit mole
stia carnis debet eaz vincere vis amoris. quo
amatur christus. qui etiam mori voluit pro
nobis: quia si nulla esset. vel parua mortis
molestia non esset tam magna martyrij glo
ria. Unde Grego. Neq̄ enī si plenissime Pe
trus nollet pro christo pati potuisset. sz mar
tyriuz q̄ per infirmitatem carnis noluit. per
virtutem spiritus amauit. Qui dum per car
nem ad penas ire trepidat. per spiritum ad
gloriam exultat. Actumq̄ est. vt cruciatum
martyrii nolendo voluisset. Sic nos quoq̄
cum gaudium querimus salutis. amaruz po
culum sumimus purgationis. amaritudo q̄
dem in poculo displicet: sed restituenda per
amaritudinem salus placet. Cuz ergo cogno
uit dominus. q̄ diligeretur a petro: predixit
ei fructum dilectionis. scilicet coronam mar
tyrii quo oues pascere. ℭ ecclesiam multipli
care. ℭ se caput sequi deberet. Unde Bla.
passurum predicit. qui negaturum predixe-
rat. Hoc iam poterit. scilicet pati pro christo
ratione firmatus. q̄ immature pollicebatur
infirmus. Iam non meruit huius vite inte-
ritum. quia resurgente domino vite alterius
precessit exemplum. Unde ℭ Crisō. Et nimi
rum hoc volebat ℭ cupiebat: iccirco ei mani
festum hoc fecit. Quia enim dixit animam
meam ponam pro te. ℭ si oportuerit me mo
ri tecum. non te negabo. dedit ei q̄ desidera
bat. Quia enim' petrus semper volebat esse i

eisque pro eo erant pericula. Confide ait.
ita enim tuum implebo desiderium. vt que
non passus eo inuenio existens. hoc te opor-
teat pati senem factum. Dec Crisostomus.
hoc autem quod ait. alius te cinget ℭ ducet
te. debet precedere hoc q̄ dicit. extendes ma-
nus tuas. nam in alterius cinctione exprimi
tur impositio vinculorum a persecutore. Un
de Augustinus. Extendens inquit ma-
nus tuas. hoc est crucifixeris: ad hoc autez
vt venias. alius te cinget. ℭ ducet. non quo
vis. sed quo non vis. prius dixit quod fieret:
ℭ deinde quomodo fieret. Non enim cru-
cifixus. sed crucifigendus quo nollet est du-
ctus. hec Augustinus. Et bene dicit cum se-
nueris. Nam post tempus quo verba ista
dicta sunt vsq̄ ad tempus mortis petri. fluxe
runt fere triginta septem anni. Unde pa-
ret. quod satis senex erat. In hoc autem q̄
petrus cum senuisset. prope terminum vite
tam esset passus est molestiam crucis: multi
ce significatum est quod post peccati remis-
sionem. toto tempore vite sue debet homo
pro peccato suo dolere: ℭ vsq̄ ad terminum
vite miseriam sustinere. Unde Bla. Etiam
remissus peccatis tolerat homo miseriam.
in quam tamen ex peccato venit productior
est pena quam culpa. ne parua videretur
culpa. si cum illa finiretur ℭ pena. In petro
typus est secularium. ℭ religiosorum. Se
cularis enim quo tulit vadit. dominus sue
voluntatis. sed religiosus superior lignami
ne cinctus grauitate religionis senior. ℭ pro
fessione matrio: precepto maioris tra-
quenter ducitur quo non vult: nisi propter
obedientie fructum. ((hoc autem dixit iesus
petro. significans)) quia esset crucifigendus
((ℭ hac)) morte deum clarificaturus. Marty
rium enim petri fuit ordinatum ad glori-
am dei. Quia sicut ne cui geretur vincu-
lis cum domino christum obscurauit in cor
dibus. audientium negatione. ita exten-
dendo manus in simili cruce sicut christus
glorificauit christum per exemplum con-
stantie in veritatis confessione. in auribus
crucifigentium tortorum. Quamuis enim
christus non clarificetur in' se malis ℭ infi
delibus. tamen clarificatur quotidie per exem
plum patientie a sanctis. ℭ bonis fidelibus.
Mors ergo sanctorum est ad gloriam chri-
sti. quia ex hoc ostenditur magnitudo do-
mini. quod pro eius veritate. ℭ fide sancti
exponunt se morti. Cum enim vis amo-
ris graues vincat molestias mortis. pro-
fecto martyres morte sua deum clarifi-

cant. ostendentes ea: quantum colendus
ℭ amandus sit. Et nota quod christus in di
rectum crucifixus est. Petrus ob reverentiaz
domini in contrarium scilicet decorum sed
Andreas intransuersum. Et cum hoc divi-
set iesus Petro nunciando ei mortem passio
nem ne dura ℭ intolleribilis Petro videre
passio hanc suo exemplo piis magister lenī
re curauit: ℭ ad genus mortis exemplo sui
cum inuitans((dixit sequere me)) idest imita
re me sequi enim dominum imitari est. Ac si
diceret. Tamo tollerabilius crucis passiones
sustinebis quanto in eius sufferentia mea te
sequi vestigia recordaberis vt sicut ego pro
tua salute crucis patibulum sustinere non di
stuli. ita quoq̄ tu pro cōfessione nominis
mei te pati debere memento quia eo glorio-
siorem palmam martyrij consequeris. quo
ad hanc promerendam arctius magistri iter
sequeris. Quia enim Petrus prius singula
riter ad hanc se exhibuerat sequela. dicens.
quia non possum te sequi animam meam
pro te ponam ideo singulariter ab eo exigit
dominus promissum dicens sequere me scili
cet in genere mortis si me inquit diligis seque
re me vent post me ℭ sicut ego pro te ita ℭ tu
moraris pro me sicut ego in crucem ascende
tu eandem quam ego mortem patere. Unde
non dixit soli sed signanter pre alijs: quia
ipse pre omnibus debebat animam pro gre
ge ponere ℭ omnibus hoc autem dicendo do-
minus surrexit ℭ a loco communi abire cepit.
Et sic per illam sequelam corporalem idem
significabat quod prius Petro per verba ex
presserat sicut enim in veteri testa. prophete si
gnificabant aliqua verbis ℭ aliqua factis si-
militer christus faciens postquam verbo pre
dixerat Petro suum martyrium incepit ire
ℭ tunc dixit ei sequere me scilicet in hoc
quod predixi tibi. ((Conuersus Petrus)) re
traendo oculos ab aspectu domini((vidit
Johannem quem diligebat iesus etiam se-
quentem)) quia sicut ℭ Petrus ceperat ire
post christum: ℭ volens certificari de morte
Johannis ex amore quo eum diligebat de
eo dominum questus dicens. ((hic autem
quid)) scilicet patietur. Quasi diceret. Ecce
ego sequor te in passione. hic autem quem
vt me diligo nunquid morietur sicut: ℭ ego
Postquam Petrus audierat se crucifigen
dum voluit etiam agnoscere fratris exitum
Diligebant enim Petrus Johannem spiri-
tuali dilectione. Et ideo volebat cum in mar
tyrio socium habere. Unde dicit Crisō. quod
valde diligebat Petrus Johannem: ℭ as-

dicens tam magni amoris indicia a domino. quod videlicet simili genere mortis secutus esset dominum quo dominus precesserat Petrum incipiebat tam magnorum numerus habere socium. De hoc autem quod Petrus interrogauit: etiam Johannes interrogasse non audebat. Diligebat autem (vt hic dicit) Jesus Johannem non quidem singulariter solum: sed pre ceteris familiarius. & specialia signa dilectionis ei ostendendo preceteris. & hoc signum inter cetera. vt per pacem exiret de vita. non per certamen passionis. Diligebat quippe primo propter munditiam puritatis. quia virgo est electus a deo & virgo permansit. Secundo propter sublimitatem sue sapientie. quia ceteris altius archana diuinitatis vidit. Tertio propter feruorem sui affectus ad christum. qui diligentes se diligit (. Et respondens iesus Petro dicens. Sic eum' volo manere)). i. expectare scilicet ablq; passione martyrij ((donec)) ecclesia sua pace firmata ((veniam. s. ad eum vocandum & per placidam mortem de hoc mundo ad gloriam celestem assumendo. Quasi dicat. nolo eum mori per martyrium & me sequi per viam passionis sed magis volo eum occupari in quiete contemplationis: donec me vocante & hac vita in aliam transiuerat suauiter & locum de. Habetur enim in legenda eius. quod xp̄o apparuit sibi circa finem vite sue cum discipulis suis vocans eum ad gloriam: & ad epulandum cum illis. quid ad te. i. inuestigare & ipse. Quia ad petrum non pertinebat scire quod deus ordinabat in futurum. de Johanne sed tantum pertinebat ad ipsius verbo christi prompte & humiliter obedire. Ideo sequitur ((tu me sequere)) scilicet crucis passione. Unde Crisos. sic eum volo manere inquit qd ad tuer hoc eruditus nos non anxiari neq; multum inuestigare. neq; vitra ea que placent ei quererere & nihil vltra quam oportet circūscrutari. Hoc autem faciebat ab intemperanea compassione que ad inuicem erat diuidens eos. Quia enim debebant orbis terrarum procurationem accipere non oportebat eos ad inuicem de reliquo esse completos. Profecto enim magnum huic terrarum factum esset damnum. propterea ait oportunissum est tibi. id attende & perfice & exercere certa. Hāc volo si voluero manere hic ((qd ad te)). Tu ea que tui ipsius sunt: attende & curo iste solicitus sis. hec Crisos. ((Exiit ergo sermo iste inter fratres)) id est discipulos. qui erat vnitus fraterna caritate: & diuulgatum' est' i publicum per narrationem vnius ad alterū ((quod discipulus ille non moritur)). Dunc intellectum conceperunt ex verbis christi & in illo intellectu sermo ille recitabatur. q̄ Johannes non esset moriturus sed donec christus ad iudicium veniret victurus. sed nō erat hoc magnum donum. si datum esset discipulo cū mundo fuit dissolui & esse cum christo. Ille tamen intellectus fuit erroneus: quia Johannes secundum veritatem est moriturus. Et ideo' ista tim excluditur cum subditur ((. Et non dixit ihesus non moritur)) quia sententia mortis in omnes in originali peccato natos prolata est ((sed dixit. sic enim volo manere)) a dolore persecutionis alienum. donec veniam vocando eum in morte per resolutionem naturalem ad celum ((quid ad te)) hoc remittitur legēdū est: quia non querit sed solum recitat hoc q̄ ante dixit. Habebat autem Johannes nonagintanouem annos cum' moreretur. & sexaginta octo annis predicauit. ((hic est discipulus ille)) scilicet Johannes. De quo saluatore tam locutus est ((qui testimonium perhibet de his.)) que vidit & audiuit. Propter quod eius testimonium est efficax & verum ((& scit ipse hoc)) tanquam testis verax testimonium perhibens de eis. Modus erat antiquorum q̄ illi scriberent historiam qui viderunt: propter q̄ dicitur historia ab historia q̄ est videre: quia qui videt q̄ sit potest inde historiam contexere. & ideo Johannes que verba christi audiuit & facta eius vidit: conuenientissime scribere potuit. Omissa autem omni cōparatione inter duos istos discipulos de dilectione potest ad misterium referri & mistice accipi. Nam per hos duos duplex significat vitā. s. actiua & contemplatiua. Per petrum enim cui dictum est sequere me labor exprimitur vite actiue. ad quam pertinet necessitatibus proximorum insudare. ac pro veritate & iustitia si necesse fuerit vsq; ad mortem certare. per Johannem vero suauitas designatur vite contemplatiue. ad quam pertinet omnibus alijs obmissis solt deo inherere. de quo benedictum. sic eum volo manere donec veniam id est eos quos gustu mee contemplationis inebriauero semper proficere volo: quousq; me in die iudicij cum eterna remuneratione apparente. de fide transeant ad speciem & de imperfecta vite huius contemplationes. Utriusq; autem vite finis & obiectum est deus pro quo exercetur hec & illa. sed vita actiua plus diligit q̄ contemplatiua: quia magis sentit angustias presentis vite. & estuantius desiderat ab eis liberari & ad deum ire. Contemplatiuam vero vitam deus plus diligit. q̄ eā magis conseruat. Non enim simul finitur ei vita corporis sicut vita actiua. Et ideo in

psal. dicitur. Diligit dominus portas syon super omnia tabernacula Jacob. Unde vita est dominus de vita contemplatiua. sic eum volo manere. id est expectare donec veniam. vel in fine mundi vel in morte contemplatiua sed a vite actiue dicit. tu me sequere. quia cōtemplatiua hic inchoata non perficitur sed inchoata manet & expectat donec veniat christus perficiendo cum venerit: sed actiua vita perfecta & informata eius passionis exemplo interim sequitur christum patiendo pro eo. potuit mirari & attendere quam multa & q̄ magnifica dicta & facta sunt in hac apparitione. Et hanc apparitionem vocat Johannes tertiam. scilicet a numero dierum sed non numero apparitionum. prima apparitio fuit in prima die qua surrexit. in qua pluries se manifestauit. Secunda post dies octo quando Thomas vidit & credidit. Tertia hac die quando de piscibus prandium fecit: sed post quot dies ab octaua resurrectionis id fecerat euangelista non determinat. Uel potest referri ad vices. q̄ non legitur q̄ multis vel pluribus discipulis simul apparuerit. nisi primo Thoma absente & secundo eo presente & tertio hic ad mare. Unde signanter in plurali dicit discipulis suis. & deinceps apparuit vsq; ad diem ascensionis quotiens voluit. q̄uis non omnia scripta sint. Tandem dominus benedictione data discipulis disparuit ab eis.

Oratio.

Omine iesu christe presta mihi misero vt pulmentarium' tibi' exhibeam. mādatis tuis obediēdo. tu .n. nr̄a obdictis quodāmodo reficeris. quia in ea quā plurimū delectaris. Fac quoq; me idignū tui cōuiuij participem. vt pisce asso & pro nobis passo reficiar. pro te patiendo & te pane vero sacrificer. nunc in tua doctrina & tui corporis sacramento & tandem interne societatis gaudio. Da etiam mihi domine. vt cum petro mereat te diligere. pro te mala perferendo. & cum Johanne a te diligi tibi inherendo & in hoc semper proficere. & vsq; in finē perseuerare. Amē

Quomodo dominus apparuit vndecim discipulis in galilea & etiam quingentis fratribus.

Capitulum. lxxx.

Post hec vndecim discipuli abierunt in galileā)) secundum mandatum christi & angeli ((in montem)) & locū ((vbi)) principaliter ((constitutum erat eis)) vbi dominus ordinauerat se visibilem prebere illis. Unde

Beda. Iam pergens dominus ad passionem ait discipulis. post q̄ resurrexero precedam vos in galileam. Angelus quoq; mulieribus propter suffusionem magistri obedientia discipulos obsequitur. Quamuis enim suprādicta apparitio ad mare tyberiadis facta in galilea. vbi & idem mare non tamen illa principaliter intelligebatur. cum ibi pauci. s. septem tantum essent discipuli sed potius ista in qua simul omnes erant congregati. Et sciendū q̄ prope montem' oliueti ex parte boreali ad vnum miliare est mons qui appellatur galilea. & dicunt quidam q̄ ille est mons predictus ad quem discipuli vndecim abierunt. non quia mons sit in galilea cum sit in iudea sed quia mons ille appellatur galilea. Alij in q̄ magis videtur) dicunt hoc fuisse in monte thabor in quo dominus transfiguratus fuit qui vere in galilea consistit. Ibi enim paucis. s. tribus discipulis ostenderat gloriam sue future resurrectionis. Et ideo ibi resurrectionem suam completam manifestauit omnibus suis discipulis. Unde probabiliter creditur. q̄ ibi etiam fuerunt gentes fratres preter predictos vndecim discipulos & quod illa fuit manifestatio de qua ad Corint. Scribit apostolus dicens. deinde' vidit plusq̄ quingentis fratribus simul. hic tamen non exprimitur nisi vndecim apostoli quia erant principales discipuli christi. Unde Eusebius. Duo enim euangeliste. Lucas & Johannes solis vndecim hunc scribunt apparuisse hierusalem. Ceteri vero in galileam properare. non solum vndecim sed vniuersis discipulis & fratribus dixerunt. angelum & saluatorem vidisse. de quibus & Paulus' meminit: dicens deinde apparuit plusq̄ quingentis fratribus simul. Hec Eusebius. Quomodo autem tot fratres erant ibi. cum' apperte dicatur in actibus quod omnes discipuli erāt in hierusalem in cenaculo congregati: & nō erant nisi centum viginti. Potest dici q̄ omnes credentes de hierusalem cum apostolis non erant nisi centum viginti: multi tamen erant' credentes de alijs ciuitatibus & locis quibus semel apparere voluit ad ipsorum consolationem sicut' & alijs. Et ibi scilicet in monte apparuit eis dominus quia illi eum quandoq; videre merebuntur in altitudine celorum. qui nunc celsitudinem perfectionis ascendentes in ima calcant desideria terrenorum. Unde Raba. In monte quidem apparuit eis dominus. vt significaret quoniam corpus quod de communi genere humani corporis quod de communi generis humani corpus quod de communi generis humani corpus quod de communi generis humani corpus

neret fideles si illuc celsitudinem resurrectionis eius cupiunt videre. hic ab infimis voluptatibus ad superna studeant desideria transire. hec Rabanus. Discipuli aūt oēs ((videntes)) primū ((adorauerunt)) in aduentu suo adoratione latrie & ante cum humiliauerunt se credentes dominum deū & hoiem immortalem resurrexisse. ((Quidam autem dubitauerunt)) propter rei nouitatem. quorum dubitatio nostram auget fidem. ex que patet q̄ ibi erāt alij quā apostoli. qui omnes erant certificati etiam Thomas qui inter eos fuit magis incredulus. Dubitatio quidem discipulorum nostre fidei fuit confirmatio. q̄ quo amplius dubitauerunt eo solicitius inquisierunt: & quo verius probauerunt eo firmius crediderunt & non solum fidem nostrā corroborauerūt: sed etiam hereticorum velaniam deduxerunt Prius autem & clemens dominus credentes in fide confortat & fidem eorum roborat ac dubios ad fidē reducit. & dubietatē eoꝝ excludit. Intimis eis adḡtā gl̄az pueneris. Ubi & eēm dubietatē a cordibꝰ eoꝝ auferret)) accedēs locutus est eis)) ad certificādū eos de sua resurrectione dubios ((dicens Data est mihi omnis potestas in celo & in terra)) quia licet christus quantum ad diuinitatem ab eterno haberet hanc potestatem. & inquātum homo ab instanti conceptionis haberet potestatem in celo & in terra auctoritatem tamen executiue non habuit ante suam resurrectionem: sed voluit passibilitati esse subiectus propter nostram redemptionē. Hoc ergo loquitur a patre humanitatis in qua minoratus est paulo minus ab angelis: non a parte diuinitatis. in qua patri est consors & coequalis. Nam scōm diuinitatem tantus est pater aut filius aut spiritussanctus: quantus est pater & filius & spiritussanctus. Unde Augustī. Tanta est tota trinitas in solo patre vel in solo filio. vel in solo spiritusancto. quanta est in patre & filio & spiritusancto. Hec Augu. Igitur secundum diuinitatem semper cuz simul patre & spiritusancto omnipotens super omnia secundum humanitatem omnium rerum & inter omnia potestatem accepit: & omnia in manu eius sunt tradita: vt homo ille qui nuper factus est de celo: dominetur & in terra. Habet etiam potestatem in celo coronandi quos vult & in terra eligendi quoscunq; vult. Non solum ergo in terra: sed etiam in celo potestatem accepit: quia in humanitate exaltatus ad dexterā patris est collocatus: & super omnes angelos elevatus nomenq; sibi datum est q̄ est super omne nomen. vt in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium & infernorum. Non solum est super omnium hominum nomen sed etiam super omnium angelorum sanctissimum. Nullū enim hominum vel angelorum concessum est: vt natura . filius dei dici posset nisi illi soli cui a patre dictum est. hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Nulli quoq; sanctorum vel angelorum datum est . vt in nomine eius daretur salus mundo nisi soli deo de quo Petrus ait. non est in alio quo alio salus. Neq; enim aliud nomen datum est sub celo hominibus in quo oporteat nos salvos fieri. In natura quippe hominis a patre accepit quod in natura deitatis etiam ipse donauit. Unde Seuerianus. Filius quippe dei virginis filio. Deus homini diuinitas carni contulit. quod semper ipse cum patre possedit. Nec autem potestas sibi data peccatores non spernit sed omnes sine personarum acceptione colligit. Unde consequenter instituens baptismum subiungit. ((Euntes p mūdum vniuersum. docete)) fidem ((omnes gentes)) edisset omnia genera gentium sine distinctione personarum. Ex hoc patet. q̄ predicatores euangelij debent omnibus & magnis & paruis sine acceptione predicare. Euntes ergo q̄ est contra negligentes qui ire nolunt docete quod est contra ignorantes qui docere nesciunt & officium assumunt. omnes gentes q̄ est contra personarum acceptores. qui iam tum ad aliquos vadunt ((baptizantes eos)) q̄ nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto: non potest intrare in regnum dei ((in nomine)) propter vnitatem substantie ((patris & filij & spiritussancti)) propter distinctionem personarum. vt quorum est vna diuinitas vna sit largitio. Non ait in nominibus patris filij & spiritussancti: sed in nomine vt individuā trinitatem vnum deum esse insinuet. Ista ergo est forma baptismi a christo instituta: sed familiari consilio spiritussancti quodammodo mutata fuit in primitiua ecclesia quādo apostoli baptizabant in nomine christi. vt nomē christi q̄ tunc odiosum erat publicaretur & magnificaretur. per ambitum mundi. Et addit ((docentes eos seruare)) opere & perseuerātia ((omnia quecunq; mandaui)) & dixi ((videlicet sacramēta a christo instituta & alia ad fidem catholicam pertinentia. ac mores circa dilectionem dei & proximi instituentia. precepit q̄ dominus ante passionem suam discipulis dederat. q̄ & iudeis predicarent. & in viam gentium non abirent ad tempꝰ erat certum. q̄ ante christi resurrectionem fides christi non erat diuulganda per orbem vniuersū.

Et ideo post resurrectionem precepit eis vt in omnes gentes irent. & primo docerent id est catheizarent & in fide instruerent: deinde fidei sacramento. s. baptismo intingerent quia adulti prius debent instrui ve hic que ad fidem pertinent quam baptizari. Et ideo catechizato debet baptismum percedere: & tandem post doctrinam fidei & post baptismum omnia que cum essent obseruanda precepterent. Quia vt dicit Jacobus. oportet non tantum auditores esse verbi. sed etiam factores & qui offenderit in vno factus est omnium reus. Congruus ordo. Primo enim audiator in fide est docendus: quia nisi prius fidem anima recipiat non est dandus baptismus: quia sine fide impossibile est placere deo nec valet baptismi mandatio. si non quantum potest bonis operibus insistat. quia sicut corpꝰ sine spiritu mortuum est ita & fides sine operibus mortua. Igitur oportet omnia seruare quecunq; mādauit ipse. Cui non videtur impossibile solum teneat & custodiat caritatem. Unde Augu. Dilectio fortis res est fratres. Multis videre quam sit fortis dilectio. Quisquis propter aliquam necessitatem nō potuerit implere quod iubet deus amet illum qui implet & in illo implet. & iterum. Diuinarum scripturarum multiplicem habundantiaz latissimamq; doctrinam sine vllo errore cōprehendit: & sine vllo labore custodit. cuius corplenum est caritate: dicente apostolo plenitudo autem legis caritas. Totaz magnitudinē diuinorum eloquiorum, secura possidet caritas qua deum proximumq; diligimus. Docet. n. celestis vnus medicus nos & dicit. Diliges dominū deū tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua & diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus preceptis. tota lex pendet & prophete. Si ergo nō vocat omnes paginas sacras perscrutari omnia inuoluta sermonum voluere: oia scripturaꝝ secreta penetrare: tene caritatem vbi pendent oia. Ibi tenebis q̄ ibi dicisti. tenebis etiam q̄ non dicisti. Si. n. nosti caritatem aliquid nosti. vnde & illud pendet quod forte non nosti. & in eo q̄ in scripturis intelligis caritas patet & in eo quod non intelligis caritas latet. Ille itaq; tenet: & quod patet & q̄ latet in diuinis sermonibus. qui caritatem tenet in moribus. Et iterum quanta est caritas. que si desit frustra habentur cetera: si assit habentur oia. & iterum homo fide & spe & caritate subnixus & eō inconcusse retineno non indiget scripturis nisi ad alios instruendos. Multi per hec tria in solitudine sine codicibus viuunt. Hec Augu. Est etiam tātum bonū caritas. vt non tantum de facus nros supplet: sed etiam bona aliena nra esse faciat. Ubi Brego. Illorum bona opera nra sunt que si imitari nequimus in aliis amemus & amantium fiunt quecunq; amantur in nobis. Ubi Augu. Penset inuidi quantum bonum est caritas. que sine labore nro aliena bona nra facit. & iterum si amas vnitatem etiam tibi habet. Quisquis in illa aliud habet. Tolle inuidiam: & meum est q̄ habeo: Tolle inuidiam: & meum est q̄ habes. Liuor separat caritas iungit. Hec Augu. Per caritatem quippe est hō in participio oīm bonorum ecclesie: & est defectu caritatis amittit hō meritum oīm bonorum ecclesie: & etiam boni operis proprii: & vt dicit Ber. caritas est virtus in qua nec minimum opus reputatur. sine qua nec maximum acceptatur. Et breuiter concludendo caritas inter virtutes tenet principatum: quia sine ipsa ad perfectionis culmen nemo conscendere valet. Tunc enim homo perfectus est qñ caritate plenus est. Deinde q̄ magis eius intuitu erigens cordis sensus & eos confortans ait ((& ecce ego vobiscum sum)) protectione diuine virtutis cooperatione laboris: & operis. ac etiam sacramentali presentia corporis ((omnibus diebus vsq; ad consumationem seculi:)) inclusive cum inmittis laboribus: & consumato seculo mecum regnabitis cuius rei pignus: est presentia mee deitatis & gratie etiaz in presenti ex quo patet quanta merces pie conuersationis qua le ve pignus future beatitudinis etiam in piēti fideles moneat: & quod vsq; ad finem mundi fides non deficiat quantuncunq; tribulationibus agitetur ac si dicat fm Crisō. non execrietis vos nec mihi dicatis sacultatem infunctorum negotiorumquia ego vobis cum sum qui omnia faciam leuia. Hec Crisō Magna promissio magnus & insuperabilis clipeus securitatis ergo inquit vobiscum sum in vobis pugno vos defendo nihil timeatis ite securi. si enim deus pro nobis quis contra nos dicamus ergo. In deo faciemus virtutem & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos & inimicos nostros & specialiter predicatoribus euangelii promittitur assistentia dñi cum dicitur & ecce ego vobiscum sum dicit se futurum esse sed & per ipsos loquitur omnibus futuris qui post illos credent & cum quibus etiam semper erit. Non enim vsq; ad cōsumationē seculi apostoli permansuri erant sed sicut vni corpori loquitur fidelibus qui

bus contingitur vt caput mēbris. Dec Cris. Quidnis.n. dño quo ad p̄sentiam corporalem abcessurus esset a discipulis ut p̄ presentiaz diuinitatis & spiritualē influxum suoz dono nozz & fide gratie p̄sto semper manet. & manebit cum fidelibus vsq; ad finez seculi. Sapiens enim. & fidelis nauta nauem non dimittit donec fuerit ad portū applicata. ecclesia vero est nauis & xp̄s est nauta regēs ip̄az. qz eaz nō dimisit nec dimittet donec ad portum paradisi puenitat. hec ecclesia in apocalipsi. de celo descendere dicitur. qz sin Aug. celestis est gratia qua deus es facti. Ubi Rabanus. Ex hoc autē intelligit qz vsq; ad finē seculi non sunt desituri in mundo. qui diuina mansione & inhabitatiōe sunt digni. Qō aūt dicit vsq; ad cōsumationē seculi fm Bedam finitū p̄ro infinito ponitur. Nam qui in p̄sti seculo manet cum electis eos p̄tegendo & per occultos instinctus spiritussancti diriigendo. ipse cum eis post finem seculi manebit. eos remunerādo & sine fine sua presentia faciendo. Unde & leo papa. Qui enim ascēdit in celos non deseruit adoptatos: et ipe deesum cōfortat ad patriā. qui sursum inuitat ad gloriā. manebit etiā cū fidelibus i presenti seculo. nō solū virtualiter: sz etiā p̄ p̄sentiā corporalē in eucharistie sacramento: vbi est xp̄s totus & post finē videbunt eum facie ad facē luce clarius. Rememorat aūt eis (vt ait Crisō.) & cōsummationez seculi. vt eos magis attrahat: & ne p̄sentia singulariter inspiciant soliti que simul cū p̄sti vita dissoluunt. sed & futura bona & sine fine mansura. Quasi diceret. Tristia que sustinebitis simul cū p̄senti vita dissoluent. cum & totū seculum in consummationē deueniat: bona aūt quibus pociemini sunt in eternū mansura. Dec Cris. Cōsidera nūc bñ discipulos & ea que modo sūt eis dicta qz sunt valde magnifica. Stant in magna iocunditate cum dño. manifestat eis qualiter est dominus omniū: dat eis mandatum de p̄dicando. & dat formā baptismi. dat & vigorez p̄maximū dum dicit. quod semp cum eis erit. Est stans benignus familiariter inter eos predicans & loquens de regno dei magna eos iocunditate replent. & letitia inenarrabili. Videos quantam consolationem dat eis & quot ostēdit insignia caritatis. Apparet quod isti dominum cum desiderio et solicitudine expectare curauerunt. Et ideo leti eum aspicere meruerūt. Sic & nos continere sentiremus. si in expectando dominum & aduentum eius seruidi & solliciti essemus. Per istos quibus domin⁹ in monte thabor predicto apparuit cōtemplatiua designant.

quia in hoc monte trāsfiguraturus dicitur & talibus ipse frequenter apparere dignatur. Deinde dominus ab eis discessit: & more solito ad sanctos patres redunt. Discipuli vero cum magno gaudio remānerunt & postea in hierusalem redierunt.

Oratio.

Omine iesu xp̄e fili dei viui. qui corda discipulorum de monte tua dolētium tue exhibitione p̄sentie gaudio incredibili in monte eis apparens plenisti. da mihi misero vt nunc celsitudine p̄fectionis ascendens in ima studeaz desideria terrenorum calcare: & ab infimis voluptatibus ad superna desideria transire: quatenus te merear quandoq; in altitudine celorum videre. Fac etiam domine me omnia que mandasti seruare. & mane nobiscum in hoc seculo protegendo & dirigendo: & post finem seculi remunerando et sine fine tua presentia satiando. Amen.

Epilogus apparitionum dñi post resurrectionem. Capitu. lxxiiii.

Abes igitur duodecim apparitiones post dñi resurrectionē vsq; ad ascēsionem. absq; duabus cum ascēsione p̄sertim dicendis: & sic apparitiones quatuordecim fuerunt: de quibus nō decez in euangelio scripte sunt. Potes etiam meditari de pluribus. nam verisimile est qz benignus dominus sepe matrem & discipulos magdalenā dilectam discipulam visitauit: consolans & exhilarās eos qui sic vehementer de sua passione conterriti & cōtristati fuerant qz etiam beatus Augu. sentire videtur loquēs de tempore post dominī resurrectionez. Non omnia inquit scripta sunt. Crebra enim erat eius cuz illis conuersatio: priusq; ascendisset in celum. Et forte ipsi sancti patres. maxime abraam & Dauid ad quos spiritualia facta fuit promissio filij dei. veniebāt cum eo ad videndum illam excellentissimaz filiam suam matrem dominique p̄ro eis et omnibus gratiam inuenit: & redemptorem genuit. Q̄ libenter eam conspiciebant. & q̄ reuerenter se eidem inclinabant & omni qua poterant benedictione complebant. q̄uis ipsi non viderentur ab illis qui corporaliter ibi erant. Potes etiam hic considerare benignitatem. caritatem & humilitatem domini. more solita que in omnibus factis eius relucent qz etiaz postq; gloriose p̄cerat & resurrexerat pegrinari. adhuc p̄ dies. xl. fuit vt suos discipulos cōfirmaret & roboraret. Dignē uſq; post tot annoruz curricula. post tot

labores & afflictiones posset in crudelē igne miniosā & acerbaz morē poterat triūphator ad suam gloriam remeare: & apostolos per suos angelos cōfortare. p̄ro suo nutu & conformare. Sz hoc non patiebatur caritas sua. personaliter voluit conuersari cum eis. & veritatem resurrectionis morte comprobauit. argumento idest sensibilibus & euidentissimis signis multa in corpore proprio ostendens. Preter naturam corporis immortalis. Ut sic veritatem resurrectionis astrueret. & ab apostolis eorumq; posteris omnem omnino cām hesitationis amoueret. In corpore enim p̄prio cicatrices ostendit. cū ih̄s naturam corporis immortalis penitus aliena sit ois deformitas cicatricis. Comedit cum eis & bibit cū tamen corpus spirituale ciborum alimonia minime indigeret. sed sciendū est cibos a domino ante mortem sumptos in eī⁹ alimoniā cessisse. qz illos in se cōuertit post resurrectionem vero sumptos nullam ei alimoniā p̄buisse. quia alios in se non conuertit cū haberet corpus glorificatum & incorruptibile: sed mox spirituali eius virtute absumptos sicut absumitur aqua missa i igne. aliter absorbet aquā terra siciens aliter exicat radius solis calens. Illa absorbet & in se trahit indigentia: iste excecca & consumit potentia. Dāducauit ergo dominus post resurrectionem potestate non necessitate. vt eo modo resurrectionem & vitā veram nō imaginariam ostenderet. Si nō ostenderetur veritas resurrectionis: perditus eēt fructus passionis. Unde Aug. & de salnatore quidem fides christiana, non ambigit. quin post resurrectionem in carne spirituali sed tamen vera cibum & potum cū discipulis. sumpserit: non alimentorum indigentia sed ea qua & hoc poterat potestate non enim edendi & bibendi talibus corporibus auferūt. potestas sed egestas quoniam certo & inuiolabili munere immortalitatis induentur. vt non nisi velint possibilitate: non necessitate vescantur. Dec Augu. Preter hec argumenta lucas scribens historiam actuū apostolorum ponit & alia. Fuit enim argumentum vere resurrectionis qz per dies quadraginta multisonimiter apparuit eis loquens de regno dei. Non est intelligendus' qz singulis quadraginta diebus apparuit eis: sed qz infra numerum tot dierum pluries apparuit exhibendo se oculis videndum & manibus palpandum. cum eis comedendo & bibendo sicut ante consueuerat. Et resurrectionem suā pluribus modis ostēderet. Sed ad demonstrandum gloriam sue resurrectionis. non decebat eum cum illis vt prius conuersari continue. Ne putaretur ad vitam mortalem resurrexisse. Facto autem interuallo apparebat discipulis. Facto autem sabatum continue cum eis. vt ostenderet se resurrexisse ad immortalem vitam ab hominibus huius vite separatam. Itaq; non statim post resurrectionem ascendit vt multiplicaret resurrectionem probaret. & discipulos consolando refoueret & vt nostram infirmam portaret patientiam. quia debemus equanimiter expectare mercedem nostram. Unde sicut fuerūt quadraginta hore mortis eī⁹. s. quatuor parasceues vespertine: & triginta et duarum noctium & vniuz diei ita quadraginta diebus cum eis conuersatus est post resurrectionem. qz diuina consolatio excedit humanam tribulationem. Pro eis fecit hoc & pro nobis: sed non aduertimus. Dilexit & diligit sic vehementer & non diligitur. Cum tamen ad talem & tantū ignem non solum calefieri sed etiam ardere debemus. Unde Beda. Resurrectionem suaz certam & veram multis & varijs documentis persuadere dignatus est propter edificandaz fidem. & fugandam de corde perfidiam eiusq; dubitationem de sua resurrectiōe tollendam. Unde etiam Ber. christus dicitur triplex panis subcineritius in incarnatione. reuersatus in resurrectione triticeus in nude deitatis ostensione. Panis subcineritius est deus homo, nam quid est deus nisi vita & panis. quid est homo nisi cinis & pulus. & qd est iuna p̄ua deus latēs & hō patens nisi p̄sti scieritis. pānis ergo subcinis & pānis sub cinere. deus latens sub homine. & hoc erat christus ante resurrectionem. Panis reuersatus est conuerso homo deus. i. post resurrectionem. prius enim quasi cinis panem occultauit post vero quasi panis cinerem celauit: qui enim habuit corpus glorificatum: tunc humanitas in eo quasi celata fuit. Unde ante passionem humanitas in eo manifesta fuit deitas latebat. Et ideo tunc per miracula & predicationem deitatem probare & mundo ostendere oportebat. post resurrectionem vero magis probationi humanitatis: quam diuinitatis insistebat. Unde tunc visu tactu est manducatus & multis aliis argumentis se verum hominem & multis alijs argumentis se verum hominem esse approbat. Panis triticeus sine omni cinere est sine furfure sine enigmate sed de simola purissima. hic est nuda deitas. Dic de simola purissima. hic est nuda deitas. Dic panis est deus deus. Nam deuotioni non sufficit semel dicere deus vor enim deuota est deus deus meus. Doc faciat mihi deus & hoc addatur vt sit deus deus meus. Quid enim proderit mihi deus: si non sit deus meus.

Dec Ber. Et sciendum q̄ non inquit hominibus t mundi amatoribus: sed solis apostolis aliisq̄ fidelibus post resurrectionem suam salutatorem apparuisse legimus. Neq̄ enim conuenit ens. vt christus a mortuis resurgens: sactusq̄ iam eternus t immortalis inquit hominibus deo mortuis t a vita que christus est separatis se manifestaret. Unde t ante dixerat. adhuc modicum t mundus. s. qui modo non me videt oculis carnis in me non videbitis. vos autem videbitis me. Unde Theophylus. De cetero non conuersabatur inter plebem. quia scilicet post resurrectionem conuersatio eius non erat digna hominibus sed diuina magis. quod etiam est forma resurrectionis future in qua sicut angeli conuersabimur vt filij dei. Dec Theoph. Manifestauit autē se discipulis suis t aliis fidelibus vt viuus videretur a viuentibus. Unde dicit Augu. quod quando surrexit non est visus nisi a suis. Unde t in actibus. Nunc deus suscitauit tertia die. t dedit eum manifestum fieri non omni populo. sed testibus preordinatis a deo nobis qui manducauimus t bibimus cum illo. postquam resurrexit a mortuis. fuit autem conueniens quod non omnibus sed testibus tantum preordinatis resurrectionem suam manifestaret. quia infima per media reducit in suprema. Et ideo quosdam mediatores elegit. per quos vniuerso orbi resurrectio manifestari posset. Sic ergo dominus p dies quadraginta multiformiter apparens discipulis. ac edens loquensq̄ cum eis. t arguens nos illuminauit ad fidem. t promissis erexit ad spem. vt sic tandem donis celitus datis accenderet ad amorem. Et secundum hieron. ostendit immortalitatem mortalibus ad gratiarum actionem debitam. vt intelligamus quid fuerimus. t sciamus quid futuri erimus. De misterio autem predictarum apparitionum t duarum sequentium sic dicit Beda. Necesse frequentia corporalis sue manifestationis ostendere voluit dominus in omni loco se bonorum desiderijs presentem esse diuinitus: apparuit namq̄ ad monumentum lugentibus feminis. adest t nobis eius absentie recordationē salubriter contristatis. Occurrit reuertentibus a monumento. vt agnita resurrectionis gaudia predicarent: adest t nobis duz bona que nouimus proximis fideliter annunciare gaudemus. Apparuit in fractione panis. his qui se peregrinum eē putantes ad hospitium vocauerunt. adest nobis cum peregrinis t pauperibus. quecunq̄ pro eius bona libenter impendimus. adest t nobis in fractione panis cum sacramentum corporis eius videlicet panis t vini casta t simplici conscientia sumimus. Apparuit in abdito de sua resurrectione loquentibus. adest t nobis qui modo eius donis idem agimus. adest t nobis semper cum ab extrinsecis operibus ad tempus vacantes de eius gratia loquuti conuenimus. Apparuit cum fores essent clause intus iudeorum metu residerent. Apparuit cum mirantes eodem metu apertis eum gressibus in montis verticem quererent. Affuit quondam confortaturus suo spiritu ecclesiam cum ab infidelibus premeretur t ad publicum venire ac dilatare prohiberetur. adest eidem t nunc cum inclinato ad hostem culmine regali terror quietis persecutionis. t omnis mundi sublimitas apostolicis est subtrata vestigijs. Apparuit peccatoribus eosq̄ apparens diuinis adiuuit beneficijs. adest t nobis, cum necessaria vite temporalis recta intentione curamus. iustisq̄ nostris laboribus subsidium adiungit sue pietatis. Apparuit recumbentibus: adest t nobis qui iuxta apostoli monita siue manducabimus siue bibimus. siue aliud quid agimus: omnia in gloriam dei facimus. Apparuit primo in iudea deinde in galilea. post hec in iudea rursum. die quo ascendit in celum: aderat ecclesie cum primo solius iudee terminus claderetur. adest modo cum iudeis ob culpam perfidie derelictis transmigrauit ad gentes. t aderit. in futuro t cum ante finem seculi reuertetur ad iudeam t sicut apostolus ait intrante gentium plenitudine: sic omnis israel saluus erit. Nouissime illis apparuit ascendens in celum aderit nobis vt cum post mortem ad celos sequi mereamur. si ante mortem eum in bethaniam vnde ascendit ideſt in donum obedientie sequi curamus. Ipse t enim celum ascensurus bethaniam venit. quia sicut apostolus ait factus est obediens vsq̄ ad mortē. Mortem autem crucis: propter quod t deus eum exaltauit. Uenimus ibidem t nos, si q̄ ille monet agimus quod promisit intendimus. Esto fidelis ait vsq̄ ad mortem t dabo tibi coronam vite. Fit quoq̄ ipsius gratia largiente: vt qui nobiscum vsq̄ ad vite huius terminum manet post hanc nos vitam ad videnda secum celestis vite premia sublimet. Dec Bed. Sicut ergo .lx. sic t gnōgesimū christus nobis secrauit. t nostraq̄ solemnitate missi ce instituit. de quibus simul Beda sic ait. vtrū q̄ sane hanc solemnitatem. hoc est quadragesime t quinquagesime. non quorumlibet hominum sed ipsius domini ac saluatoris nostri. prima nobis sanxit auctoritas. quadragesimę videlicet in eo quod diebus ac noctibus quadraginta ieiunauit in deserto vitaq̄ versucia temptatoris ministerio iuuebatur angelico vbi suo nos informaret exemplo: quia per macerationem carnis aduersarii spiritualis machinas euitare: t ad angelorum dignamus consortium peruenire potuimus quinquagesime nobis gaudia in eo seruandā monstrauit q̄ post resurrectionem seipsum discipulis viuum t multis argumentis per dies quadraginta prebuit t illos sue presentie visitationis letabundum hoc tempus habere fecit ac festinum. In quo non solum futuri seculi gaudia que cum illo sumus habituri prefiguauit verum: t ineffabilem circa nos sue pietatis affectum ostendit qui de posita iam infirmitate corporis t per resurrectionis virtutem in celestem gloriam commutata dignatur nō adhuc discipulorum: interesse conuiuio vt socios eos habere possit in celo t precepta quibus in regnum dei perueniat et viuatius ipsa familiaritate commendet atq̄ memoria illius temporis roboret de quo eis ante passionem suam promittendo predixerat t ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum vt edatis t bibatis super mensam meam in regno meo sed t in celum ascendens nequaq̄ eis presentie sue presentie dulcedinem abstulit sed eandem potius promissio spiritussancti chrismate cumulauit. Deniq̄ mox illi regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno: t erant semper in templo laudantes. t benedicentes deum hoc quoq̄ nobis gaudio ac laude t benedictione celesti qua spiritussancti prestolabantur aduentum vsq̄ ad diem quinquagesimum quem greci pentecosten appellant solemnitatis huius letitiam docuerunt esse protelandam. Merito ergo sacrosanctis diebus his nos matutinis epistolis atq̄ hymnis celestibus vacamus ob reuerentiam dñice resurrectionis ob memoriam dñici conuictus cum discipulis simul t ob spem future nre quietis ac vite immortalis sed t genu in oratione minime flectimus quia letis genuum penitentie t luctus est indutum.

Quod etiam omnibus diebus dominicis obseruandum propter eiusdem resurrectionis vel dominice vel nostre sacramenta patres instituerunt. Recte ergo quadragenario dierum numero ieiunium annue celebramus: vt per hoc spiritualius admonemur: quia quandiu in mundo viuimus pro celestium premiorum adeptione semper laborare debeamus. Recte etiam quinquagenario dierum numero statim future nostre beatitudinis in imagine veneramur le iunia videlicet relaxando. alleuia canendo. Hanc enim duoque sunt aptissima perpetue quietis resurrectionis t laudis prefagia. Dec Beda.

Oratio.

Omine ihesu christe per gloriosam resurrectionem tuam. quia discipulis t fidelibus tuis viuus t immortalis apparuisti. per gratissimam moram t colloquia dulcissima que cum eis per quadraginta dies habuisti. in quibus multis argumentis apparens eis: t loquens de regno dei eosq̄ confortans t cum eis conuescens vt resurrectionem veram in te probarent t crederēt: totalem da benedictionem de ipsorum cordibus absstulisti. obsecro te ihesu bōe t pie. t da mihi inter testes preordinatos a deo testem fieri resurrectionis tue non lingua tantum t verbo sed opere t veritate. Amen.

De ascensione domini nostri ihesu christi.

Capitulum.lxxxii.

Circa ascensionis dominicam te vigilem esse oportet. nam hec solemnitas valde solemnis est. vt infra patebit: Et saltem hoc attentiorem te animet amplius. q̄ nunc dominus cōpleto sue peregrinationis cursu est presentia corporali recessurus. vnde ipsius verba t facta sunt attentius consideranda. Quelibet enim anima fidelis: debet sponsum suum dominū deum suum in eius discessu diligentissime t vigilantissime obseruare: t que per eum dicuntur t fiunt viscerosius mente amplecti: ac eidem se deuotius t humilius recommendare t totaliter animum suum ab alijs abstrahere. quadragesimo autem die a resurrectione, voluit dominus ascendere: vt demonstraret eos qui decalogum legis per quatuor euangelia impleuerint: posse celum scandere. Tunc itaq̄ sciens dominus ihesus. quia venit eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos. nunc vero vsq̄ in finem dilexit eos. Accipiens igitur de paradiso terrestri sex patres t omnes illas sanctas t benedictas animas: ac benedicens helie t enoch ibi remanentibus t adhuc viuentibus. venit ad undecim discipulos suos qui erant in monte syon cum matre ipsius t aliis. Omnes siquidem tam apostoli quam alii discipuli. necnō et mulieres habitabant in monte syon: sed in cenaculo in quo dñs cenauerat habitabat tunc Maria t undecim discipuli ceteri vo discipuli t mulieres cirūq̄q̄ p diuersa hospitia erāt

conformari. Post tres autem dies: & dimidium resurgent & in celum in nube ascendent. Antichristus vero quindecim diebus regnabit post mortem illorum. Regnabit autem tribus annis: & dimidio & post domitus potestate sua occidet cum sue per se sue per Michaelem archangelum. Occidetur autem in monte eliucti in papilione & in solio suo in loco illo. Unde dominus ascendit scilicet in prefati montis vertice qui dicitur inclytus: quia ex eo saluator ascendit ad patrem ibi namq̄ peribit vnde dominus ascendit. Quo interfecto non statim veniet dominus ad iudicium sed concedentur quadraginta quinq̄ dies ad penitentiam subuersorum. Quantum autẽ sit spacium inter illos quadraginta quinq̄ dies: & finem mundi nemo scit. Judet tunc ad predicationem enoch & helye conuertentur ad fidem & sancta ecclesia vniq̄ ad finem mundi pacifica quietcet quia ex tunc fraudulentia & seuitia diabeli penitus deficiet. Circa conflagrationem mundi sciendum est quod tunis permaximus aduentum iudicis preueniet & faciem eius precedet quia virtute diuina non solum ignis: qui est in spera sua sed etiam omnes ignes & qui in terra: & super terram sunt ad mundi flagrationem concurrent. Per istum ignem quasi simul fiet purgatio iustorum & punitio malorum in cineratio corporum: & consumptio terrenascentium. Habebit enim iste ignis officium quatuor ignium videlicet ignis infernalis ad reproborum punitionem ignis purgatorii ad bonorum a venialibus purgationẽ ignis terrestris ad vegetabilium & sensibilium consumationem & corporum incinerationem: & ignis elementaris ad elementorum subtilationem & inuocationis eorum dispositionem. Per hunc ergo ignem ita facies terre exuretur quod figura huius mundi perhibit sicut & olim per diluuium factam fuit. Et merito primum dei iudicium fuit in aqua contra ardorem luxurie: que tunc viguit vltimum vero iudicium erit in igne contra teporem caritatis que tunc senescente quasi mundo refrigescet. Quo facto statim erit resurrectio mortuorum corporum cum aduentu iudicis ad iudicium: & tunc inflammabitur totus mundus per circuitum. Quia enim homo meruit in anima simul & corpore punietur vel premiabitur in vtroq̄: & ideo in eisdem oportet eum resurgere. Resurgent autem omnes tam boni q̄ mali nulla in eis existente differentia quantus ad ordinem temporis sed quantum ad ordinem dignitatis. Nam mali surgent deformes & passibiles. imo ignominiosum erit corpus peccatoris. & anima resumens ipsum stupebit quando illud videbit. & ipsum videre abhorrebit. & vellet posse habere tale corpus. quale erat quando dimidiũ comestũ fuit a vermibꝰ. In bonis autem natura seruabitur & vitia detrahentur. & erit corpus sepulcro clarius q̄ sol sit modo. Quanto fuerint crimina maloꝝ abhominabiliora. tanto erunt corpora eorꝝ deformiora. Et quanto fuerint merita iustoꝝ plura & maiora: tanto erũt corpora eorꝝ pulchriora & clariora. Corpus minimi pueri septiplicter clarius sole erit. Si alius fuerit in decuplo sanctior illius corpus in decuplo erit illo clarius. & similiter intellige decenties & milies. Et sicut christus infinities est omnibus sanctis sanctior. ita est infinities corpus eius omnibus sanctis clarius. Omnes autem tam boni q̄ mali resurgent incorrupti et integri corpore. videlicet sine, aliqua membrorum diminutione. indebita natura secundũ mensuram etatis plenitudinis christi. sed boni tantum in gloriam i minoralitatis imutabuntur, vnde Augu. Sed si christus in ea mensura corporis in qua mortuus est resurrexit. nephas est dicere cum resurrectionis omnium tempus venerit. accessuram corpori eius eam magnitudinem q̄ non habuit. vt longissimus possit fieri equalis. Si autem dixerimus ad dominici corporis modum. etiam minorum maiorumq̄ corpora redigenda. perhibit de multorum corporibus perplurimum. cum ipse nec capillum perituri esse promiserit. Restat ergo vt quisq̄ recipiat suam mensuram q̄ vel habuit in iuuentute si senex est mortuus. vel fuerat habiturus si est ante defunctus. Et ideo non est dictum ab apostolo in mensuram status re. sed in mensuram etatis plenitudinis christi. quia resurgunt corpora mortuorum in iuuenili etate & robore. ad q̄m perueniisse cognouimus. hec Augu. Resurrectio ergo tris corrigeret in natura. scilicet defectus sicut in pueris & mutilatis sine indimutata natura membrorum: superfluũ. s. unguium. crinũ & huiusmodi. errore sicut in monstruositate membrorum. Resurgent quoq̄ corpora eorum numero eadem que prius et eodem puluere in quem redacta fuerant. ita q̄ in quascunq̄ auras vel sinus pulueris ille fuerit dispersus ad eadem animam redeat que ipsi premitus vt viueret et creseret animauit. nec solum resurgent corpora quantum ad membra principalia. sed etiam saluis capillo et ceteris membris ad decorꝝ facientibꝰ.

Resurgent enim homines quantum ad esse
& quantū ad integrū esse et quantū ad deco
rum esse. Et hoc in momento. i. brevissimo &
angustissimo spacio temporis in ictu oculi
transeundi media. & transit ad remota i no
vissima tuba. i. per vocē magnā & manifestā
potius erit in alis. hec tuba clamor ille intel
ligitur. de quo in evangelio dicitur. Media
nocte clamor factus est ecce sponsus venit
exite obviam ei. Non enim tunc veniet cū spe
ratur sed media nocte. i. occulte valde inspe
rate. Tube nomine aliquid evidens & preclā
rum signū accipitur. q̄ nutu divino dabitur
q̄ archangeli vox & tuba dei alibi. & ēt vox
filij dei in evangelio dicitur. Et bene dicitur
tuba dei. q̄ quasi ad bellū contra inimicos
veniet. & efficaciam dabit ei q̄ per illaz mor
tui resurgent. Vox ergo tube fm quosdaz est
imperium xpi apparitionis post resurrectionē
vero statim erit iudiciū. Erit autem in valle
Josaphat: que iuxta est ad orientem inter hie
rusalem & montē oliveti. q̄ hierusalem &. in
tra adiacens est locus medius cōmunib⁹ om
nibus nationibus. ac famosissimus & publi
cus propter opera nostre redemptionis. Jo
saphat autem interpretat iudicium domini.
Ad iudicium ergo domini cōgregabuntur
omnes impij vt dānentur. iusti vero non de
scendent in vallem iudicij vt damnentur. sz
in nubibus obviam xpō elevabuntur. Chri
stus. n. non descendit in terrā ad iudiciū. sed
in aere sedebit cōtra locuz montis olivcti. ex
quo ascendit stipatus agminibus & virtuti
bus celoz. Et erit iudicium illud horribile ex
omni parte. Supra erit iudex iratus. subit⁹
patens infernus, intus cōscientia remordēs.
extra mūdus ardens. a sinistris peccata accu
santia. a sinistris infinita demonia terrētia.
circa boni angeli in infernum pellētes & ma
li ad xpm trahentes. Ibi etiā erunt omnes
sancti sententiā iudicis approbantes: & om
nes mali cum bonis peccata dānatoz cogno
scentes. & tunc christus blandus iustis & ter
ribilis apparebit iniustis. Adeo quidē ira
tus reprobis videbitur. vt dicant montibus
& petris cadite super nos. & abscondite nos
a facie sedentibus super thronum & ab ira
gni. Stigmata quoq; monstrabit & passio
nis insignia scilicet crucem clauos lanceam
coronam & flagella. Tota quippe trinitas in
iudicio futuro iudicabit auctoritative. & iuris
dictione ordinaria. sed christus in quantū ho
mo iudicabit executive & iurisdictione delega
ta. quia iudex debet esse manifestus omnib⁹
iudicandis. Deus autem pater vel filius fm
divinam naturam non videbitur ab omni

bus in iudicio. quia tunc omnes essent beati
cum in visione consistat beatitudo. & iō exe
cutio iudicij data est a patre christo homini.
qui poterit ab omnibus videri. vnde potestā
tem dedit et iudiciū facere. Executiue. qz fi
lius hominis est ab omnibus visibilis bonis
& malis non apparebit in forma dei. qz solus
mundis corde promittitur visio forme dei. sz
in forma serui vt possit ab omnibus videri
iuste iudicaturus in ea forma. in qua iuste iu
dicatus est. vnde Aug. Forma illa erit iudex
que stetit sub iudice. Illa iudicabit que iudi
cata est. nam si iudicium non fieret nisi iter
solos iustos appareret tūc iustis forma dei.
Quia vero iudicium futurū est iustoz & iniu
storum nec licet vt iniqui videant deum ta
lis apparebit index. qualis videri possit. et
ab eis quos coronatus est. & ab eis quos dā
naturus est. hec Aug. o. dūmodo autez quatuor
erunt in iudicio. quorum duo erunt electoz
et a dextris. duo reproborum & a sinistris. Ex
parte electorum quidam non iudicabuntur
sed iudicabunt & salvabuntur. vt quorū me
rita bona sunt impmixta malis. sicut pecto
rum pauperum christi: qui hic seipsos iu
dicauerunt qui precepta legis perfectionis
virtute transcendunt et omnia relinquentes
nudi nudum christum secuti sunt. quib⁹ vo
ce dominica dicitur. vos qui reliquistis oia
& secuti estis me. Cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue sedebitis & vos super
sedes duodecim. iudicantes duodecim trib⁹
israel. Dicuntur autem iudicare idest iudicā
ti assistere. quia cum iudice tanq̄ assessores
eminentius sedebunt. non q̄ ipsi sententiaz
ferent. quia hoc solius iudicis erit sed q̄ ap
probent & confirment. Sedebit enim chri
stus in eminentiori loco cū sanctis: mali ve
ro stabunt subtus in terra q̄s dilexerūt. Qui
dam vero iudicabuntur & salvabuntur: vt
quorum merita bona sunt aliquibus ma
lis venialibus permixta. qui vite maculas la
chrymis tergunt: qui mala precedētia sequē
tibus factis & misericordie operibus redimē
tes. quicquid illicitum aliquando fecerunt.
ab oculis iudicis bonorum operuz superdu
ctione cooperiunt. quibus iudex veniens di
cit. Esurivi & dedistis mihi manducare. sitī
vi & dedistis mihi bibere. hospes eram & col
legistis me. nudus et operuistis me. infirmus
et visitastis me in carceres et venistis ad me.
Ex parte reproborum quidam iudicabūtur
& damnabuntur vt quorum merita damna
bilia permixta sunt aliquib⁹
bonum qui christian
opera fidei exerce

ne operibus habent quibus in damnatione
dominica dicitur. Esurivi & non dedistis mi
hi manducare sitivi & non dedistis mihi bi
bere. hospes eram & non collegistis me. nu
dus & non operuistis me. infirmus & in car
cere & non visitastis me. quidam vero non
iudicabuntur. sed damnabuntur vt quorum
mala merita omnino impmixta sunt bonis
vt qui fidem recipere nolverunt. & funda
mento fidei carverunt vel qui susceptam fi
dem quasi per apostasiam reiecerunt de q̄
bus dominus sicut qui non credit iam iudi
catus est. & de quibus Paulus ait. qui sine
lege peccaverunt sine lege peribunt. de qui
bus etiam psal. ait. Non resurgent impij in
iudicio. Resurgent quippe etiam omnes in
fideles: sed ad tormentum non ad iudicium.
vnde Petrus canet. Qui non credit. non
habens. s. caracterem fidei iaz iudicatus est.
Non enim fiet cum tali discussio & examina
tio cum caruerit caractere & dominio regis:
et constet curie talem esse de reprobis. nec de
familia dei. vnde sine sententia rapietur in
ignem eternum. Habens autem caracterem
regis. & signum quo ab alijs separatus erat.
extrahitur vt homo regius. sed & que discus
sio & disceptatio cum eo. Esurivi & non dedi
stis mihi manducare. &c. Tandēq̄ p:o non
servato caractere & dominio regis. fiet sentē
tia in eum damnandum. Grego. nam & p:i
cepo. terrenam rempublicam regens aliter
punit civem interius delinquentem atq̄ ali
ter hostem exterius rebellantem. In illo enim
tura sunt consulit cōtra hostem vero bellum
movet. et de pena eius quid lex habeat non
requirit. Nec Grego. Perfecti ergo iudicabi
bunt & non iudicabuntur. alij fideles facta
discussione evangelica de operibus miseri
cordie iudicabuntur. quidam ad gloriam.
quidam ad penam infideles autem iam iu
dicati sunt. Ubi nō putatur per tractum et
morā ipse singulorum examinatio. sed simul
merita singulorum discutiet & discussa iudi
cabit. Tunc enim libri conscientiarum pan
dentur. & ipse liber aperietur qui dicitur li
ber vite. quo fiet & simul omniū omnia secre
ta oibus certitudinis claritate patescant. vt
contra testimonium veritatis loquentis in
xpo & conscientie cuiusq̄ pariter contestan
tis. nulla inficiendi defendendi vel excusan
di seu subterfugiendi pateat semita. quin re
[illegible] fm merita sua Augu. fiet
[illegible] vt cuiq̄ opera sua vel
[illegible] vel male cuncta in memoriā revocent.
[illegible] nitra celeritate cernantur.
[illegible] vel excuset cōscientia conscientiaz.

Nec Augu. Tunc aperta erit separatio facta
morum hic & vite singulorum. Dicit enim
Augu. q̄ tot boles salvabuntur q̄ tot angeli
ceciderunt. Sed Grego. Dicit q̄ tot boles
salvabuntur quot angeli pertulerunt. Dice
runt etiam quidam q̄ duo parietes erunt in
celo. s. vnus bolum & alter angelorum & q̄ tu
ma angelorum restaurabitur per virginem
& de alio pariete [illegible]
in alio pariete sunt virgines & angeli. Bo
nus esset & vtile de hoc iudicio frequenter co
gitare vt cogitatio tante angustie nobis timo
rem incuteret & timor incussus a nobis pecca
tum perpetrari expelleret & nos a perpetran
do arceret exemplo. Piero. Dicentis sine co
medam sine bibam sine aliquid aliud faciaz
semper videtur in auribus meis sonare illa
vox terribilis surgite mortui & venite ad iudi
cium Grego. Si qua est presentis temporis
letitia ita agenda est vt numq̄ antarimodo se
quentis iudicii a memoria recedat. Anshel.
in matutino. s. in contemplatione extremi iu
dicii q̄ noctis presentis tanq̄ lux matutina suc
cedit interfice oēs peccatores terre. s. delicta
atq̄ peccata conversationis terrene: vt di
sperdas de civitate dñi q̄s in te illi edificare de
bes oēs operantes iniquitatem. s. diabolicas
suggestiones odibiles deo delectationes mor
tiferos consensus & opera perversa ab oibus
hic tanq̄ civitas dei debes emundari vt pla
ceam in te mansionem sibi creator inveniat:
obtineat & possideat. Nec Anshel. Nec ergo
oia pensantes evigilemus totis viribus: &
voluntati dei obtemperare remedia quera
mus beneficiaq̄ dei circa nos cogitantes ab
stine peccata studeamus p:o posse vitare: vt
iudicio illi terribili mereamur securi assistere
Ad quod bene hortatur nos Augu. Dicens
melius est hic paruam amaritudinem sustī
nere: & postea eternam dulcedinem perveni
re quam hic habere falsum gaudium & illuc
suscipere sine fine supplicium. Et iterum.
Certum est fratres carissimi quod si semper
beneficia dei nostri: que nobis nullis prece
dentibus meritis nostris collata sunt. assi
due cogitamus peccata nobis aut non domi
nantur: aut si forte surrepserint: cito per pe
nitentiam corriguntur. Quis enim vel men
te concipere non dicam verbis: possit expo
nere quanta circa nos sunt beneficia dei no
stri fecit enim nos cum non essemus: repa
ravit nos postea cum perissemus. Mortem
suscepit precioso nos sanguine liberavit ad
sterna descendit. de faucibus nos eterne
mortis eripuit. celorum nobis etiam pre
mia promisit. hec omnia fratres dilectissi

mi pio & benigno animo cogitēmus. quantus possumus cum ipius adiutorio beneficijs tue vicem rependere festinemus. non reddamus mala pro bonis sed quātū possumus voluntati illius obtemperare fideliter studeamus totis viribus innitentes. vt precepta ipius magis nobis pariant de sequacitate remedium & de trangressione iudicium. nam quid faciemus certissimi in ipius tremendo iudicij die cū tremente mundo. dominus precinentibus angelorum buccinis in illo maiestatis sue throno circūdatus. celestis militia luce considerit. ibiq; de terre gremio & antiquo puluere suscitato humano genere. astante testimonio conscientie singulorum positis in conspectu peccatorum penis iustorumq; premijs. ratione vite ceperit postulare. & plus iam iustus & misericors severitate iudicij contempte misericordie reos ceperit accusare & dicere. Ego te homo manibus meis feci ego terrenis artibus infundi spiritum. ego tibi imaginem nostram similitudinemq; conferre dignatus sum ego te inter paradisi delitias collocaui. Tu vita & mandata contemnēs. deceptorem sequi & dominum maluisti. Cū ex pulsus de paradiso iure peccati mortalis vinculis terrenis virginalem vterum sine dispendio virginitatis pariendus introij. In presepio expositus & pannis obuolutus lacui. infantie contumelias humanosq; dolores qui tibi similis fierez. ad hec scilicet vt te mihi similem facerem pertuli. Irridentium palmas & sputas suscepi acetum cum felle bibi flagellis cesus vepribus coronatus affixi cruci persolus vulnere. vt tu eriperis morti animam in tormentis diuisi. en clauorum vestigia quibus affixus pependi. en perfossus vulneribus latus. suscepi dolorez tuos. vt tibi gloriam darem. Suscepi mortem tuam vt tu in eternum viueres. conditus sacri sepulchro vt in resurgeres in celo. Cur quid pro te pertuli perdidisti. Cur ingrati redemptionis tue munera rēnuisti. Non tibi ego de morte mea queror. Redde mihi vitam tuam. p qua mea dedi. redde mihi vitā tuā & vulneribus peccatorū indesinenter occidis. Cur habitaculum q in te sacraueram luxurie sordibus polluisti. Cur corpus iam meum illecebratum turpitudine maculasti. Cur me grauiore criminum tuorū cruce & illa in qua quondam pependeram afflixisti. Gravior enim apud me peccatorum tuorum crux est in qua vinctus pendeo. quā illa in qua tui miserius mortem occisurus ascendi. cum essem impassibilis. pro te pati dignatus sum. Sed tu despexisti in homine deū

in inferno salutem in via redituz in iudice veniam. in cruce vitam in supplicio medicinā & quia post omnia mala tua ad medicamenta penitentie confugere voluisti. Ab auditu malo non merebere liberari. Dec augu. Terminato iudicio. tota caliditas illius ignis p maximi de quo dictum est. exequetur iudicis sententiam involuet enim peccatores & trahet in infernum. Et ita patet q ille ignis aduentum iudicis & precedet. & concomitabitur & sequetur. vnde Aug. ille est ignis qui celum aereum & terram concremabit. peccatores q culdubio constringet in pena sue damnationis. ipse enim redemptor noster in suo tunc terrore videbitur. eiq; ignis iudicij in reproborum vindictam famulabitur. Et iterū. Ex tremi iudicij die eterno. tunc iudice terribiliter aparente astantibus legionibus angelorum. assistente cuncto celestiuz ministerio potestatum. atq; omnibus electis ad hoc spectaculum deductis. antiquus hostis diabol⁹ belua videlicet crudelis & fortis in medium captiuus deducitur. & cum suo corpore. ideest cū reprobis omnibus eterne gehenne incendijs mancipabitur cum a domino dicetur. Discedite a me maledicti in ignem eternum. q paratus est diablo & angelis eius. O quale erit illud spectaculum quando hec immanissima belua electorum oculis ostēditur: que hoc bellū tempore nimis eos terrere poterat si videretur. Si occulto ac miro dei consilio agitur. vt & nunc per eius gratiam a pugnantibus nostra vita vincatur & tunc alecto victoribus iam captiua videatur. Tunc autem iustis diuino adiutorio quantum debitores sint plenius recognoscunt. quando tam fortem belluam viderint. quam nunc infirmi vicerunt & in hostis sui conspectum immanitate quantum debeant. defensoris sui gratie. Dec Grego. Unde & Augu. Post iudiciū perget hinc. ducetq; secum corpus cui caput est. & offert regnum. ideest redemptos sanguine suo deo patre. tunc plane videbitur forma illa dei. quenon potuit videri ab iniquis quoruz visioni forma serui exhibenda erat. Unde etiam Anshel. Subiatio autem impijs ne videant gloriam dei. & iustis singulis secundum gradum suum & meritum angelicis ordinibus iserto fiet illa gloriosa processio christo precedente capite nostro omnibusq; membris suis sequentibus & tradetur regnū deo patri: vt ipse regnet in eis. Et ipsi in ea regnum illud percipientes. q paratum est illis ab origine mundi. Post predicta statim erit mundi innouatio que nō co[mplebitur quādiu peccator est in mundo. quoulq; detrudatur in infernum. Su[

ignis ille permansimus elemēta purgabit cū habeat virtutē forme extrinsice expulsiuā hic mundū inouabit cū habeat virtutē substitutiuā. Uñ differentia est inter purgationē & innouationē quia purgatio erit penalis quia tali detractio: & elementorū ad imparitate q ex commextione habent puritatem mutatio sed innouatio erit pulchrioris forme inductio. Sic autem purgabuntur elementa q precedet ab igne vis combustibilis ab aere obscuritas ab aqua glacialis frigiditas a terra ponderositas & opacitas q de olbus elementis q ignobile est tendet deorsum & ad locus penarum. s. cloacam infernalem cum olbus rerum immunditijs confluet & ibi horrorem carceris multiplicabit. Rerum ergo mutabilicas. s. frigus estus grandines turbines sul & gora tonitrua: & alie incommoditates penitus interibunt elementa vero purgata permanebunt. Innouabuntur etiam q terra tota erit sicut paradisus & planabitur: & aer erit clarior nec habebit impressiones quas habet mō perspicuum quoq; in aqua & lux in igne manebunt & sicut ignis & aqua puriores orbes quoq; celestes propter impermixtionem nullam impuritatem habentes nulla indigebant purgatione sicut elementa tantummodo cessatione motus & Jō innouabuntur & non purgabuntur. Innouatio vero comm est a statu veteri in statum nouum commutatio: & requirit in illis duo. s. motus cessationem: & claritatis splendoris ampliorem q̄ sol stabit in oriente: & luna in occidente vbi create sunt & ibi sine fine manebunt huius ratio est ista. Q: corpora superiora facta sunt ad vsum hominis dupliciter. Uno modo propter necessitatem corporis: scilicet status generationis & corruptionis: & ideo cessante illo statu cessat & motus. Motus enim celi est transmutatio in elementis ordinata sunt ad contemplandam numerum electorum & Ideo ipso numero completo in iudicio cessabunt sicut ea que sunt ad finem habito fine cessant. Cessante autem motu celi cessabit & tempus quod sequitur motum celi quia secundum apocalipsim tempus non erit amplius. Et ex hoc patet quod dico resurrectionis generalis erit dico nouissimus. Unde Job dicit & in nouissimo die de terra resurrecturus sum. Alio modo sunt facta propter delectionem: & pulchritudinem creature: & propter cognitionem dei in illis: ideo lux eorum non cessabit sed augebitur. Beniq; ce[lum sol luna: & stelle que nunc festinant cur[rere irretardabili quasi cupientes in meliorem [statum mutari tunc fixe immobiliter manent

& quiete. & mirabili glorificatione immutate. n celum gloriam solis induet. sol luna & stelle vestientur inestabili splendore. vñ psalmo. dic & cōplebitur id quōd p ysaiam ꝓdictū erit. Erit lux lune sicut lux solis & lux solis septuplū sicut lux septem dierum. Doc enim erit illum extremi iudicii die erit. cū. s. celum nouum ac terra nouna fuerit. Ola nāq; que per spatia sex dierum operatus est deus propter hominem facta sunt. & in eius lapsu omnia elementa detrimenta sustinuerūt. Nam antea terra sentias & tribulos non proferebat. nec aer tāte crassitudinis vt nunc. sed purior erat. Sicuti sol & luna & sidera sui luminis sustinuerunt detrimenta. In die vero iudicii. terminato illo examine. cum fuerint omnes reprobi vna cum diabolo conclusi in infernum sustollet se dominus ihesus pariter cum corpore suo quod omnes electi sunt in celum. & tunc sibi luna splendorem solis mutuabit. sol vero septiplicitet quam modo lucebit recipietq; splendorem quem homine peccāte amisit hec psalmo. Patet ergo q celū & terra transibunt. quantum ad formam. sed non quantum ad substantiam Aug. elementa. s. celum & terraz nō credamus abolenda: sed in melius cōmutanda: figuram mundi. ideest imaginem non substantiam perituram. Grego. Celum & terra per eam quam nunc habent imaginem transeunt. sed tamen per essentiam sine fine subsistunt. Celum igitur & terra & transit & erit quoniam ab ea quam nunc habet specie per ignem tergitur: & tamen in sua semper natura seruatur: vnde per psal. dicitur. Mutabis ea & mutabuntur: hec Gregorius. mutabis ea & mutabuntur. Celum autem innouari. s. pulchriorem induere debere. ostēditur. tripliciter. Primo q̄ sicut dignū fuit q̄ clemētia purgaret. sic eo q̄ infecta erāt pp̄ peccatū hois. ita dignum erit mōd⁹ inouet pp̄ glorificationē hois & honorē beatorū. vt hoie glorificato cūcta et creatura innouetur cū eo. Ro vt creature remuneret pro labore quo hoi seruierunt. Tertio vt tot⁹ mūd⁹ per hoc speculū deū cognoscat. Uñ oportet in futuro speculum purgari & meliorari. q̄ in pulchritudine creaturarū amplius resultat spēs creatoris. Doc autem non erit & ad necessitatem: vt deus per creaturas videatur sicut modo. sed ad iocunditatem vt videlicet iocunditati visionis intellectualis adda[tur delectationis visionis sensibilis.

Oratio

Benignissime iesu xpe: qui q̄ immeniam bonitatis tue patientiā ad emendationem me expectas de mihi misero vt in presentis[ue

discutere .diiudicare ac omnia que tibi displi
cent vitare ⁊ que tibi placent implere valeas
ficq; tibi placitus ⁊ gratus fiam .quatenus in
futuro iudicio cum electis tuis a dextris poli
tus te propitium ⁊ placatum inueniens .para
tum eis regnum percipiam tua desiderabili
ad quam inspira perhenniter fruturus presē
tia .Iesu clemens mecum dignerum premin
⁊ vita .Amen.

De pena infernali .⁊ gloria celesti.

Capitulum .lxxviii.

Finale vero iudicium .sequē
tur pena inferni ⁊ glo
ria celi .De pena infernali est scī
endum .quod cum in damnatis
sit diuersitas peccatorum erit di
uersitas penarum. Cum enim in peccato sit
auersio a creatore ⁊ conuersio ad creaturam
scilicet ad bonum commutabile spreto bono
incommutabili scilicet deo ⁊ de ordinatio vo
luntatis contra instinctum rationis .merito pe
na variabitur propter ista .vnde propter auer
sionem erit carentia visionis dei .sed propter
conuersionem erit pena materialis ignis vel
incendii .propter inordinationem autem ra
tionis ⁊ voluntatis erit pena vniuersi q; cō
sistit in afflictione varia .acerba .⁊ eterna.
vbi enim erit calor ignis .rigor frigoris .⁊ te
nebre sumus .lachryme interiores .Aspectus
demonum clamor imperpetuum mallei per
cutientium .serpentes ⁊ dracones .ariditas .fe
tis fetor sulphuris vermis conscientie vincu
la .carcer .timor .dolor pudor ⁊ confussio pec
catorum .omnibus patientium inuidia ran
cor .tristitia carentia diuine visionis .Ablatio
spei omnis salutis .ipsum etiaz esse (quod om
nis creatura appetit) pena eis est .quia que
rent mortem naturalem ⁊ non inuenient nā
quia homo in suo eterno peccauit .i. quādiu
vixit .nec voluntas eius finem peccandi ha
buit .ideo iuste in eterno dei ⁊ eternaliter pu
nietur .Grego .Ad districti iudicis sententiā
pertinet .vt nunquam careant supplicio .quo
rum mens in hac vita nunquam voluit .care
re peccato ⁊ nullus detur iniquo termin⁹ vl
tionis .qui quādiu valuit .habere noluit termi
nū criminis ⁊ iterum .iniqui cum fine delic
runt .quia cum fine vixerunt .nam voluissēt
vtiq; si potuissent sine fine viuere .vt possent
sine fine peccare .Ostendit enim quia in pec
cato semper viuere cupiunt qui nunquam
desinunt peccare dum viuunt .iustum est igi
tur vt nunquam careant supplicio .qui nun
quam voluerunt carere peccato .hec Grego.
Aug .Factus est autez homo malo dign⁹ eter
no qui hoc in se peremit bonus .quod est per
fit eternum .Bern .fuisse profecto si peccat pa
ciatur q; nolit .qui non peccat nisi velit .vide
bunt etiam damnati se inuicem .non vt inde
cōsolentur .sed vt magis torqueantur .Greg.
Quāuis illis ignis ad consolationem non lu
ceat .tamen ad aliquid vt magis torqueat lu
ceat .Eos quippe quos reprobi nunc inordina
te diligunt :secum tunc in tormentis videbūt
vt penam proprie punitionis exageret car
nelis cognatio auctori prepolita .pariante o
culos visione damnata .Isidorus .ignis gehen
ne lucebit miseris ad miserie augmentum .vt
videant vnde doleant .non ad consolationē
vt videant vnde gaudeant .Et breuiter secun
dum Piero .tanta .erit in inferno vis dolo
ris .quod mens ad aliud dirigi non potest ni
si ad quod vis doloris impellit .Et si singulis
diebus quibus erūt damnati in inferno .vna
lachrima materialem emitterent plus exi
ret aque per processum temporis ab vno dā
nato quam omnia vasa huius mundi cape
rent .immo plusq; omnis maria aque conti
neant .O pia corda illud interminabile ⁊ cru
dele eternum supplicium respicite .lugete ⁊
flete .Heu heu .cur nō hec maxima iuuara nos
preuenimus cum robur adest ⁊ tempus opo
tunum .Utinam ⁊ de tempore toto inutiliter
expenso .super esset tunc nobis vel vna hora
la .tante pene in remedium concessa: sed heu
sententiante diuina iusticia .precluditur no
bis salutis via .negatur misericordia spes
omnis est ablata .O dolores ⁊ miserie .Et in
eternum permansure angustie in terra ac
obliuionis :vbi nullus ordo sed sempiternus
horror inhabitat .Quid plura .Nos miseri
⁊ miserabiles tantum tunc affligimur .⁊ do
lemus de illo re eterno .vt qualiscunq; termi
nus excogitatus dum modo finitus .esset no
bis solatiosus .Unde posito per impossibile
quod esset aliquis lapis molaris adeo ma
gnus quod vbiq; circumferentiam celi con
tingeret .⁊ quod aliqua auicula minime ēt
titatis post centum milia annos veniens .de
lapide predicto solummodo per rostrum
suum auelleret quantum est decima pars mi
lli ⁊ iterum post centum milia annorum cur
ricula sicut prius scilicet vnam particulā aue
leret .ita quod in decies centena milibus an
nis non plus diminueret quantitas lapidis
nisi quantum habet in magnitudine granū
vnius milli .en prophdolor nos miseri nul
tum grati essemus q; post talem longam
plenam consumationem totius lapidis .tūc
qaberet sententia nostre eterne dānationis.
Sz heu h cadē consolatio miseris adiuuia

stitia penitus est negata supra oēs autem pe
nas inferni est carentia visionis dei: q; mali
non tm̄ dolebunt de ipso tormento q̄ re ⁊
pellētur a tali consortio. Crisо. Nonnulli im
peritorum putabant sibi esse satis ⁊ optabi
le videri si gehenna tantummodo careant.
Ego autem multo grauiores q̄s gehennam
dico esse cruciatus remoueri: ⁊ abiici ab illa
gloria. Excludi a bonis q̄ preparata sunt san
ctis tm̄ generat cruciatum: ⁊ tm̄ dolorem vt
etiam si nulla pena extrinsecus torqueret.
Dec sola sufficeret oēs igitur gehenne super
rat cruciatus . Et videtur quidem vna tan
tummodo pena esse comburi . Si vero ali
quis diligenter expendat duplex hoc intuenti
esse supplicium .Qui in gehenna vritur celo
rum regnum prorsus amittit q̄ certe pena
maior est q̄ cruciatus ille flammarum . Noui
autē. q; plurimi solam pertimescant gehen
nam ego: tm̄ illius glorie amissionem multo
amarius q̄ ipsius gehenne dico esse supplī
cium .Intollerabilis quidem res est gehenna
⁊ supplicium illud horribile. Tm̄ si mille ali
quis ponat gehennas nihil tale dicturus est
qui tale est beate illius glorie honore propelli
exosum esse xpo: ⁊ audire ab illo non noui
vos atq; vultum illum mansuetudinis pieta
tisq; plenum nos tū aduersantem videre: ⁊
illos totius tranquilitatis oculos nequaq̄
nos aspicere sustinentes. Sed nequaq̄ istud
patiamur o vnigenite fili dei neq; experia
mur intollerabile illud horrendūq; supplici
um .Nec Crisо .Augu .a regno dei exulari a
ciuitate dei alienari vita cadere tam grauis
est pena vt ei nulla possint tormenta q̄ nos
mus comparari . Un̄ ⁊ Grego .nazanzen .us
Vis ergo q; regno celorum indigni reperien
tur erit etiam cum ceteris malis pena q; a
deo proiicientur ⁊ pudor ⁊ confussio consci
entie cuius finis ac remedium nusq; erit .Nec
Greg .Si pena damni est quatissima ergo par
uuli puniuntur pena grauissima q; est contra
Augu .scōm quem pena eorum est mitissi
ma .Dicendum q; pena damni pōt considera
ri vel vt est subtractatio tanti boni cum sensu
⁊ merito ⁊ sic est mitissima .Ue nobis: q; de
his malis non cogitamus sed quasi securi tor
pentes: ⁊ aie curam negligentes ad hec fine
cessatione properamus .Postremo de gloria
celi sciendum est q; tot: ⁊ tanta in celis gau
dia q; oēs artimetici huius mundi non pos
sent ea enumerare oēs gemmetrici non pos
sent ea mensurare oēs grammatici dialetici
rethorici non possent ea sermonibus explica
re q; oculus non vidit nec auris audiuit ne
que cor hois ascenderunt q̄ preparauit deus ⁊

ligentibus se . Gaudebunt quippe sancti in
pia se de dei visione intra se de celi ⁊ aliarum
creaturarum corporalium pulchritudine in
tra se ō corporis ⁊ alie glorificatōe intra se de
angelorum ⁊ hoīs associatione . Intantum
namq; gaudebit quisque de bono alterius .
Quantum de bono proprio q; tm̄ intelligen
dum est non ostentandi intentione sed de gau
diorum nostrorum .vbi etiam singuli a singu
lis cognoscentur : ⁊ videbit vnusquisq; cogi
tationes alterius prout vult q; vt sit Grego.
vnius cuiusq; mentem ab alterius oculis cor
pulentia non abscondet .Uidebunt itaq; iu
stos vt gaudeant videbunt quoq; penas re
proborum vt de periculorum euasione gra
agant .Uidebimus ibi deum in se deum quo
nobis ⁊ nos in deo: ⁊ deum in creaturis: ⁊
creaturas in deo .Ibi erit de⁹ oia in oibus .i.
secōm Augu⁹ erunt quecunq; ab oibus desi
derantur ⁊ vita salus ⁊ copia ⁊ honor ⁊ pax
⁊ oia bona . Qui secōm Grego. tam inestī
mabilis pulchritudinis est vt angeli q; solem
septipliciter sua vincunt pulchritudine iugi
ter in eum desiderent insaciabiliter prospice
re .Sibi etiam secōm Augu .tantus hois in
terior reficitur in contemplatione diuinitatis
⁊ sensus exterior in contemplatione humani
tatis q; propterea deus hō factus est vt totus
hoīem in se beatificaret .Deus oēs sensus spi
rituales: ⁊ ineffabili delectatione reficiet cum
ipse obiectum omnium sensuum sit futurus.
Erit namq; deus speculum visui cithara au
ditui mel gustui balsamum olefactui flos ta
ctui . Ibi erit candor lucis estualis amenī
tas vernalis habūdantia autūnalis requies
hiemalis illa beatitudo secōm Augu .in duo
bus consistit .i. in necessaria presentia omnis
boni: ⁊ in necessaria absentia omnis mali .
Et breuiter secundum Augustī .⁊ Grego .tan
ta est ibi pulchritudo iustitie tanta iocundi
tas est ibi pulchritudo sanctitatis tanta iocundi
tas lucis eterne vt etiam si non liceret in ea
amplius viuere seu manere quaz vnius diei
mora propter hoc solum innumerabiles hu
ius vite dies pleni deliciis: ⁊ circumfluentie
temporalium bonorum recte meritoq; contē
nerentur . Non enim falso aut paruo affectu
dictum est quia melior est dies vna in atriis
tuis super milia . hec autem vita eterna con
sistit in stola anime ⁊ corporis. Stola anime
sistit in tribus potibus eius .i. in mandie
cōne sistit in tribus potibus eius .i. in mandu
cōne sistit in tribus potibus eius .i. in mandu
cōne sistit in tribus potibus eius .i. in mandu

ate: ⁊ subtilitate: ⁊ agilitate. Dotes anime sunt de premio substantiali: dotes corporis de premio accidentali. Prima ergo dos aie ⁊ cognitio que ⁊ visio dicit qua diuina essentia videbitur ab omnibus tota: sed non totaliter prout est infinita. Videbitur ⁊ essentia diuina limpidius ab vno quam ab alio: inquantum vnus magis ⁊ perfectius lumine glorie quam alius habebit. Nec tamen erit defectus ex parte videntis: quia idem erit visum ex parte cuius cum sit simplicissimus: nulla pōt esse diuersitas. Tribus autem modis cognoscitur aliquid scilicet quod vel sicut est vel quid est. primo modo cognoscitur deus in via: etiam a malis. secundo videbitur in patria a bonis. Unde iohannes. similes ei erimus. Quoniam videbimus eum sicuti est. idest maiestatem claritatem bontatem. etc. Tertio modo neq; a bonis videbit neq; a malis neq; in via neq; in patria: quia finitū nunquā capiet infinitum. secunda dos anime est dilectio: sed inter dilectionem virtutem et inter dilectionez dotem est differentia q; virtus proprie est illud ꝙ transit de statu gratie in statum glorie: dos autem qđ supra meritum datur in ductione sponse. Fides ⁊ spes secundum rem euacuabuntur in patria caritas vero neq; secundum rem neq; secundum actum eius euacuabitur: sed solummodo secundum modum: quia imperfectio tollitur: Unde dicit Augustinus. ꝙ fides succedet species quam videbimus spei succedet beatitudo ad quam perventuri sumus sed caritas nihil succedet quia potius augebitur. Tertia dos anime est comprehensio que est tentio visi ⁊ amati: ⁊ sumitur hic comprehendere pro contingere ⁊ circumplecti diuinam manifestatem vel immensitatem. Dec etiam a quibusdam appellatur inhesio a quibusdam vero fruitio. Sunt ergo tres illorum beatorum perfectiones precipue scilicet visio inobscurabilis dilectio inestimabilis: tentio inamissibilis. Prima dos corporis est claritas. sed dicitur aliquid clarum dupliciter aut quia parvum sicut dicitur vitrum clarum. aut quia lucidum sicut dicitur stella clara. Corpus autem glorificatum ⁊ erit parvum ⁊ lucidum: ⁊ ideo vtroq; modo erit clarum Et erit corpus clarificatum septies tam clarum sicut modo est sol: ⁊ anima septies clarior corpore erit que corpus velut vestimentum suum refulgens per omnia membra corpus velut sol per cristallum lucebit. Sed corpora sanctorum non equaliter erunt clara. quia melior anima corpus lucidius habebit. Secunda dos corporis est impassibilitas. que resultat ex virtute anime suum corpus potenter continentis ita vt a nullo exteriori agente valeat immutari. Unde si etiam corpus glorificatum poneretur in inferno non sentiret ex hoc lesionem in aliquo. Tertia dos corporis est subtilitas q; est ex perfecta victoria forme super materiam auferens grossitiem corporis q; est ex compositione elementarium qualitatum. Et sciendum ꝙ sicut duo corpora non glorificata non possunt esse simul in eodem loco sic nec duo corpora glorificata alioquin in vno corpore glorificato esset potentia agendi: ⁊ intrandi partes corporis alterius in alio vero esset impotentia resistendi. Corpus vero glorioſum potest simul esse in eodem loco cum corpore non glorificato q; potest illud penetrando subintrare manente distinctione dimensionum corporis virtuliq;. Quarto corporis est agilitas q; sm Augu. tanta erit ꝙ vbi volet spūs ibi protinus erit ⁊ corpus. Natura .n. totaliter erit subdita voluntati ⁊ Jō movebit corpus ad imperium spūs. Veruntamen sicut melior aia corpus habebit lucidius sic ⁊ agilius ita tñ ꝙ voluntas sanctorum erit simul cōiuncta rōni: ⁊ iō voluntas eorum nunquam appetit ꝙ non debet. Q; vt ait Augu. nec volet aliquid spūs ꝙ nec spūm possit decere nec corpus. Quidam insuper specialiter habebunt aureolam q; est mentis speciale gaudium: ⁊ corporis singularis decor veniens ex opere precellenti: ⁊ priuilegiato .s. martyrio .s. virginitate: ⁊ predicatione vt sic aureola nō tm principaliter sit in mente sed per quandam redundantiam fulgeat etiam in carne. Aureola etiaz diminutiue dr in comparatione ad aureā ⁊ iō nota ꝙ inter aureā: ⁊ aureolam ⁊ palmam est differentia. Aurea .n. est premium substantiale ꝙ metaphorice dr corona tum ex parte meriti q; non videt gfa operi: sed radici caritatis tum ex parte premii: q; per hec efficitur hō particeps deitatis: ⁊ per consequens regie potestatis tum rōne perfectionis ꝙ significat figura circularis. Aureola vero est premium accidentale. Non tñ quodlibet accidentale. Sz illud ꝙ videt operi excellenti .s. martyrio virginitati ⁊ predicationi. Palma autem est premium accidentale ꝙ nec radici nec operi debetur sed voluntati. Tale premium habuit sanctus Martin⁹ ⁊ multi alii q; desiderauerunt martiriuz licet opus non fuerit subsecutum q; ⁊ si gladio persecutoris occisi nō fuerint palmam tñ martirii nō amiserunt. Dec igitur palma nec aurea dici debet nec aureola videt ergo ꝙ martiribus ac virginibus ⁊ ꝙ

dicatoribus debet aureola. Ut versus sunt illi. Aureolam si ferre vola sorte virgo stude bo martirii ve subibo piuz populos docebo Et iterū. Aureolā martir doctor virgoq; meret Anthei. Uero potuit sepiē bona corporis ⁊ iepiē bona aie q; habebunt in celestio patrie beatitudine. Et primo ponit corporis q; sunt pulchritudo velocitas fortitudo libertas sanitas voluptas eternitas dicens. In illa igit vita pulchritudo iustorū solis pulchritudini q; septipliciter q; mō sit speciosior erit adequabit quemadmodū diuina scriptura testat fulgebunt iusti inquiens sicut sol in cōspectu dei. Uelocitas nō tanta comitabit: vt ipsis angelis dei eque celeres simus q; a celio ad terras ⁊ a terris ad celū dicto citius dilabunt. Huius quoq; velocitatis exemplū in radio solis licet intueri q; statim orto sole in plaga orientali pertingit in vltimo plage occidentalis vt in eo perpendamus nō esse impossibile ꝙ de nra dicimus futura velocitate presertim cū rebus aiatis soleat in esse maior velocitas q; inaiatis. Presidebunt viribus quicūq; meruerunt supernis ciuibus associari ita tm vt nullatenus illis obsistere quicquā placeat vel si mouendo aut euertendo voluerint quid a suo statu quomodocunq; diuertere nō illico cedat. Nec in eo ꝙ dicimus maiori conatu laborabunt q; nos mō in motu oculorū nrorū. Ne queso excidat aio q; adipiscemur angelorū similitudo quatenus si hic aut hic q; dicturi sumus aliud exemplū nō occurrit ipsa occurrat atq; in quibus angelos valere constiterit etiā nos eque valere probet ⁊ asserat. Quicūq; igit angelorū fuerint simultudinē assecuti eorū quoq; libertatē necessario assequent. Itaq; sicut angelis nihil obsistit nec aliquid eos impedire vel constringere pōt quin ꝙ velle suo cuncta libertate penetrent ita nō erit obstaculū vllū ꝙ nos retardet nec clausura q; nos detineat nec elementū ꝙ nobis ad velle parū obsistat. De sanitate quid melius dici poterit q; ꝙ psalmista canit salus inquiens iustorū a dño. Quibus autē fuerit a dño vera sanitas q; surripere poterit infirmitas. Credere ⁊ incunctanter astruere licet sanitatē vite future ita iugē: ⁊ incommutabilem ac inuiolabilē fore vt ineffabili quadā atq; sensibili suauitatis dulcedine totū holem repleat: ⁊ oē ꝙ alicuius infelicitudinis mutabilitatis aut lesionis suspitionē pretendere queat procul arceat atq; repellat. In illa futura vita inestimabilis delectatio quedā bonos inebriabit: ⁊ dulcedine sui totos eos suauissimabili exundantia saturabit. Quid dixi totos oculos aures os manus pedes guttur cor iecur pulmo ossa medulle omnia etiā ipsa: ⁊ cuncta singillatim singula membra eorum in communem tam mirabili delectatione ⁊ dulcedinis sensu complebuntur: vt vere totus homo tenere voluptatis dei potetur ⁊ ab vbertate domus eius inebrietur. Quid ergo hec bona fuerit adeptus: non intelligo ad quid quoniam ea corporis sui viribus porrigatur affectus? Voluptuosus esset et: quam cunctos appetere dicimus diuturnitas vite: sed ista illi minima deerit. quia iusti in perpetuum vivent. sunt etiam alia que quidez his que digessimus non minus amantur: sed ad animam sicut ilia ad corpus referuntur: que nihilhominus in septenario numero constituta. non modicum placent menti que ipsorum fuerit sapore imbuta. sunt autez hec sapientia: amicitia: cōcordia: potestas: honor securitas. gaudium. Sapientia igitur tanta in futura vita bonis erit: vt eorum que scire voluerint nihil sit ꝙ ignorent. Scient enim cuncta que scienda fecit deus: tam ea que preterita: quam que huius seculi sunt futura. Ibi a singulis omnes: ibi ab omnibus singuli cognoscentur: nec quenquam omnino latebit qua patria: qua gente: qua stirpe quis editus fuerit vel quid in vita fecerit amicitia intantum: singulorum intima erga singulos suo feruore complebit: vt amor cuiusque: in quē que sufficiat cuiq;: presertim cū omnes vnius corpus sint christi: ⁊ christus qui est par ipsa sit omnium caput: nec minori se affectu complectantur quam membra vnius corporis sibi inuicem copulantur. Amabis igitur omnes vt teipsum: ⁊ amaberis ab omnibus vt ipsi a te. Dirtas habundans erit in dilectione: quando hoc tibi fuerit in possessione: ac tamen istam transi: ⁊ contemplare ipsum per quem hec bona tibi prouenere. ⁊ percipi eo quia ille plusquam tu ipsum. ⁊ quam omnes alij incomparabiliter amabit he ⁊ in super teipsum ineffabili quadam suauitate illum amabis. Erit itaq; tanta in cunctis consortium amabis. Erit itaq; tanta in cunctis concordia: vt in nullo sentias aliquem discrepare ab eo: ꝙ te constiterit velle. Corpus vnum erimus: ecclesia vna erimus: sponsa christi erimus: quicunque tibi erimus. Non ergo maior inter nos discordia erit quam nunc est inter vnius corporis membra. Uerum sicut videmus in motu oculorum. ꝙ illuc quo vnus vertitur mox alius sequitur: ita quocunq; tuum velle converteris: velle omnium sine discrepatione illico presto habebis. Quid dixi omnium. Ipsa dei voluntas nō erit a tua diuersa: sed sicut tu ꝙ ille: ita ⁊ ille in cunctis ꝙ tu. Capiet namq; a suo corpore quomodo discreparet:

Cum itaq; deum & omnes voluntati tue cō
cordes habueris: profecto nihil voles. q̄ non
poſſis. Omnipotens igitur eris tue volunta
tis q̄oniam ipſam omnipotentem habebis
in omnibus cōcordantem tue voluntati. Ita
q; cum hec tibi tanta poteſtas aſſiſtet. & omni
cōcedens poteſtati minime reſtet. Igit̄ duz
poſſeſſionē bonū beneficiū ſuſcipimus ſer
uire. nunc ſi (ſeruis) tibi videberis.
Domine inquis. itaq; tu mea vita perpetua
eſſet in illa vita. & hec ei a tibi haberi. ſecu
ritas quoq; ea amplius nō perdendi certe ar
ſerit. obſecro quid cruciatus tibi erit. Secu
rus igitur tantorum bonorum perpetuo eris.
nec alicuius tibi aduerſari volentis incuriam
timebis. Poteſt ne ergo illius gaudij modū
quoq; homine penetrari cū vltra mille milia
& decies centena milia innumerabiles ibi ſint
& oēs eadē beatitudine perfruantur. nec vllus
eorū ſit. qui nō tm̄ de bono alterius gaudeat
quātū de ſuo. Preterea videntes deum. ipſuz
ſupra q̄ ſibi ſe amabunt ipſos amantem. & in
telligentes ſe inenarrabiliter plusq̄ ſemetip
ſos illum amantē in gloria ei⁹ mirabili & inef
fabili exultatione exultabunt. Cum igitur
tanti fuerint tanta felicitate beati reſtat vt in
ſuſti per contrarium ſint ineſtimabili quadam
infelicitate miſeri. Sicut enim iſtos mira pul
chritudo electos. fortitudo. libertas. ſanitas
voluptas alacrēs facit & iubilantes. ita illos
immanis & incōprimibilis ſeditas. tarditas im
becillitas ſeruitus. langor atq; dolor merenti
bus reddet & eiulantes. Sane diuturnitatē vi
te q̄ iſti preferendis bonis ſummo amore cō
plectentur. illi pro interminabili pena qua tor
quebuntur. q̄n interit illis ſummo odio exe
crabuntur. De ſapientia vero quid dicam nō
inuenio. niſi q; ſicut erit in gaudiū & honorē.
ita inſtis quicḡd ſcient in merorem & cōfu
ſionē. Amicitia uīz qua ſe vicem pij ſumma
iocunditate coplabuntur. ſi qua in pijs
erit in tormentum eis erit. Quo enim magis
quemq; amabūt. eo grauius eorum pena
dolebunt. Diſcordiam habebūt cū omni crea
tura & omnis creatura diſcordabit ab illis.
Dinc ergo pro poteſtate bonorum tanta im
potentia eos ſequetur: vt omnino nihil eorū
que voluerint poſſint. & quicḡd habuerint no
lint. Igitur pro honore ſanctorum. obtinebit
pene obprobrium. Et q̄ quo fine claudent.
Vere ſicut amici dei ſecuri erunt. ſe nunquam
amiſſuros bona ſua. ita iſti intrinſeci dei oīno
deſperabunt ſe tam ampliſſima perditoros hec
mala ſua. Pro eterno ergo & ineffabili gau
dio beatorum. hereditabunt incogitabilez tri
ſticiam oēs qui pro impenitudine reatus ſui
tranſituri ſunt in ſocietatem demonioꝝ. hec
Anſel. Sunt etiā in inferno ſicut & in celo di
uerſe manſiones. meritis ſingulorum corre
ſpondentes. Criſo. Sicut in regno celeſti mā
ſiones multe ſunt. i. diſe premiorum. ſic & in
gehēna diuerſe ſunt manſiones. i. differētie ſup
pliciorum oēs tū penam eternam ſuſtinebūt
ſicut oēs electi denariū eundem habebūt quē
paterfamilias dabit omnibus. qui. in vinea
operati ſunt. Nomine quippe denarij aliquid
eiſdem electis cōmeliguratur. i. vita eterna. de
qua ipſe quo omnes quidē cōtēti ſed impari
ter fruentur. Naz ſicut differens eſt claritas
corporum ita differens erit gloria animaꝝ
Stella enim a ſtella. i. electus ab electo differt
in vtraq; ꝓmentis & corporis claritate. alij
